exercentes attendat. ut aut auctorum
vitiis [?] figmentis indulgeat si pu-
blice serviunt utilitati. Preterea lectori
et auditori. quanta possum devoti-
one supplico. ut me patrem miserum
commendare dignentur. in orationibus
suis. et erratibus meis. qui multi-
plicati sunt super me. veniam studeant
optinere. Nam et ego spondeo me par-
ticipem esse omnium timentium dominum. et
corde et voce. votissime pro indigenti-
bus oro. ut actus et cogitationes
nostras omnipotens et misericors deus
erudiat. et ne viciorum rapiamur
erroribus; spiritu suo. mentes nostras
illustrare dignetur magni consilii
angelus

[Q]uod maxime noceat fortunatis

[Q]uod in studiis aliquis

[D]istributio officiorum ex politica consti-
tutione veterum

[D]e venatica et auctoribus. et speciebus
eius et exercitio licito et illicito

[D]e alea et usu et abusu illius

[D]e musica. et instrumentis. et modis
et fructu eorum

[D]e dissimilitudine Augusti et Ne-
ronis

[D]e histrionibus et mimis et prestigiatoribus

[U]nde dicatur prestigium. et quis fuit
auctor eius

[Q]ui sint magi et unde dicantur

[D]e speciebus magice

[Q]ui sint incantatores. Arioli. Aruspices
Phitones. Vultuoli. ymaginarii. Con-
iectores. Chiromantici. Specularii.
Mathematici. Salissatores. Sortile-
gi. Augures

[D]e variis ominibus

Inter omnia que viris solent
obesse principibus. nichil pernici-
osius esse arbitror. quam quod ex
fortune blandientis illecebra aspec-
tum subtrahit veritatis. dum divitias
suas. et delicias congerit mundus. qui vo-
luptati sensibus pruriginem viciis [?]
refovet. et accendit. ut animus
multiplicati lenociniorum fraude ca-
ptus. quadam alienatione sui. ab in-
teriore bono deficiens. per exteriora
mendacia. variis concupiscentiis e-
vagetur. [N]overca siquidem virtutis
prosperitas. beatulis suis sic applaudit
ut noceat. et in felici successu. sic
in via. fortunatis obsequitur. ut in
fine precipitem operiatur. Tollit suis
ab initio propinans dulcia. et cum
inebriati fuerint. letale virus infundit.
et quod deterius est. quo eis [illegible] spe
sui claruerit amplius. eo stupenti-
bus oculis. densiorem infundit ca-
liginem. prevalescentibus ergo
errorum tenebris. veritas evanescit.
et virtutum radice succisa. segetes
germinat viciorum. lumen rationis
extinguitur. et totus homo casu
irrevocabili fertur in preceps. [S]ic ro-
nalis creatura brutescit. sic imago
creatoris. quadam morum similitudine
deformatur in bestiam. sic a conditio-
nis sue dignitate. degenerat ho-
mo vanitati similis factus. eo quod eo ho-
nore collato intumuit. et a more [?]
perdidit intellectum. Iumentis enim eo indi-
gnior. qui simplicius contempnitur
habet notandum. qui corpus quod parata
manu. datum est ad mensuram
in usum vite. et solum reparari non
potest. usuaria quadam accessione
et penali repetendum: in vite

dispendia prodigit. et in contume-
liam auctoris affectu effunditur. E-
tenimque eo brutius qui ex destitutione
et impulsu libidinis dimissis propriis
et aliena negotia curat. et non modo
negat sed et alienis operibus iugiter
occupatur. Tanto eo bestialius qui
omisso officio de media nocte surgit
ut sagacitate canum venatorum
industria studio commilitonum famulorum
fretus obsequio tempestatis et famis iactu-
ra rerum laboris et dispendio de
nocte ad noctem pugnet ad besti-
as

A-lienum profecto est quod ratio nature 2
et officii non inducit si tamen
incidium recte dicatur alienum
quod rectius fuerit semper fuisse nul-
lus. Que enim nature sunt per ege-
sunt omnibus que officii sua sunt singulorum
Aliud itaque ex officio aliud ex natura
licet nature ius ex officio debeatur
Parricidii siquidem species est impug-
nare iura nature et sacrilegii instar pa-
rentis leges evacuare et matri
omnium honorem debitum non reddere
Quod tamen ratio et honestatis causa
admittit non est simpliciter alienum
si modesta forte iocunditas vel
utilitas subest et nemini noceatur
Hoc etenim non adversatur officio vel
nature Sin autem impugnat alterutrum
constat est et simpliciter alienum et
usquequaque non licet. Huius itaque co-
ntractus semper est aut erroris aut criminis

P-hilosophi genera iusticiam que 3
politica dicitur preceptis et mo-
ribus informaverunt cuius merito
respublica hominum subsistit et viget
unumquemque suis rebus et studiis
voluerunt esse contentum urbanos
et suburbanos colonis quoque vel
rusticis sua singulis loca et studia
prescribentes. sollicitudo singulorum
et omnium utilitati publice serviebat
Nature laboris et industrie fructum
unusquisque recipiebat ex merito.
Nemo quod esset alterius usurpabat ma-
nente in omnibus individuo caritatis
affectu. Primum quidem et medius
urbis locus ariopago cessit. unde
ad singulas professiones prout eo-
rumcumque officium exigebat disposi-
tione congrua institutas officiorum
una quasi quedam salutis et vite
vincula derivarentur. Porro in hiis
venandi ars vel officium vix permittitur
atque ad suburbanos cui vena-
tores ut agricole ceterique incole rurum
ab urbibus nobiliorum quoque cetu lon-
gius arceant. Omnino enim nimis(?)
est nobiliora ingenia studiis de-
honestari minoribus et eos quos
ardua et graviora manent officia
voluptatis aut vanitatis occupa-
tionibus agitari. Unde si libenter
exerceatur venatio artificium vel officium
si tamen levitatem eam esse aut
maleficium censuerint edicto pre-
venientes eos qui eam tamen officium
presumpserit

E-t primo quidem Thebanam si fidem
sequamur historie eam communi-
candam omnibus statuerunt
et ex quo suspecta sit omnibus gens
feda parricidiis incestibus dete-
standa insignis fraude nota per-
iuriis huius artificii vel potius ma-
leficii in primis precepta congessit
quam postmodum ad gentem
mollem imbellem quoque levem
et impudicos frigios loquor trans-
mittere. Riserunt eos Athenienses
et Lacedemonii populi graviores
Hystoricarum gesta nature morumque
iniustitia variis figmentorum involucris
obtexentes sic tamen ut ex tantula

malorum: utilitatem inducit. et
ex lepore poematis voluptatem
In tantas itaque tradunt raptum ab
aquila dardanium venatorem ad po
cula a quibus ad illicitos et in ita
les transiret amplexus. Eleganter
utique cum et levitas ferri possit ab
alite. et voluptas ebrietatis ignava
incestuque libidini. prostratum non eru
bescat. Dux thebanus visa nudi
tate illius. quam in silvis semper
coluerat: iam ab errore pedem suum
revocare affectus. sub humano sen
su. se in bestiam stupuit transforma
tum: cervus quoque conformis. cum do
mesticos canes. voce et vultu in
tetur abigere. viro prave consuetu
dinis. totius substantie dispendio
eorundem morsibus patuit. Et forte
venatoribus proferunt. quia mol
deam vel malitia. deos suos no
licie habet ul malitia. deos suos no
luerunt infamare. Apri dentibus
extinctum adonidem. deflet venus
quod semper cum venatione. vel
robusta tamen cum ehard dum car
thaginis alte locaretur hospitium
amantium vota conaliae nesciunt
vel eius ab oportunitate venandi.
dilapsu comitum silvarum latebris
resecaret. Sit forte. quia studium
est. a conscientia turpitudinis odi
bile. sicut econverso legittimum amo
rem. sicut ...solempnes litteris profe
runt tedas. Cerven unctis dabis
vetrum illustrium. qui huic vo
luptati. vehementer inhesit.
fuerit etpedem enam licet. aut
erimanthi placaret nemora. victor
alcides non voluptati sue. sed
publice prospexit utilitati. Aprum
calidonie vastatorem. straverit
meleager. non indulsit animum vo
luptate. sed hoste patriam liberavit.

Evidenter auctor romani generis. corpora
cervorum non vane voluptatis sola
tium: sed sibi et socijs. quesivit suffra
gium vite. Opera singulorum ex e
ventu et proposito colorantur. ideoque
pe detrahitur. si honesta ea precesserit
causa tamen hominum. tantum quod con
stringit exercitium. ut non tam sua quam
aliena virtute cum bestijs dimicaverit
eriund in infelicem bestiolam. lepuscu
lum timidum. tanto fortasse pre
liabitur apparatu. Si vero clariore preda
vel forte. vel apro venantium la
bor effulserit: fit plausus intolle
rabilis. exultant venatores: ca
put prede. et solempnia quedam
spolia triumphantibus praeferunt. re
gem capadocum captum credas.
sic cornicines. et tibicines victorias
victorie gloriam declarare. Illis me
strum indicit. femina capta silen
tium. vel si forte preda nobilior
cum. vel si forte preda nobilior
circumvenientium potius fraude quam
viribus prosternatur. Si capreolus
vel lepus ceciderit. triumphi gloria
reputatur indignus. Preterea
ab octavo gradu capreoli. usque
ad gemmos. tibicinum. ac cornia
num. exultatio conquiescit. et lu
pus. aut hostis immanior. leo for
te vel tigris. aut pardus in predam
venit. que quidem ... deo ...
... rara gloria est. tu tamen
totius anni prolixitas. vanis ve
natorum studijs occupet: Albani
quos in asia canes habent. leo
nibus ferociores. eos virtute cani
et sue gentis artificio. quasi im
belles bestiolas populantur. Cani
bus quidem illis. nulla ferarum
fortior. nulla animosior est. Hos
hercules tergemine gerione vi
cto. ab Italia traicere in asiam

eis virtutem. qua leones sternerent
quasi hereditariam derelinquens. Ad
hec carnificum eorum artem exigit
et artem facit. et suum habet opificem
thironomata uolanti cultello. et nunc
pugione stricto. nunc hebetata ma
chera. inueneris si te casu. solemp
nis eorum contigit interesse. Ca
ue tamen ne in artem: loquendi
uel quouis offendas. quia aut va
pulabis. aut condempnaberis inscicia
bonorum omnium. si eorum figmenta non
nouis. Hec sunt tribus nostris liberalia
nobilium studia. Hec sunt prima elementa
virtutis. Hec via felicitatis. ad beatitudinis
cumulum: compendiose perducat tra
mite. quo maiores nostri. non nisi la
boriose virtutis gradibus: docuerant
ascendendum. Emilianos. et ligures
galli derident dicentes eos. testamen
ta conficere. victoriam vocare. amico
rum implorare presidia: si simbolum eorum
testudo immineat quam oporteat op
pugnari. quod ex eo componitur
quod eos inimicorum. audacique damnis castig.
inuenit imparatos. Nostri uero quomo
ludibrij notas effugiunt. cum ma
iori tumultu. et egriori sollicitudine
et amplion sumptu: solempne bel
lum credant. bestijs inducendum. Eas
tamen minus persequuntur. cum
quibus humanum genus iustas.
carum exigente malitia. exercet
inimicitias. lupus. vulpes. ursus. et
quecumque fera nocentior est. in alia
et quiescat actasu. et solitam exercere
malitiam. in venatorum facie iu
detur: fertur hannibal coegisse
romanum. qui mandato eius singulari
certamine pugnasset elephantum ducens
eum indignum vita. qui congressus potu
erat. cum bestijs dimicare. licet victor
sit. eum ex inuidia voluisse. captum
mandari. triumphi. gloria illustrare. et
infamari bestias. qua virtute generalique

Priorem miserat. Quomodo ergo di
gnus est vita. nisi vanitatis studio
seuire in bestias. Quos uero species
illa venationis oblectat. ut aues
auibus insequantur. si tamen hoc genus
aucupij. venationi censeas adnecten
dum: minori quidem vexantur insa
nia: sed non impari leuitate. Vena
tica tam terrestris quam aeria. quanto
studiosior. tanto fructuosior est. Au
ctorem aucupationis sue. ab antiquis
historijs. vlixem proferunt. qui primus
ex capta troia. armatas aues. attulit
grecie. quas suam quadam et grata
admiratione videntium incognitum
genus spiritum animauit. Isti quidem
magno se tuentur iudice. et qui
mores hominum multorum uidit. et vr
bes. cuius prudentia. nullis potuit
insidijs supplantari. cuius tendiculas.
nemo hostium. indempnis euasit.
cuius denique incrementis militia. vltio
promouit. grecorum gloriam: quam mille
ratium armata multitudo: Sed et
ipse huius extra Circem laudat.
auctorem. que carminibus. et po
culis. humanas mentes dicitur
immutasse. eo quod arte aliorum. et
rerum gratia allicit mentes homi
num et sue voluntati conformes. in vsus
quelibet transformaret. Circes itaque
propinata sunt. suspecte venena
voluptatis. sed ea ad prudens gustas
set Ithacus. noluit bibere. ne sub
domina meretrice turpis. et excors
viuere cogeretur. Verum quia sapiencia
rerum omnium. nouit vsum. prouide
vir circumspectus. finitis laboribus
et erroribus. cum eum pudicicia pe
nelope. et affectus thelemachi. no
agnosceret redeuntem. quo dampnum
sociorum. quos tanti erroris dispen
dium tulerat. grecie compensaret
Admiranda fuit fides canis. cui soli

De canis vlixis

in tanta familia. nec xx^ti annorum
curricula. memoriam domini quid
dederint applaudet. absolveretur ut
de laude eius canibus venatorum
gratia ulterius resultaret. Non tamen
studii. thelemathum sicut vinum pre-
cepit excepto. illis plus ablata esse
nove voluptatis solacia. qui amissis
parentibus. troiani belli. dampna
senserit. Unde et artem infructuosam
esse convincit. quam ab unico filio ta-
lis vir studuit sequestrare. Quod vel
ex eo. nimirum convinces. quod detur sexui
in avium venatione potior est in
quo poterat natura argui. vel neg-
lecta. quia deteriora. semper promtiora
sunt ad rapinam. Inanis etenim est
et admodum laboriosa. et que dispen-
dia sumptuum. numquam successu utili-
tate compenset. Licet plurimi vena-
tionem exerceant. ut sub eo pretextu
sumptus faciant parciores. domum ra-
rius. sepius in mensa aliena. mul-
titudinem vitant. dum silvas. sal-
tus. lacus que circumeunt. pannis
induti vilioribus. frugalioribus con-
tenti cibis. dum consortes et fa-
mulos. quos maceravit ieiuniorum
inedia. et tormenta inedie affli-
gunt. quosque labor immoderatus
exhaurit. voluptatis. ac potius va-
nitatis ymagine consolantur.
Eo demumque tempore primum captivate
athene. quo inedite venationis
edictum censuerunt esse solvendum
et artem utriusque venationis. cum
exercicio publice admittendam: Fertur
Mantuanum interrogasse Mar-
cellum. cum depopulationi avi-
um vehementius operam daret. an avem
mallet instruere. in captura avium.
an muscam formari in exterminacionem
muscarum. Cum vero questionem
ad avunculum retulisset Augustum
consilio eius prelegit ut fieret
musca. que ab neapoli muscas a-
bigeret. et civitatem a peste insa-
nabili liberaret. Opere quidem imple-
ta est. unde liquet private volupta-
tis compendio preferendam esse multorum
utilitatem. In sermonibus Chironis au-
ctoris per grecas per omnia creditur. Cen-
tauro instructus Achilles hic modos et
cithare. et inde traditus ad silvas
in strage ferarum. cedibus et crudo
victui assuescens: removeretur na-
ture. timoremque mortis abiceret.
Quod quod Bachus eundem habuerit
nutritorem. Nempe qui huius studiis
aut desideriis insistunt. aut semi-
viri. semiferi sunt. et abiecta pu-
riore humanitatis parte. ratione
morum prodigiis conformantur
a levitate signa ad lasciviam. a
lascivia ad voluptatem. et cum
induruerint. ad flagicia et quevis
illicita pertrahuntur. Invenitur
ocia post laborem. fomes hilaritatis
gravior est: si dura precesserint.
reficiuntur avidius. que exinani-
ta fuerant plurimum. Venatores ad-
huc institutione redolent cen-
taurorum. Raro invenitur eorum
quisquam modestus. aut gravis. raro
continens. et ut credo sobrius numquam.
Ex domo quippe Chironis hue prout
edoni unde hec discit. Cadi namque in-
bentur convivia centaurorum. adhi-
bentur sine cicatrice. nemo reditur crudus
sine crate. nemo redditur. Quod si decolo-
ri historiis. quas sibi poete decolo-
raverunt figmentis fides subtrahi-
tur. illi utique credi necesse est. que eo
ipso scripta est digito dei irrefragabi-
lem apud omnes gentes sortita
est auctoritatem. Primus igitur
ponitur Nemroth. robustus vena-
tor contra dominum. Eum reprobum
fuisse non ambigis. quem omnium
doctorum turba condempnat: //

Traditur hic in tantam elationis
erupisse vecordiam. ut non vere-
retur iura temerare nature. cum
consortes condicionis et quos
ingenuos illa creauerat. hic addiceret
seruituti. Tirannidis quoque fastigium
in contumelia creatoris. a vena-
tore incipiens. aliud non inuenit
auctorem: quam eum qui in cede
ferarum et volutabro sanguinis
domini contemptum didicisset. Ce-
pit enim potens esse in terra. Sic
namque scriptum est. eo quod non expecta-
uerit accipere a domino potestatem
Principium regni eius babilon. di-
latatus quod est in terram Sennaar
vbi cum tota terra esset vnius la-
bii eorumdemque sermonum: in celum
erecta est turris babel. Huius lateres
pro lapidibus. bitumen pro cemen-
to. petram non habens in fundamento
: cum singulari soliditate constructa
omnis edificatio in domino quale
sit. Aut improba temeritas ab
vnitate precisa linguarum succidit
vnitatem. et prima confusionem
incurrit. que in se quam in domino
maluit gloriari. Exiuit ab hac
prouincia quasi Nemroth robu-
stus venator. coram domino forte
quia tante elationis in se extitit
. ut nec recentis pena diluuii possit
inferri. quin in oculis domini super-
biret. et obsequium quod ab homine
domino debebatur sibi contumaciter
usurparet. Unde constet quod confusionem
linguarum diluuium antecessit. Babi-
lon quoque taliter auctor. vniuersam
tamen inebat. et adasius [?] prius quod
sursum est castra construit. procul
dubio pertinacia. quibus quisquis
militiam prestat. precium sanctorum
maledictione dampnatur. Esau
quoque maledictionem extant. et bene-
dictione paterna meruit defraudari
in filiis collegit esuriem. ut im-
moderato esu lenticula primogenitorum
exiguo precio et vili distraheret
. et iugum seruitutis hereditarie transf-
misit in posteros. ut diaconi mi-
noris. qui domini degebat colla sup-
ponerit confricantibus pilis hor-
rebant manus. nec enim leuis ce-
potat actu siluestris moribus. cul-
tum quod vestis pretiose domini relinque-
rat: qui assiduo venatu inutis [?]
abiecerat indumentum. Fraternum
sanguinem sitiebat. et se ab eo quod
sibi diuina gratia de patria benedi-
tione prelatum nouerat: placatus at-
tamen [?] muneribus non est intus adorauit
Venationis autem auctorem iacti-
tant fuisse machabeum qui ma-
ioribus occupatus: huiusmodi voluptatibus
ut creditur uitam duxit exortem
Egregie siquidem bella gessit. fratribus
restituit libertatem. leges erexit.
cerimonias innouauit. mundauit
festa templi faciem. vnde sibi ac-
cedebat prouenisse victoriam. coronis
aureis decorauit. nullo enim quod illius
in actus surrepsit. patientiamque tulit
pro sibi nata voluptas. Postremo pro
salute fratrum. fusus in acie. ger-
manos legittimi belli reliquit heredes
decus prima: cui romanis legem natura
prescripserat. inspice patriarchas da-
ta lege. transi ad duces. procede
ad iudices. ad reges progredere.
perurre [?] seriem prophetarum. fidelis populi
officia et studia perscrutare. quos in
sacre veteris testamenti instrumenti
legis exercuisse venaticam. Repe-
Idumeos et Ismahelitas et gen-
tes que dominum nesciebant. Vbi
sunt inquit propheta. aut si in-
ueniuntur [?] diuinis. Dum tamen in spiritu nouum di-
cimus. Qui tamen in spiritu nouum di-
uinus qui in auibus celi ludunt
Sit si tanta subiectione priuaret
eos. quorum uita iocus est. sunt
enarrasse [?] tu auibus. eos quod subita
pronuntiatione ad inferos descen-
disse commemorat. Infratega [?]

patres tuos. et annunciabunt tibi.
maiores tuos et dicent se nusquam
legisse sanctum venatorem. Credo
si nomini venatorum de prophetica
promissione blandiris. qua se ve-
natores missurum dominus pollicetur
qui de umbrosis et excelsis vene-
tur erroneos. bestialium vitam na-
ueris marpat. non commendant ve-
nantium vanitatem Nec te placidus
vel Eustachius martir quem insignis
quem de pia. non tamen canonica
scriptura venantem asserit a domino
visitatum. nimis demulceat: nisi for-
te piscatorum ecclesie rabie laudas.
eo quod inde ad apostolatum vocatus est pau-
lus. et inter alios factus egregius [illegible]
predicator Sed fuerunt viri illustres.
alexandri forte vel cesares venatui
dediti. numquid philosophi et alii
sapientes in populo Numquid so-
crates platho. aut Seneca Sora-
nus. aut qui totius non urbis. sed
orbis. curauerunt incolas. cum in se
admirationem sapientia et virtute gentes
archita tarentinus. Ut redeamus
ad nostros qui et veritate doctrine. virtutis
exemplo et fidei auctoritate precel-
lunt. quos augustinos. iheronimos.
laurentios. vincentios. quos de-
nique de toto cetu patrum vexationis
huius agitauit insania Nostrorum
quoque temporum luctuosis instruimur exemplis
ab huiusmodi inquietudine temperare.
cum proceres nostros in venandum
veris variis quam in aliis indignacio-
divina paissent. bestialemque sepe in-
venerunt exitum vite. qui dum sicut
bestialiter vixerant Regibus quoque
ipsis manus domini non pepercit. et
in malicia eorum condignam exglosam
exarsit ultionem Non equidem eorum
nomina. vel exempla ex inopia rerum
tenent. nisi ex ea forte. quam pau-
copia: sed ne metris lugentium ad-
huc immodesto dolore sauciatas

recentium refricatione voluerim
gravius vulnerare Domestica namque
sunt exempla quamplurimis. Intantumque
vero quidam huius vanitatis instinctu
erupere vesaniam. ut hostes nature
fiant conditionis sue immemores.
divini iudicii contemptores dum in vin-
dictam ferarum ymaginem dei ex-
quisitis suppliciis subiugarent. Nec
veriti sunt hominem pro bestia perdere
quem unigenitus dei redemit san-
guine suo. Cumque fere nature sint
et deinde occupantium fiunt sibi audet
humana temeritas. inspiciente deo
vendicare. et idem iuris in omnibus
ubicumque sint statuit. ac si claustra
sui indagine universa cinxisset. ex quo
mage mirere pedicas parare aucupibus
laqueos texere. allicere modis. vel
fistula. aut quibuscumque insidiis sup-
plantare: ex edicto sepe fit criminis
et vel proscriptione bonorum mulctatur
vel membrorum punitur salutis quam di-
spendio volucres celi et pisces
maris communes esse audieras. sed hee
fisci sunt. quas venatica exigit.
ubicumque volat. Cavendum contine. ista
rum abstine. ne et tu in pena lese
magestatis venatibus cedas in preda
Et novalibus suis arcentur agricole. dum
fere habeant vagandi libertatem.
Illis ut pascua augeantur Predia
subtrahuntur agricolis sationalia in-
sitiva colonis. cum pascua arme-
tariis. et gregariis alvearia a flora-
libus excluduntur. ipsis quoque api-
bus vix naturali libertate uti per-
missum est. Deus bone quod oestrum
et tetras pestes que non feras. sed
delicias potentum semper exagitant
toto potentatu suo non potest abigere
cum et culex in ultione hominis ar-
matus. armonie suos aculeos in
feras rite exerceat Sed si hic finibus

oestrum : gyez

Venatica est indifferens / est ergo licita ex circumstanciis: Persone 1, Cause 2, Temporis 3, Loci 4, Modi 5

in armos cogeris sata redimere vel a-
mittere. Elige utrum magis de-
cus fit in tuo cultum terrarum vel
salutis. utrobique dispendium immi-
net. Si venatorum quispiam pre-
transeat fines tuos. ea que do-
mi nutrit habes intimatur et veue-
rentur expone. quidquid domi non
est et habet vicinus. in usus illius
est et habet vicinus. in usus illius
cerne. ne ex edicti licentia tua au-
feratur. vel in vito vel de irreverencia
et contemptu cogaris in census
aut foro presidis. vel prothoconsulis
vel fortasse in concilio lese maie-
statis reddere rationem protenden-
te patrimonium fisci. dum de ali-
eno qualicumque ratione. familia suppe-
tunt satis. Verum ne venaticam
et alias curialium nugas. non tam
iudicio quam odio sibilus proscripsisse videar.
cum indifferentibus communicanda socia-
libus quam consensio / nisi quia immo-
derato voluptatis consensu incursu.
vilem animi conatur. et fundamentum
subruit rationis. Non tamen ob hoc
erit usquequaque culpabilis. cum et
vinum quod inebriat. subversionis vel
pravum retorqueat ingrediuntem. et
senex sepe non tam etatis. quam suo
vitio. sensum profecit puerilem.
Potest igitur venatica esse utilis
et honesta. si ex loco tempore. modo
persona. et causa / Persona namque
venustat studium. dum suo insistit
officio. et non pripit alienum. Nec e-
nim quicquam magis decet quam quod officio
cuiusque magis accomodum est.
Preclare siquidem ait ethicus singlarum
personarum decora describens id unum-
quemque decet maxime. quod est eius proprium
maxime. Quid ergo michi. et tibi
cum venatoris professione: sua
namque neglecta. turpissimum est
quam studiosius in aliena versari.
Quid ei cum privato et rusticano
fortasse studio qui publicis actibus insignibus
fulget. Ducem sequatur populus
doctor seminet disciplinam. iudex
cohertceat delinquentes. studiosos
remuneret. indulgentia potestatis
privati minoribus occupentur. ho-
nestioribus ingenui. vilioribus servi-
lis conditio mancipetur. Nam
quod turpe bonis decorat seruos. de-
cet enim. Si utique cum multa
sint eiusdem corporis membra.
non omnia eidem actui serviunt
sed sua sunt officia singulorum Ecce
ergo tu venator non credis. cur
illius usurpas officium Nomne re-
putabis indignum si ad regnum vel
pontificatum venator aspirat Equidem
indignius est si ab altiori fastigio
ad venatoris carnificium. vel sordes
prolabaris privatis etenim amor ho-
noris in se capit ascensum. econtra
fomes vitii sponte sua urget ad casum
Causa quoque actum potest
decorare. si aut necessitate subsistat. aut
vigeat utilitate. aut honestate
splendescat. cum ex affectu mentis
tota valeat substantia operis colo-
rari / Affectus etenim tuus. ut ait
sapiens. operi tuo nomen imponit
Inculpabiliter ex sancti patris man-
dato. venatum profectus est esau
ut et patris saciaretur esuriem. et
promissam benedictionem. impensi
merito obsequii optineret. Si enim sil-
va culpa exerceri non posset. nequaquam
tantus patriarcha ad opus illius
misisset filium. quem benedictionis
gracia in capite gentium constituere
disponebat. Sed forte mod traxit
ad se parvulum. quia dimagis licato i
opere tamen licito. ex prava consue-
tudine. et immoderato amore mode-
batur. Nulla vsatur in culpa. qui
urgente stimulo necessitatis. non repro-
bati studii exercicio. vitam tegitur ex-
hibere. Cum omnem inertiam vitauit. q
gerendis negociis disponuit membra

Causa

D' ele. venac. c. 1. 7 glo

Venatoria { Oppressiva / Adulatoria / Arcuaria / Saltuosa { Clamosa hec laycorum / Tacita hec clericorum }

dum laboribus assuescunt. qui viciosa corporis fugiunt molem. servata in aliquibus dignitate persone. iuste reprehensionis non patiuntur aculeos. Opus etenim non ex se. sed ex causa fit crimen. Licet a-qua virtutis ostentatione clarescat. cum

Voluptas

voluptas agmen probet. Viciata siquidem virtus est. Non illam dico. quam parit pax. paciencia. benignitas. longanimitas. gaudium in spiritu sancto. sed que epulis amica. potacionibus. conviviis. modulacionibus. et ludis cultibus. oposiis exquisitis. stupris et variis immundiciis. animos eciam fortiores effeminat. et quodam nature ludibrio. molliores et corrupciores facit esse viros quam feminas. Tempus

F. J. 4. 6 c 23

Tempus

quoque venandi culpam extenuat. actum ne commendat. Sic autem hic tempus ut in locis quampluribus invenitur ex eo oportunitas gerendorum. Sit ergo intempestiva venacio vel ex religionis cultu. vel ex naturali rerum. vel ex debito officii quod vel aliis occupacionibus postponi non debet. Sed de hiis hactenus quia non venaticam tradere. sed de curialium nugis nugas propositum est.

Locus

Racio quoque loci attenda est simul ut in suo vel in communi vel publico licita exerceatur venacio. dum tamen consortibus non irrogetur iniuria. et locus celebritate sui. aut reverencia ab hiis inquietacionibus non turbetur. cum enim in aliena temeraria usurpacione irruit. laqueis iure tenetur ad penam. Is vero

Modus

modus laudabilis est. cum moderacione adhibita prudenter. et si fieri potest utiliter exercetur. ut mandato comici acquiescas. Ne quid nimis.

[illegible] c. 6

Iram et insani. sapiens nomen ferat. equus iniqui. ultra quam satis est. virtutem si petat ipsam. Nichil aut turpius est. quam in visu quociens ora laxare. dum non discendi proposito vehemencius insistis arti. Etiam nesciatur si linguam quam naribus facetus attemptes. Sunt nonnulle persone que non modo ab hoc. sed ab aliis quibusdam. utpote levioribus et voluptuosis studiis. impetu sui et in sacris ordinibus constituti. et qui gerunt amplissimos magistratus. Cedit enim in aliis sumum erat. levioris culpe. hoc in istis fit sepe criminis. Et quidem semper maior sunt. que celebriores contractus respiciunt. quam que impediunt contrahendos. Porro de virtute et veritate nemo canonum venatica clericis non modo claudit accessum. sed summi eciam sacerdocii gradum adimit iam adeptum. Preclare illud et multis ut multa fertur dixisse Themistocles. magistratus a ludis et quibuscumque levioribus esse arcendos ne respublica ludere videatur. Defectum quod sui ex relicta gravitate patietur. Si tamen maioribus quod quidem rarum est. eos exoccupari contigit in annis adolescentie. ex dispensacione etatis permittuntur. aliquid subtrahere civitati. et in se elementariis esse. quod maturitatis processu. reipublice utilitate compensent. Hoc et ut verba audiretur a viris. ut saltem in puericie etate. nugis suis reipublice seria anteferrent. Tunc eciam totum reipublice corpus. roboris sui integritate vigebit. tunc optime composicionis specie venustabitur. et elegantis pulcritudinis decorem induet. si singula quoque loca teneant sortita decent. si fiat officiorum non confusio. sed distribucio. Hec ita si optimam vite ducem naturam sequimur. sed vim quod meditatorum est permittit.

[illegible] c. 21

medici "fabrilia [fabri] tractant". et officium pre-
sidendi aucupatoribus et fullonibus
officiis aut etiam maleficiis mutuata
et quatuor temeritas aut discipline
ignorantia se audet publicis officiis
immiscere

Et ecce dum venatorum tumultus
egreditur: alie et si tacite
mores perstrepunt cinge tri-
tum siquidem proverbium est. Qui lepores
agitat: vana consumit. Et si alios
diligentius intuearis. consumunt et vi-
tam. que in ineptiis et flagitiis
aut flagitiis tota versatur. Nonne
tibi videtur aleator ineptus. Qui
tesserarum non tam vivit. quam perit
gratia. et omnem iactum. sortis sue
consulem facit. Est ne ars artium commo-
da vani. cuius quanto quisque studiosior
. tanto erit contentiosior. Attalus
asiaticus. si gentilibus creditur. hanc
ludendi lasciviam dicitur invenisse. ab
exercitio numerorum. paululum deflexa
materia. Siquidem antiquiores. illud
exercitium ducebant apparuerunt. quod ad
investigationem veri. disciplinas quas li-
berales perficeret. vel recte vivendi in-
strueret usum. Hic subtili quidem. sed
infructuosa inventione. veterum tamen
tamen duritiam. non temperavit. sed e-
mollivit. nulla tamen adhuc de pristina
manentibus gravitate. Romanis
namque grecorum. abacus non dum
cessit. aut ratio calculandi.
aut ludus. in quo dicitur vicisse qui
ad denunciandum calculum. in campis
adversarii. constituisse perfectam. et
maximam armoniam. Ludo vero dicitur

armonica. arismetica. vel geome-
trica. cum tamen moderate consultat
semiplena victoria est. Que nisi
aliorum. et si contingat. tamen tri-
umphi gloriam. aut ludentis felicitate
aut artis peritia prestantur. Iocundi
quidem. et fructuosum est. munerum
nosse continuam. qui depredationi invo-
cant obnoxii. Sunt alii tutiores
. omnium periculorum ignari. nisi forte
conveniant. ab hostibus capiuntur
Huius voluptate detentus. Ptolomeus
Alexandrinus. tesserarum. captione ip-
se Pamphilum. graviores curas le-
gimus temperasse. quo etiam in ludis
indagent. unde essent philosophicis
negotiis auctores: Alea vero eversa
regno Asie. inter manubias casse ur-
bis. non subruta cum spe. migravit
ad grecos. Hinc thessera calculus
tabula. urio. vel dardana pugna
tricolus. senio. monarcus. orbi-
culi taliorchus. vulpes. quorum
artem utilius est. dedisce. quam
docere. Quis enim non erubescat. si
sortis sue gratiam. non utitur dobeat.
sed tapillis. Quis sit illi cau-
tela. sue prudentie. non doleat de-
cipi. Nonne satis improbata est
aut quod artis exercitatio. qua quanto
quisque doctior. tanto nequior. Alea-
tor quidem omnibus hic est / emendatorum — De Alea
siquidem et perniciorum mater est
alea. et ex alieni cupiditate. sua
prodigit. et nullam habens patrimonii
reverentiam. cum illud effudit. censum
consulta dilabitur. et rapinas

Illam vero non nulli preferunt de qua
Ulixes lusisse legitur, eo quod ingenii
aliquatenus multa meditacione exerci-
tare videatur acumen. Sed eo nunc
iudicatur perdicior, cum nil infelicius sit
quam in eo nimium perficias plurimum
laborare. Est enim mobilis importu-
nitas deceptantis qua mobilia acci-
piuntur. et quicquid inanis est dili-
gencia, cum invenisse non proderit
post utriusque motus ad. et mentis
agitacio que ibi frustra distrahitur
velud pulchrioribus et melioribus
commodari. Aleam vero a regione
morum illius auctoritas prefulgens ex-
terminat, qui universum orbem doces
in filio, eam denunciat omnibus fugi-
endam. Alea siquidem oneratur ad
litos homines incitat inimicicias
conmiscere et si non miserabilem mi-
tigaverit egestatem. Si denunciatoris
queris auctoritatem illud agnosce q-
non sibi sed toti genitum se cre-
didit orbi. Est tamen cum in aqua
ipse sui licentem admittitur. si ab-
sque iniuria, curarum gravium pondus
alleviet. et sine virtutis dispendio
iocunda interpolacione afferat gau-
diorum. Omnis vero licencia mode-
racionis suffragio convalescit et
solidatur virtutis usus. ab intemperancia
deformatur. Racionis vero licencie mo-
deratrix est. loci, temporis, modi, per-
sone et cause premissa inspeccio
sine qua omnium negociorum species decora
venustate commendat. aliter turpitudinis
conpunctat obprobrio. Est ergo in sin-
gulis plurimum attendenda personarum
status et natura. condicio fortuna. sub
singulis hominem induat personis ex
quibus quid se deceat. et verecundiam
colligere. Decorum siquidem aliunde non
provenit. Chilon Lacedemonius con-
iungende societatis causa missus
Corinthum, duces et seniores populi lu-
dentes invenit in alea. Infecto
itaque negocio reversus est dicens
se nolle gloriam Spartanorum quorum
virtus constructo Bisancio claresce-
bat hac maculare infamia.
ut dicerentur cum aleatoribus contraxisse
societatem. Regi quoque Demetrio in
obprobrium puerilis levitatis tali
aurei a rege Parthorum dati sunt.
Eo siquidem munere exprobratum ei
est adolescencia senilis et qui
in maiestate regni levia committe-
re minime verebatur. Nunc vero nobi-
lium in eo sapiencia declaratur. Si vena-
ticam noverint. si in alea decep-
nabilius fuerint instituti. si nec
robur effeminate vocis articulis
fregerint. si modos et musicas
instrumentorum [illegible] virtutis inmemores. obli-
viscantur quod nati sunt [illegible]
Hec principes manat ad liberos.
Quid enim faciet filius nisi quod patrem
vidit facientem. Si dampnosa se-
nem iuvat alea, ludit et heres
bullatus, parvoque eadem movet
arma fritillo. perficiat quod tenior
etas. a libidinibus et voluptate
parente maiorum. attenda [sic] pensi-
et ne quid liceat illis patribus
a maioribus sit. diligencius pre-
cavendum. quia ut idem ait Satiricus

fortius et citius nos corrumpunt · maiorum
exempla domestica magnis cum sint
cum aliis auctoribus. Egregie quidem
Eleazarus ad redimende vite tam sol:
licitaretur committere · in lege domini
· exempli periculum exposuit dicens Non est
ego senex eleazarus · nonaginta annorum
· non ut transeam ad vitam alienige
narum · et iuvenes religiosos se:
ducam. Vilescant ergo maioribus · he:
redes quidem degeneres · et qui virilem
sexum muliebri mollicie dehonestent

Cum tamen curialium nugis · mu: 6
sicam calumpniet aliquis
sociatam · licet se · obsequio
eius conferunt · nugatorum plurimi
medare disciplina siquidem liberalis
est · et sive pittagoram · sive mo:
ysen · sive tubal · patrem canencium
in cithara · editoris sue laudet
auctorem ingenium licet ortum · et vir:
tutis sue potencia · prevalete
· et sibi famulantibus nunc · univer:
sa complecti · omnium que sunt · et
que dicuntur · dissidentem et dissonan-
cium · proporcionum suarum in equali
quadam equitatis lege concilians
Hac etenim celestia temperantur · mun:
dana sive humana reguntur · hac
instincta mores instruuntur · et conformat
ipsius vocis articulate · et in:
articulate sonum miro quodam nature
artificio · metricis picturis rithmorum
metrorum quasi coloribus vestiunt · et
quadam cultus venustate exornat
hanc · ut suffragio commendacionis
nunc non egeat · sed prestet · multis

laudum preconijs extulerunt. Denique — 1 Reg 16
demonis virtute · malignus spiritus · viole:
ncia cohibetur · et illius causa consensus :
dulcissimis minuit musice gratia pota:
tem. Quando enim spiritus domini · malus saul:
lem invaserat · psallebat david
cythara · in manu sua · donec spiritus
a regis infestacione quiesceret · ut
vel non dum recederet spiritus · qui
latet in littera · equissimum est autem
cognati generis gratia mansuescere
et omnem dedisse alienacionem · cum
cui ipse concentus eligimus · et nature
melioris · arithmetica resultat etiam
ex consonancijs musice esse composita
· quam plurium opinio nostra est
Donus eciam philosophorum princeps plato
· si tamen aristotili acquiescitur · cum
eam ex verba dividua · et individua
finxisset · et eam naturam plasmaret
et diversa · ipsam non posse constare
credidit · nisi limitum quos utrimque
multiplicata seccione · ab unitate per
fluxerat dissidenciam · emmolijs
epitritis et epogdois uniret limatis
et cognatis certa vane · ut subcom
pressione paucorum · ei cuncta cumque
distancia repugnancium · concordia
cognati generis societate · doceat esse
finitima · unum archano quodam me:
tu nature · secretisque carceribus in:
naturalis sue vigore · per universa
discurrit · et cum cunctis nature · federe
conformis · omnis sensus vite · in
singulis · pro divine dispensacionis de:
creto · efficaciam modulatur · omnibus
itaque alimenta dispensat · et sui
puritate · viget in singulis · nisi
molis corporee · gravitate premantur

aut tranquillitatem spiritus exteriorum
tumultuum turba conturbat. Certa in
mente, quid potest esse salubrius quam
si ut ita dicam suis etiam vocibus
a compassione earum ad se ipsam
animam revocet. Quid denique nostro
spiritui potest esse similius voce que
cum sit forma eiusdam spiritualis, quam
invisibili et ineffabili tactu mul-
torum cunctorumque replet auditum et
vi sua corporum integras penetrat
densitates. Et quasi tactu quodam mo-
vet animum, et pro arbitrio suo nunc
deicit, nunc extollit. Certe et si
nulla ratione sit spiritus, eam quodam
vehiculum spiritus esse certissimum est.
Et nunc quidem humanum, nunc di-
vinum, nunc et pistoriam gerit.
Illa vero modis suis elegantius sunt
colorata venustate sui. Mentes
eciam seniorum capit, et quadam
inducte hilaritatis gratia pellit
tristiciam. Et si quid pulveris aut
sordis aut nebularum cogitacionibus
ipsis adheserat, potenter abstergit.
Quo mores itaque instruendos et animos
exultacione utitur, traciendos
ad cultum divinum, non modo concentu
hominum, sed et instrumentorum modos re-
sueverunt sancti patres divino applicandos
cultui templi reverenciam dilatare et
si militantis ecclesie tibi proba videtur
auctoritas, vel triumphantis illa
preconia musice non tacebit, cuius
senior vidit et tibi monstravit
consertum filium et voces eorum sicut
citharedorum citharizancium in citharis
suis. Quod si illos nondum
audivisti, regem audias exulta-
tem, qui te regni et exultacionis
sue vult esse participem. Dicit enim

Sumite psalmum, date tympanum,
psalterium iocundum cum cythara. Et
quid in quibus Deum laudetis. Dominum in
tympano et choro, in cordis et organo.
Sed et eius usus musice aut salus
aut perquimus. Fugimus vero modus
et tota corrupcionis lenocinia sa-
ne institucionis non quod vocum
gaudiis malicia abstendit. Doleat
igitur et ingemiscit spiritus lauda-
bilis disciplinae se ab alieno vicio defor-
mari, et quod facies mentis stare ei
quae viles quam dicos attende quae
vocat adulterum amatoria bucolicorum
apud viros graves ac fuerat criminis.
Nunc vero laudi ducitur si videas quid
amatoria que ab ipsis dicitur elega-
cius. Stulticiam personae temporis quod
cultum religionis incestat, quod ante conspec-
tum Domini, in ipsis penetralibus sanctuarii,
lasciviente vocis luxu quadam
ostentatione sua muliebribus modis
notularum articulorumque cesuris stu-
pentes animulas emollire nituntur.
Cum praecinentium et succinentium, canentium et occi-
nentium praemolles modulaciones au-
dieris, Sirenarum concentus credas
esse, non hominum, et de vocum facili-
tate mireris, quibus philomena vel
psitacus, aut si quid sonorius est,
modos suos nequeunt coequare.
Ea siquidem est ascendendi descendendi-
que facilitas, ea sectio vel geminacio
notularum, ea replicacio articulorum
singulorumque consolidacio, sic
acuta vel acutissima gravibus
et subgravibus temperantur, ut auribus
sui iudicii fere subtrahatur auctori-
tas et animus, quem tante suavitatis
demulsit gratia, auditorum merita ex-
aminare non sufficit. Cum hec quidem

mod' expresserint · laborem ꝯpu:
gnez · quam deuotorum mentes po
terunt ?? optare Si y° modulacionis
formula limitantur · aium aure
redimunt · extimant aliud solli:
citudinem · et quandam preparacione
leticie et quietis · et amica copul:
tacione in deum · mentes humanas si:
cut ad societatem angelorum Unde
habent modulacionis formulam tenens
Exultabunt m? labia mea cum
cantauero tibi Si ergo exhibenda
cordis · ob tuam · laudem dñi modula:
cione psallis · et mente si psall
denique sapienter · etiam tu articulate
vocis intelligenciam · verissimam mo:
destie regulam tenens · et non tam
vocis quam mentis iubilo · aures
mulces altissimi · et indignacio:
nis prudenter auertis Cum autem
voluptatis · et vanitatis affectus ex
primit · qui vocis gratiam prostituit ·
concupiscencijs suis · qui lenociniorum
clientulam · musicam facit · ignorat
quod canticum dñi · modis babi:
lonis festinas · in terra aliena cum
nescio quo pacto · plus placeat
nisi quia nitimur in vetitum semper
cupimus et negata · et aque fur:
tiue dulciores · et panis abscon:
ditus suauior est Et quidem fri:
gius modus · decreto philosophorum ab
aula grecie · iam pridem iussus est
eici … quibus descensus fit ad lasci:
uiam et corrupcionem Cum non …
… mores · et nunc indignior
sua tota Orpheum qui mares
modis suis effeminauit usque ad
… inuidia effudisse …

ille flexit manes · duriciam quoque
ditis mollicit · erudire quoque suam
nocens gratiam et symphonia et si …
causa forte meruit Deinde hu
modi honum questus · plerumque felicem
exitum non exspectat · et forte · quia
non liquet euentu sordida preda bonos
Que non mentes emolliunt · molestiam
subeunt · amara etate · undique as:
sistunt · licet illa ultra quam satis
satis est vicijs suis tundet Si quoque
corpus · qui vehemencius hijs insistunt
graue uidetur · si modestum · si pu:
dicum viris fortibus morum …
… cum mencione meminimus quia quod
Hic vana amicus est in terris Deinde
quidam venerabilis vir veraciter sep:
tingentarum monialium pater · habent
monasterijs suis prescripsit legem:
ut omnia earum cantica · tacimus
mellite gratificacionis exuerunt modos
et ut sola psalmorum · et laudes
sint significata · gratificacione contente
dispota equidem sunt · sed viro uo:
luptati cognata mollicies … quam
voluptas · pacius libidinum est sed
per hec ipsa · contractuosorum quiniorum
malicia arcuit · ac si que venena
ta uel topicata sunt · noceri non
possint sicut igni stipulam addere · oleum
camino · serpentem topicare · nonne
demencia est : Licet verorum vitia
obtegantur uelo vorum quorum eadem
est prima · nulla perfecto differencia
Unde non apud grecos recopulatores et
corrupta racionis censentur nomine
amorum honestiori nomine quinia nomi:
nantur Recolis quod communiter …

quam coepulantium aut compotantium
venerabilior est. Convivia vero non
nisi praesertim insaniunt in carminibus
concitentur. Nonne istud arguit
dominus dicens: Ve qui consurgitis
mane ad ebrietatem sectandam et
potandum usque ad vesperam ut vino
estuetis. Cithara et lyra et
tympanum et tybia et vinum
in conviviis vestris. Et opus domini
non respicitis, et opera manuum eius
non consideratis. Denique rex babilo-
nis non nisi in convivio vidit
manum scribentem in pariete: mane
techel phares, quo regnum dinu-
meratum, appensum denunciatur et
scissum. Divino siquidem iudicio
principatu iudicatur indignus, qui
vasa domus dominice vilibus scortorum
usibus voluptatis gaudia apposuit
et sponsi thalamum malignis
spiritibus in conviviis aperuit. Centum
luminibus cinctum caput Argus habebat
que omnia actum unius fistule vo-
luptate non tam sopita sunt quam
extincta. Tu quis es qui te
eorum spectatorem esse confidis.

De Argo

[A]ugusto tympanizante in
cena quendam militem
probrose dictum est: Videsne
ut Cinaedus orbem digito temperet.
Cuius ille ubi percussus amaritu-
dine ob manus et animi in-
orum absque nimi lenitate sus-
pendit. Habuit et semper gratos
probanti. Sed longe secus Nero non

imperatorem. Hic homo foedissimus qui a
deo scribitur captus amenitate vocis
ut non in pomis sive potibus cibisque
nocentibus abstineret. Quin etiam grato
suadente frequenti clistere vomituque
purgaretur, plumbeamque cartellam
supino ventre mandato physicorum
sepius et diutius sustineret. Adeo
vero delectabatur in cantu ut in the-
atro terremotu concusso eum semel
cepit nullus egrederetur antequam
inchoata finiret. Nec quemquam
egredi ea cantante licitum erat. Unde
plerique affecti tedio audiendi si-
mulato funere elati sunt. Milites quoque
non alio vota pronunciante non applaudebat.
Nec agebat quicquam serio. Ioco vero
quasi phonascus astaret qui eum suis
arteriis parcere hortaretur. Instrumentorum
quoque curiosissimus erat ut corporis pi-
ciorum aliis invideret, adeo ut publico
testimonio se cytharedum principem
gaudebat appellari. Unde illud: cythara
vero princeps natus nobilis. Ultra
quid erit nisi ludus. Cythara quoque
mole imperii omnes prepositus est. Quintum
Philosophia prosequitur quam maiestatem
imperii contemnit et nobiliora ingenia
veritus se consiliis subtraxit histri-
onum, quorum ipse non erubuit tempore
esse. Denique illud quod non dat Proculeius
dabit histrio. Aliud vero esse omnia
navissima adeo ut nulla sponte officia
delegaret quam prosequeretur nostri quid
in operibus sit aut illud subiciat. Qui
omnibus preest omnibus indiget, tam
histrionibus et mimis pecunias infi-
nitas erogare non gravabatur. Singul-

put quisque placuat . amplissime . dignitatis nomine subornabat . alios patricios alios senatores dites . hos illustrium spectabilium ue . nominibus illustrabat

8 Sum vero adhuc aliqui qui ex parte imitantur . et si feditate illius nec dignetur inuolui tum gratiam suam histrionibus et mimis multam prestat . et de exhibenda malicia eorum certa quadam . et contemptibili magnificentia . non tam mirabiles quam miserabiles faciunt sumptus . Illa tamen etas . ut sic intimum dicam . honestiores habuit histriones . si tamen aliquo modo honestum est . quod eciam hoc libro comprobatur indignum . Nec tamen histrionem asseris temporis de arte sua usari . et si indubitatur tempore sit . eos histriones et quod histriones erant . qui gestu corporis arteque vocis . et modulacione vocis ferias . aut fictas historias sub aspectu publico referebat . quos apud plautum inuenies et menandrum et quibus artes . nostra terencius denotauit Porro comici et tragici abeuntibus cum omnia leuitas occupauerunt . directes eorum comedi . uidelicet et tragedi estimati sunt . Sed eos dissimuli condicione dictarat plerosque repites . quibus vero eorum . usus extitit . poetica dotes apperit . Velut prodesse volunt . aut delectare poete . aut simul et iocunda et idonea . dicere vite . Sit ma etas plepsa ad fabulas . et quis inania non modo aures

et cor prostituit vanitati . sed oculorum et aurium voluptate . sua mulcet desidiam . luxuriaque accendit . conquires vndique . fomenta viciorum / Nonne piger desidiam instruit . et sompnos prouocat instrumentorum suauitate . aut vocum modulacione . hylaritate canencium . aut fabulancium gratia sine quod turpius est ebrietate uel crapula / Alterum vtique elegancioremque docuit flaccus Crannucti huante tibiam . sompnus quibus est opus alto sit quod tortionator . Dulcis est sompnus operanti . siue parum siue multum comedat Saturitas siquidem pauperis et alit prabit quod quietis gratiam . que ocij continuacione . et quadam inercie sue marcore perimitur / Utique de desideriis est omnis ociosus . tum et ociositas inimica sit anime . et de domicilio cuius ociosa studia uitiis eliminet / Clamat ethnicus Cernis ut ignauum corrumpant ocia corpus . et capiat vicium . ni moueantur aque / Audi quis dictis si eidem credideris Queritur egestus quare sit factus adulter In promptu causa est desidiosus erat . Dicatissimi ergo viri consilium est ut hostis te semper inueniat occupatum quo variis temptacionibus eius . occupacionum tuarum clippeos tam feliciter quam prudenter opponas . vitanda est inquit ethnicus improba siren desidia . Sed eam turpe prorogant histriones . Operis occupatis etiam membris . surrepunt tedia . sepeque non sustinent . si non aliqua voluptatis solacio mulceatur . Admissa sunt ergo spectacula . et infinita tirocinia vanitatis . quibus qui omnino ociari non possunt . perniciosius occupentur . Varius et enim flat ociari

quam temporis occupari. Hinc mimi,
salii vel saliares, balatrones, emili-
ani, gladiatores, palestrite, gigna-
dii, prestigiatores, malefici quoque multi et
tota ioculatorum scena procedit. Quorum
adeo error invaluit, ut a preclaris
domibus non arceantur, etiam illi qui
obscenis partibus corporis oculis omnium eam
ingerunt turpitudinem quam erubescat
videre vel cinicus. Quodque magis mi-
rere, nec tunc eiciuntur cum tumultuantes
inferius crebro sonitu aerem fedant
et turpiter inclusum turpius produnt.
Numquid tibi videtur sapiens qui
oculos vel aures istis exponit?
Quis tam libenter non videat et
videat tamen prestigiatoris locio pri-
si ars deletur et oculus quos ma-
licia sua prestringat videndi
facultas reparatur? Jocundum quidem
est et ab honesto non recedit virorum
probitas quamque modesta hilaritate mul-
cere. Sed ignominiosum est gravitatem
huiusmodi lascivia frequenter resol-
vi. Ab istis quoque spectaculis et ma-
xime ab obscenis, ne incontinentia
civis mentem quoque impudentia feriat.
Egregie siquidem Sophoclem pretore
collega Pericles arguens ait ad eundem
pretorem Sophocle non modo manus
sed et oculos habere continentes. Utinam
inquit homo cui de regni maie-
state multa licebat, oculos meos
ne videant vanitatem. Suos utique
virum esse quod alius ingenuit, quia
oculus meus depredatus est animam meam.
Sumptum quidem de singulis prodesse potest vel
decet. Unde sapiens adultus et
apologos refugit et narrantes
aut quecumque spectacula. Quid ultra a
honeste utilitatis honore instrumento
scire quidem quam omnibus gravem histrionibus
et mimis. Quid de malicia prosequitur
Est ergo tyranni et principis hec differentia sola vel maxima. quod hic legi obtemperat et eius arbitrio populum regit cuius se credit ministrum. et ad reipublice munera exercenda et oneribus subeundis legis beneficio sibi primum vendicat locum. in eo quod presertim ceteris quod cum singuli teneantur ad singula / principi vero onera incumbunt omnia. Unde merito in eum omnium subditorum potestas confertur ut ad utilitatem singulorum et omnium exquirenda et facienda sibi ipse sufficiat. et humane rei publice status optime disponatur dum sunt alter alterius membra. In quo quidem optimam vivendi ducem naturam sequimur que microcosmi sui id est mundi minoris hominis sensus universos in capite collocavit. et ei sic universa membra subiecit ut omnia recte moveantur dum sani capitis sequuntur arbitrium. Tot ergo et tantis privilegiis apex principalis extollitur et splendescit

Poli. li. 1 c. 11 [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] vero [illegible] est

1 Ioh. 4 perfecta caritas foras mittit timorem
Virgilius li. [illegible] Degeneres animos timor arguit

Poli. li. 3 c. [illegible] Quid [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Cass. li. 3 c. 3 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

11 q. 3 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] 11 q. 4 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

quod et cuncta sibi ipse nulla reddidit. Certe quidem et pro nichilo utilius. huic ut principis nolitas expleatur. Quippe. cum voluntas eius iusticie inveniat adversa est. ergo ut eum plerique diffiniunt princeps potestas publica. et in terris quedam divine maiestatis ymago procul dubio magnum quod divine virtutis declaratur inesse principibus. dum homines. nutibus eorum colla submittunt. et securi. plerumque feriendas prebent cervices. et impulsu divino. quisque timet. quibus ipse timori est. Quod fieri posse non arbitror. nisi nutu faciente divino. Omnis etenim potestas a domino deo est. et cum illo fuit semper et est ante evum. ordinate vero potestate. Quod igitur princeps potest ita a deo est. ut potestas a domino non recedat. sed ea utitur per subpositam manum. et omnibus doceat nam patiens. clementie. et iusticie sue. Qui ergo resistit potestati dei ordinationi resistit penes quem est auctoritas. conferendi eam. et cum vult. auferendi vel minuendi eam. Magis enim potens est. cum vult saevire in subditos. sed divine dispensationis pro beneplacito suo punire vel exercere subiectos. Sic et persecutorem Hunorum. attila interrogatus a religioso cuiusdam civitatis episcopo. quis esset. ad inducias. ego sum attila. flagellum dei. venerabilis eo ut scribitur. divinam maiestatem reveritus. bene inquit venit minister dei. et benedictus qui venit in nomine domini ingeminans. reseratis ecclesie foribus persecutorem admisit. per quem et assecutus est martirii palmam. Flagellum enim domini excludere non audebat. sciens quod dilectus filius flagellatur. et nec ipsius flagelli esse nisi a domino potestatem. Si itaque a deo venerabilis est bonis potestas. eciam in plaga electorum. quis eam non veneretur. que a domino instituta est ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum. et legibus devotissima promptissima famulatur. Digna vox est ut ait Imperator maiestati regnanti se velle vivere legibus profiteri. cum de legibus non arceatur ut patet iusticie divina auctoritate principis pendet auctoritas et revera maius imperio est. submittere legibus principatum. ut nil sibi princeps licere existimet. quod a iusticie equitate discordet.

et in eo sibi principes detrahi arbitrentur. nisi iusticie sue statuta preferenda crediderint iusticie dei. cuius iusticia. in eternum est. et lex eius equitas. Porro equitas ut iuris periti asserunt. rerum convenientia est. que cuncta coequat

Attila flagellum dei

C de legibus Digna vox

Equitas

ratione et de paribus rebus paria iura desiderat. In omnes equabilis tribuens unicuique quod suum est. Lex vero eius interpres est. utpote cui equitatis et iustitie voluntas innotuit. Unde et eam omnium rerum divinarum et humanarum compotem esse Crisippus asseruit. adeo quod prestat omnibus bonis et malis. et tam rerum quam hominum principem et ducem esse. Cui papinianus vir quidem iuris expertissimus. et demostenes orator potens. videtur suffragari. et omnes homines subicere obedientie eo quod lex omnis inventio quidem et donum dei. dogma sapientum. correctio voluntatum et excessuum. civitatis compositio. et totius criminis fuga. Secundum quam decet vivere omnes qui in politice rei universitate versantur. Omnes itaque necessitate legis servande tenentur astricti. nisi forte aliquis sit. cui iniquitatis licentia videatur indulta.

Princeps a lege est absolutus

Princeps tamen legis nexibus dicitur absolutus. non quia ei iniqua liceant. sed quia is esse debet qui non timore pene. sed amore iustitie equitatem colat. rei publice procuret utilitatem. et in omnibus aliorum commoda private preferat voluntati. Sed quis in negotiis publicis loquetur de principis voluntate. cum in eis nichil sibi velle liceat. nisi quod lex aut equitas persuadet. aut ratio communis utilitatis inducit. Eius namque voluntas in hiis vim debet habere iudicii et rectissime quod ei placet in talibus legis habet vigorem. eo quod ab equitatis mente eius sententia non discordet. De vultu tuo inquit. iudicium meum prodeat. oculi tui videant equitatem. Iudex etenim incorruptus est. cuius sententia ex contemplatione assidua. imago est equitatis. Publice ergo utilitatis minister et equitatis servus est princeps. et in eo personam publicam gerit. quod omnium iniurias et dampna. sed et crimina omnia. equitate media punit. Virga quoque eius et baculus. adhibita moderatione contractus omnium et errores ad viam reducit equitatis. ut merito potestati spiritus gratuletur dicens. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed et clipeus eius fortis quidem. sed infirmorum clipeus est. et qui malignantium iacula innocentibus potenter excipiat. Officium quoque eius his qui minimum possunt plurimum prodest. et illis qui nocere desiderant. plurimum adversatur. Non ergo sine causa gladium portat. quo innocenter sanguinem fundit. ut tamen vir sanguinum non sit. et homines frequenter occidat. ut non incurrat nomen homicidii aut reatum. Si enim magno credimus augustino. David vir sanguinum dictus est. non propter bella. sed propter uriam. Et samuel nusquam vir sanguinum aut homicida scribitur. licet agag pinguissimum regem amalech interfecerit. Hic gladius columbe sine felle irascitur. sine

iracundia ferit et cum dimicat
nullos animo concipit amaritudinem.
Quia sicut lex culpas persequitur sine
odio personarum, ita et princeps de-
linquentes rectissime punit non aliquo
iracundie motu sed mansuete legis
arbitrio. Quia et si suos princeps
videatur habere lictores, ipse quasi solus
aut precipuus credendus est lictor
cui ferire licitum est per suppositam
manum. Nam si ad stoicos accedimus
qui causas nominum diligentius inve-
stigant, lictor dicitur quasi legis ictor
eo quod ad ipsum spectat officium fe-
rire quem lex iudicat feri-
endum. Unde et antiquitus officia-
libus quorum manu iudex no-
centes punit cum reo gladius
imminet, obtemperare legis arbitrio
dicebatur, ut legem impleret ut
rei iustitiam mitigaret ut man-
suetudo vocem

Hunc ergo gladium de manu
ecclesie accipit princeps
cum ipsa tamen gladium sanguinis non
omnino non habeat. Habet tamen et istum
sed eo utitur per principis manum, cui
coercendorum corporum contulit
potestatem, spiritualium sibi in pon-
tificibus auctoritate reservata.
Est ergo princeps sacerdotii quidem
minister, et qui sacrorum officiorum
illam partem exercet que sacerdo-
tii manibus videtur indigna.
Sacre namque legis omne officium
religiosum et pium est. illud tamen
inferius quod in penis criminum exercetur
et quandam carnificii representare
videtur imaginem. Unde et Constanti-
nus Romanorum fidelissimus imperator
cum sacerdotum concilium Nicee convocasset
nec primum locum tenere ausus est nec
se presbyterorum immiscere consessibus, sed
sedem novissimam occupavit. Querelas
vero quas ab eis agitatas audivit
ita veneratus est ac si eas de divine
maiestatis sensisset emanasse in-
dicio. Sed et libellos inscriptionum quos
adinvicem conceptos sacerdotum crimina
continentes et imperatori porrexerunt
suscepit quidem clausosque repo-
suit in sinu suo. Quos autem eos
ad caritatem atque concordiam revocasset
dixit sibi tamquam homini et qui
iudicio subiacet sacerdotum illicitum
esse deorum examinare causas qui
non possunt nisi a solo deo iudicari.
Libellos quos receperat non inspe-
ctos dedit incendio, patrum veritus
crimina publicare et
Cham reprobi filii maledictionem
incurrere qui patris verenda non
texit. Unde et in scriptis Nicolai
Romani pontificis idem dixisse
narratur, ut si propriis oculis vidisset
sacerdotem dei aut aliquem eorum qui
monachico habitu circumamicti sunt
peccantem, clamidem meam expli-
carem et cooperirem eum ne ab ali-
quo videretur. Sed et Theodosius
magnus imperator ob meritam noxam
non tamen cotenus grauem a sacerdote
Mediolanensi a regalium usu

Constantini religio erga sacerdotes

et insignibus impii suspensus est. et Da-
vid sibi primam homicidii paenitentiam
et sollempnius egit. Perfecto uero do-
ctoris gentium testimonio uitam. maior
est qui benedicit quam qui benedicitur. et
penes quem est conferenda dignitatis aucto-
ritas. eum cui dignitas ipsa confertur
honoris priuilegio antecedit. Porro per
rationem iuris eius est nolle. cuius
est uelle. et eius est auferre. qui de iure
conferre potest. Nonne samuel in saulem
propter inobedientiam. depositionis sententiam
tulit. et ei in regni apicem humi-
lem filium ysai subrogauit. Si
uero constitutus princeps. susceptum mi-
nisterium fideliter gesserit. tantus honor
ei exhibendus est et reuerentia
tanta. quantum caput omnibus membris
corporis antecellit. Gerit autem
fideliter ministerium. cum suae conditionis
memor uniuersitatis subditorum se per-
sonam gerere recordatur. et se non si-
bi suam uitam. sed aliis debere cogno-
scit. et eam illis ordinata caritate
distribuit. Totum ergo se deo, plurimum
suae patriae, multum parentibus et pro-
ximis, exteris non nichil. Sapien-
tibus ergo et insipientibus debitor est
pusillis et maioribus. Haec quidem
inspectio communis est omnium praelatorum. et
eorum qui spiritualium curam gerunt. et
qui secularem iurisdictionem exercent.
Unde et melchisedech. quem primum
scriptura regem introducit. et sacer-
dotem. ut alia eius mysteria taceantur.
quo praefigurat christum. qui de celis
sine matre. et de terris sine patre
natus est. ille nequaquam uel patrem
uel matrem legitur habuisse. non quod utroque
caruerit. sed quia regnum et sacerdoti-
um non pariunt. caro et sangui-
nis alterutrius creando parentum respec-
tus utilitatem multam spirituale non debeat
sed saluberrima subditorum fidelium nota
et cum alterutrius culminis apicem
quisque conscenderit. obliuisci debet
affectum carnis. et id solum agere
quod subditorum saluti expediat. Subditis
itaque pater sit. et maritus. aut
si tenerioris nouit affectionis uoca-
bula. amari magis studeat quam
timeri. et se talem exhibeat ut
uitam eius ex deuotione praeferant
suae. et incolumitatem illius quandam
publicam reputent uitam. et ei
tunc omnia recte procedent. et pa-
ucorum stipatus obsequio praeuale-
bit si opus est aduersus inimi-
rabiles. etenim est mors dilectio
et cuneus qui uinculo amoris
constringitur. non facile rumpitur. Do-
renses cum atheniensibus pug-
nam decreuerunt prelii. oracula consu-
luerunt. Responsum est. superiores
fore si regem atheniensium
occidissent. Cum uentum esset
in bellum. militibus cum omnia re-
gis custodia praecepit. Atheni-
ensibus eo tempore rex codrus erat.
qui responso dei. et praecepto hostium
cognitis. castra hostium ingreditur
mutato regis habitu. sarmenta
collo gerens. Ibi turba obsisten-

Valerii li. 7

a milite · quem falce percusserat
interfectus est. Cognito regis corpore
dorenses sine prelio discedunt. Sic
ita · athenienses · virtute ducis pro
salute patrie · morti se offerentis
bello liberantur. Ut ligurgus in
regno suo · decreta constituens populum
in obsequia principum · adversus imperia
eorum firmavit. Aurum argentique usum
· et omnium scelerum materiam sustulit. Se-
natui custodiam legum · populo eli-
gendi senatum · potestatem dedit.
Statuit virgines sine dote nubere
· ut uxores eligerentur non pecunie.
Maximum honorem non divitum sed etatis
senum esse voluit. Ista ut res pa-
ne rustica · nec locum honoraci-
orem senectus habet. Deinde ut
civitatem suis legibus daret · iu-
reiurando obligat civitatem · ne
eos · de eius legibus mutaturos
ante quam reverteretur. Confi-
cit autem cretam · ibi perpetuum
exilium egit · abiensque moriens
· ossa sua in mare iussit ne relatis
ossibus lacedemonii solutos · se
religione iurisiurandi · in dissol-
vendis legibus arbitrarentur. Hiis
quidem exemplis · eo libencius
utor · quod apostolum paulum · eisdem
usum · dum atheniensibus predicaret
· invenio. Studuit predicator
egregius · ihesum christum · et hunc
crucifixum sic mentibus eorum in-
gerere · ut ignominiam crucis ·
liberacionem multorum · exemplo genti-
lium provenisse docet. Dederat

ista persuasit fieri · non solem · nisi in
sanguine iustorum · et eorum qui publice
gererent magistratum. Porro adli-
bationem omnium · scelus iudeorum · et ge-
ntium · nemo sufficientes potuit inve-
nire · nisi ille · cui in hereditatem
date sunt gentes · et possessio est
· omnis terra possessio eius. Quia ac
aliud esse non posse · quam filium omni-
potentis dei asseruit · cum per deum
· gentes et terras omnes · nec subie-
gerit. Quod ergo sic crucis ignominiam
predicaret · eo usque · ut gentium pau-
latim evacuaret stulticia · sensum
addidit virum · deique sapientiam · et
ipsum etiam divine maiestatis solum
· virum fidei · et linguam predicationis
invenit · et ne illius evangelii pro
carnis infirmitate vilesceret · scan-
dala iudeorum · gentiumque stulticia
· opera christi · que etiam fame te-
stimonio roborabantur exposuit · cum
apud omnes constaret · opera non
posse facere nisi deus. Sed quia
multa in utraque parte · crebro fama
mentitur · ipsam iuvabat fama
· quod distincte illius maiora facie-
bant · dum adumbrata distincte · an-
tiquis [illegible] salvabant egrati
Rursum multa · astucias aristotelis
· crisippi acumina · omniumque philosophorum
tendiculas · resurgens mortuus re-
futabat. Decios duces romanorum Vale. li. 1. c
· se pro suis exercitibus devovisse per
celebre est. Iulius quoque cesar · dum
inquit · qui non laborat · ut mi-
litibus carus sit · militem nescit
armare. Nescit humanitate ducis

in conspectu adversus hostes se. Nec numquam
dixit militibus ite hinc, sed venite.
Dicebat enim quod participatus cum duce
labor videtur militibus minor. Pro-
terea voluptas corporis, eo quod actrice
vitanda est. Dicebat enim in bello
corpora hominum gladiis, in pace volup-
tatibus vulnerari. Denique talem ge-
nus triumphator voluptatem
nullo modo iam facile superari, quam
fuga, eo quod ipsum qui gentes do-
minearat, veneris nexibus innodavit
mulier impudica.

x

Sed quid adhuc mendicata gentium
exempla sectamur, que tamen
plurima sint, cum veteris quousque possunt
ad faciendum legibus quam exemplis
regere. Sit nec ipsum principem
usquequaque solutum legibus opinemur,
audi quam legem imponat princi-
pibus rex magnus super omnes terras
terribilis, et qui aufert spiritum prin-
Deut. 17
cipum. Cum inquit ingressus fueris
terram quam dominus deus dabit tibi
et possederis eam, habitaverisque in
illa, et dixeris: constituam super me
regem, sicut habent omnes per circuitum
nationes, eum constitues quem dominus
deus elegerit de numero fratrum tuorum.
Non poteris alterius gentis hominem
regem facere, qui non sit frater tuus.
Cumque fuerit constitutus, non multiplica-
bit sibi equos, nec reducet populum
in Egyptum, equitatus numero sublevatus,
presertim cum dominus preceperit vobis ut
nequaquam amplius per eandem viam re-
vertamini. Non habebit uxores
plurimas, que alliciant animum eius,
neque argenti et auri immensa
pondera. Postquam autem sederit in so-
lio regni sui, describet sibi deutero-
nomium legis huius in volumine,
accipiens exemplar a sacerdotibus
levitice tribus, et habebit secum
legetque illud omnibus diebus vite
sue, ut discat timere dominum deum
suum, et custodire verba et ceri-
monias eius, que in lege precepta
sunt. Nec elevetur cor eius in super-
biam super fratres suos, neque de-
clinet ad dexteram vel sinistram,
ut longo tempore regnet ipse et
filius eius super Israel. Nunquid
queso nulla lege arctatur, quem
lex ista constringit? Est utique divina
est, et impune solvi non potest.
Singula verba eius, si sapiat, de
auribus principum tonitrua sunt.
De ipsa electione et forma eius
que in principis creatione exigi-
tur, videndi formula que est pre-
scripta est. Inde paulisper attende.
Cum inquit fuerit constitutus, qui
se totius populi fratrem religionis
cultu et affectu caritatis profi-
teatur, non multiplicabit sibi
equos, quorum numerositate sit
subditis onerosus. Equos enim
multiplicare est plures quam ipsa
necessitas exigat, vane glorie
causa vel cuiusvis alterius con-
gregare. Multitudo enim et pare

peripateticorum principem sequimini
ctime civitatis diminucionem. in
singulis rerum generibus signifficat. vel
expresso. Licebit nec gorranes
multiplicare. volucres nec rapaces
aut truces bestias. aut quecumque
portenta nec tui equore. qui-
dem milicia necessarium sit. et usum
communis vite. celeberrima civitate
confinitis est nimis. Idem de histrio-
nibus et mimis. scurris. et me-
retricibus. lenonibus. et huiusmodi prodigiis
hominum. que principem oportet. potius
exterminare. quam fovere. non fuerat
in lege mencio facienda. que
quidem omnes abhominaciones istas
non modo a principis aula conclu-
dit. sed eliminat a populo dei. Ecce
nomine totius familie. et imme-
torum omnium necessarius intelligitur usus
cuius legittima civitas est. quam
vero necessitatis. aut utilitatis exposcat
Ita tamen ut utile et honestum co-
currant. et civilitas conservetur
honestis philosophis cum iam
pridem placuit. peripateticorum illas
esse opiniones. illorum opinione
qui utile separant ab honesto et
summis vilissima. et utilissimam
esse. honestum et utile de se usque.
quam converti. Plato ut refe-
runt philosophi gentium. cum vidi-
sset dyonisium. Sicilie tirannum
corporis sui septum custodibus
quod tantum inquam malum fecisti
ut a tam multis necesse habeas cu-
stodire. Hoc utique principem non

De Dionisio tiranno

oportet. qui officiis ita sibi omnium
vincit affectus. ut quisque subditus
pro periculis imminentibus caput
opponat. Quod etiam urgente natura
se pro capite soleat membra exponere
et pellem pro pelle. et cuncta que habet
ponat pro anima sua. Sed per reducem
populum de egipto. equitatuque nimio sub-
levatus. Magna siquidem diligentia
providendum est animo. qui in sublimi-
tate constituitur. ne inferiores corrumpat
aut exemplis. et abusione rerum
et presumpcione. aut linquere viam
ad confusionis tenebras reducat.
populum. Frequens enim est. ut subditi
superiorum vicia imitentur. quia
magistratui populus studet esse con-
formis. et unusquisque libenter
appetit. de quo aliud cernit illustri
Celebre est illud versificatoris egre-
gii. sensu et verbo. magni Theodo-
sii exprimentis. In commune iubes si
quidem censesve tenendum. primus iussa
subi. tunc observancior equi fit
populus. nec ferre negat. cum viderit
ipsum auctorem parere sibi. componi-
tur orbis. regis ad exemplum. nec sic
inflectere sensus humanos edicta
valent. quam vita regentis. mobile
mutatur semper cum principe vulgus.
Eorum singulorum facultates nequaquam
omnium copiis adequantur. Velocius
corporis quidem sunt. at potestas dicitur
res publica. vel cunctis haurit
Cunc si forte deficit ad singulorum
minorum facultates. At qui pro-
natum quemquam sibi necesse est esse

Superiores vel
aut inferiores
corrumpi
ex lib

contentum. Que si fuerint extenua-
ta, qui nuper potentie appetebat
fulgorem, paupertate sordidus con-
fusionis sue tenebras erubescit.
Unde etiam Lacedemoniorum decreto
potestatibus de usu publicorum honorum
paritas indicta est. Dum tamen here-
ditariis uti et his que propugnato-
ri fortuna attendit quam iure li-
ceat.

Dicit lex: **Non habebit uxores
plurimas que alliciant animum eius.**
Licitum quidem fuit, cuique ex consilio dei,
ut propagande sobolis gratia et fidei
propagande dilatandi plures quis sorti-
retur uxores. In exemplum licentie
huius occurrit patriarche. Cum Sara
usa sit viro suo thoro, si Abraham in
utero alieno ancille ministerio domino
suscipiens filium Ismahelem. Jacob
quoque sororum sibi duplicato coniugio se-
cundas etiam ancillas asciuit. Sunt
qui reges persice (?) pellicibus laqueo
tenet, et ad plurimum uxorum amplexibus
arcet, et cum de aliis plures unius
esse. Licitum fuit de regibus persarum ob-
tinet, ut una unius sit. Nunquam
fornicari vel adulterari, stuprumve
committere licet, cum pluribus cum non erat gentis
multiplicandi causa ac propagandi he-
redis licet uxoribus admisceri. Nunc
omnino stupra, adulteria, aut quaslibet
fornicationes punit potestas. Eisdem
sub ea temporibus multas uxores David
quisquam obiciat, qui forte de hoc
sic et de multis aliis speciali pri-
vilegio gaudet. Licet facile concesserim
quod et ipse in hac parte deliquit. Cum
enim affectus ille uxorius proditionem
et homicidium de adulterio impegit,
nec de illius excusatione laboro, cum
prophetica correptus et convictus pa-
rabola seipsum reum mortis esse iudicavit.
Habes itaque regem cum regibus
delinquentem, et utinam cum penitente
peniteat, et fateatur cum confitente
culpam, et satisfacientes cum satis-
faciente. Ne oblitus (?) sit audita opera (?)
quod sapientiam Salomonis mulierum
infatuavit amor. Sequitur: **Nec ha-
bebit argenti et auri immensa
pondera.** Docet enim et duo prohi-
bente argentum sibi et aurum the-
saurizent, facientes ex calumpnia
questum, de paupertatibus aliorum ha-
bundanciam querat, de rapinis di-
vicias, et singularem sibi beatitudinem
statuat in calamitate multorum.
Sed copia Salomonis obicit (?) ab
exemplo (?) principes locupletes fecit (?)
non per libros (?) si auri nomine
aurum et argentum Salomonis tempore
viluerit. Non utique viluisse,
si corporum immensa pondera, et que
usum excederunt, sibi vel cupiditas
congessisset. Contemnendum ea mulier (?)
defodiens quo cariora fierent
humanis usibus subtraxisse. Apud
Petronium Trimalchio refert
fabrum fuisse qui vitrea vasa
faceret tenacitatis tante ut non

magis quam aurea vel argentea
diligerentur. Cum ergo fialam huius-
modi de vitro purissimo et solo
ut putabat dignam cesare fabri-
casset, cum munere suo cesarem
adiens admissus est. Laudata est
species muneris, commendata manus
artificis, acceptata est devocio do-
nantis. Faber vero ut admiracionem
intuencium verteret in stuporem et
sibi plenius graciam conciliaret impera-
toris, petitam de manu cesaris fialam
recepit, eamque validius proiecit
in pavimentum tanto impetu ut
nec solidissima et constantissima eris
materia maneret illesa. Cesar autem
adhuc non magis stupuit quam expa-
vit. At ille de terra sustulit fi-
alam, que quidem non fracta erat
sed collisa, ac si eris substancia vitri
speciem induisset. Deinde martellum
de sinu proferens vicium correxit
aptissime, et tanquam collisum vas
eneum crebris ictibus reparavit.
Quo facto se celum iovis tenere
arbitratus est, eo quod familiaritatem
cesaris et admiracionem omnium se
promeruisse credebat. Sed secus
accidit. Quesivit enim cesar
an alius sciret hanc condituram
vitreorum. Quod cum negaret, eum
decollari precepit imperator, dicens
quod si hoc artificium innotesceret
aurum et argentum vilescerent
quasi lutum. An vero sit relacio
et fidelis, incertum est. Et de facto
cesaris dum sic diversa senciunt, Ego
vero sapiencium non prejudicans intelle-
ctui, devocionem potentis artificis
male remuneratam arbitror, et in-
utilis humano generi respectu tam ars
egregia deleta sit, ut fomes a-
varicie, pabulum mortis, contencionum
plerorumque causa, pecunia, pecunie quam
materia suadet de precio. Quia si diligen-
ter omnibus fuerat cognita, tamen sine se
esse non posset, que vere precium est
utique de precio. Precium nunc est. Dat
census honores, census amicicias,
pauper ubique iacet. Longe utilius
quidam antiquorum maiorum et
tam ceteri a suis rebus publicis con-
firmare studuerunt, ut causa deficien-
te effectus malicie evanesceret.
Quale est decretum Ligurgi apud
lacedemonios et in antiqua grecia
que nunc pars ytalie est, Samii do-
ctrina pittagore, qui constitucionum
suarum robore et virtute edixit tota
suasisse ytalia summa aurum cum
argento vilescat. Dum sit sola utilitas
de precio, et illa quorum usu optima
dum per vivendi via commodat corpus
itaque non iacebit nec dives, solius
pecunie beneficio honorabitur, dum
unusquisque sui ipsius dote erit in
precio vel vilesceret. Certe quedam
esse quedam ab aliorum opinione. Sunt
precii dignitate. Panis siquidem
aut victualia que in alimentum
aut indumentum necessaria constant
dictante natura sicut ubique tenentur in precio

Que sensus oblectat. natura ambobus
grata sunt. Quedam vero. Que nec se
non modo eadem. sed vigent apud omnes
Que opinionis arbitrio sequuntur. mu:
tata sunt. et sic ad placitum sunt. ita et
ad placitum evanescunt. Non sinat
ergo timoris imperator. ne iura commer:
ciorum deficeret. cum eciam adhuc apud
illos venalicium frequens sit. qui
pecunias non noverunt. Scio equidem
tante sapiencie fuisse salomonem. ut
nunquam timuerit. ne aurum et arge:
ntum vilesceret posteris. quorum magis
videbat esse famelicam. et propter
materiam. nil aliud quam pecuniam
esurire. Unde prosperitatem suam
hanc rubiginem. rex contempsit
egregius. ut ad contemptum pecunie
sui ipsius exemplo. posteros imi:
taret. Porro ea esse reges expedit
copiosos. ita tamen. ut divicias suas
populi reputet. Non habebit ergo divi:
tias. quas nomine possidet alieno
nec sibi privata civium bona fiscalia
que publica consistent. Nec mirum
cum nec ipse suus sit. sed subditorum

6 Postquam autem sedit in solio
regni sui. describet sibi de
uteronomium legis huius in volu
mine. Ecce quia princeps. non
debet esse iuris ignarus. et licet militie
privilegiis gaudeat. nec militie pre:
textu. legem domini permittitur ignora:
re. Describet ergo deuteronomium legis
i. secundam legem. in volumine cordis
ut sit lex prima. quam littera ingerit
secunda quam extra misticus intellectus
agnoscit. Prima quidem sibi po[tuit]
lapideis tabulis. sed secunda non impri
mitur. nisi in puriore intelligencie
mente. Et recte in volumine deutero
nomius scribitur. quia sic apud se sen
legis. princeps revoluit. quod ab
oculis suis. littera non recedat. Et
sic quidem insistit littere. ut ne:
quam ab intellectus distorqueat puritate
litteram magis occidit. spiritus vivificat
et penes ipsum thesauri vite et ex:
media interpretatio. nova et qua:
lis expetat. Accipies autem exem
plar. a sacerdotibus levitice tribus
Recte quidem. omnium legum in manibus e[orum]
censura. si non divine legis yma
ginem gerat. et inutilis est con
stitutio principis. si non est ecclesia
stice discipline conformis. Quod
et christianissimum non latuit prin
cipem. qui legibus suis indixit
ne dedignentur sacros canones
imitari. Et non modo sacerdotes
ad exemplaria peti precepit. sed
ad leviticam tribum. mutuandi
gratia princeps mittit. Sic enim
legitimi sacerdotes audiendi sunt
ut verbis. et attendentibus ex:
cusso. aurem nec iustus claudat
auditum. Sed qui sunt sacerdotes
levitice tribus. Illi utique quos
sine avaricie simulis. sine ambi:
cionis impulsu. et sine affectione
carnis et sanguinis. lex domini eccli[a]

introduxit. Moyses autem legem littere
que mortificat. sed spiritus qui de spiritu
vivente. iudicia cordis. fidei sin-
ceritate. et operibus caritatis vivifi-
cat. Sicut enim umbratilis lex
et genus omnia figuralis. sacer-
dotes in singularitate carnis et
sanguinis preelegit. sic post quas re-
spirantibus umbris. veritas pate-
facta est. et iusticia de celo prospe-
xit. quos vite commendat meritum
et bone opinionis odor. et uni-
tas fidelium. aut prelatorum di-
ligens providencia. de operibus ministerii
segregavit. Spiritus applicat
ad leviticum tribum. et legittimos
instituit sacerdotes. Scribatur et
habebit secum. leget que omnibus
diebus vite sue. Attende. quanta
debeat esse diligencia principis. de
lege domini custodienda. qui eam
semper habere. legere precipitur et revolvere.
Sic rex regum. factus communis. factus
sub lege. omnem implevit iusticiam
legis. ei non necessitate sed voluntate
subiectus. Cuius de lege voluntas
eius. et de lege domini meditatus
est. die ac nocte. Credo si ille
declaratur parte. non credit imitandum
qui non regum gloriam. sed fidelium
amplexus est paupertatem et in-
dutus forma servili. reclina-
torium capiti non quesivit
nativitatis. et nutritus acquirendo
regnum suum. debet nudo non esse
confessus est. Confitear non omnia
regum illustrium quorum memoria in bene-
diccione est. Confitear ergo de capitulo
isto. david. ezechias. et iosias.
et ceteri. qui deo sibi regni gloriam co-
ram credebant. si dei querentes gloriam
se et subditos. divine legis mentibus
immiderent. et ne illorum remota
videantur exempla. et exeo sequenda
minus. quod a lege cordis. et virtutum operum
et religionis cultu. et fidei confessione
aliquantulum videmur abscedere. licet nobis
et illis eadem fides sit. ita tamen. utrique
illi futurum expectabant. nos expectare ma-
gna gaudeamus. et venientem mysterium
tum abiectis tantum umbris figurarum
ex quo veritas de terra orta est. et in
conspectu gencium revelata. ne nostrorum
illorum. tamen aliena. aut prophana
contempnantur exempla. Constantinus
in. theodosius. iustinianus. et leo
et alii christianissimi principes. prin-
cipum primi instituere christianum principem
imagine precipua operam dabant. ut
perfectissime leges. que constringunt
omnium vitas. fierent et tenerentur
ab omnibus. nec illorum esset. quisquam
ignarus. nec aut publicam utilitatem
civium dispendium compensaret. aut
minoratione etatis. aut seu quisquam inte-
llectus arbitratur eviter ancellos
Illorum utique gesta. ut tamen imita-
menta sint. vera cum sint. tot insti-
tuciones morum. Denique domita vi-
ciis subiugatis. et captivatis. quem
arcum triumphale consecratum po-
steritati magnifice. inclitis titulis

exceperunt. fideli confessione predica-
tes deum omnibus. quia non modicam
expressa sed dum facit hic omnia. Et
quidem constantinus romana ecclesia
fundata. et dotata ut certa eius
tardarunt egregia. benedictione perpe-
tua insignis est. Iustinianus et
leo. qui fuerunt. quos tradit. per
totum orbem. sacratissimis legibus
emulabantur quasi quoddam templum
. iusticie sacrare studuerunt. Nam
de theodosio quid dicam. quem ipse
virtutes habuerunt exemplar et
ecclesia dei obreligiosum et iusticie
venerabilem notam. et sacerdotibus
pacientissime tum. et humilime indi-
gnatum. non modo ut imperatorem ve-
neratam est. sed ut antistitem. Qui
leges tulerat. quam pacienter tulit
sentenciam. sacerdotis mediolanensis
Et ne sentenciam emolliti presbiteri
et principibus applaudentes fuisse
teneam putes. a regalium usu
suspensus est princeps. exclusus
ab ecclesia. et penitentiam coactus est
explere sollempnem. Sed quid eum
tante necessitati subiacere cogeret vo-
luntas utique subiecta iusticie dei. et
legi eius. iuste quamquam obtemperans
Et nisi quem mentita levitate
seducunt. superbis tenenda precepti
exemplis quibus filium instruxit. apud
clarum claudianum. quis ipse in
seculo more extitit. paucis
agnoscens. Ceterum cum premisse
legis verba revoluo. singula michi

videntur omnista. menti occurrit
Habebit ergo inquit secum legem
providens ne addagnatum sua
hoc est cum necesse sit. licet cum se pre-
tentes et tum potentes tormenta
pacientur et adiciat. leget eam
. legem siquidem habere dominum manibus
parum prodest. nisi fideliter custodia
domina. legenda ergo omnibus
diebus vite sue. ex quibus liquido
constat. quam necessaria sit principi
pericia litterarum. qui legem domini co-
tidie revolvere lectione iubetur.
Et forte nec sacerdotes legem co-
tidie legere iubentur. non fre-
quenter invenies. Princeps vero
cotidie legit et diebus vite. Et
qua die non legit legem. ei non
dies vite. sed mortis est. Hoc
utique sine difficultate illiteratus
non faciet. Et in litteris quas
regem romanorum. ad francorum
regem transmisisse recolo. quibus
hortabatur. ut liberos suos. libera-
libus disciplinis instrui pararet
. hoc inter cetera eleganter adiecit
quia rex illitteratus. est quasi
asinus coronatus. Si tamen contingat propter
sacrum. ob egregie virtutes natura
principem contingat esse illitteratum.
eum agi litteratorum consiliis. ut
ei res recte procedat necesse est. Assi-
stat ergo ei. nathan propheta et
sadoch sacerdos. et fideles fi-
lii prophetarum. qui eum a lege dei
divertere non pacientur. et quam

pe orbis aio non audit. linguis
nis mederetur. que quedam alium
sortio litterati. legat itaque meus
mcipis. ut lingua sacerdotis et
putquid egregium videtur d[e] in dibus
que legis domini venetur. Sed ri
a. et lingua sacerdotum. quia quidam
ute liber est d[e] sancte scriptore. ffor:
so forte spectat. quod exemplar
legis a sacerdotibus leuitice
tribus iubetur assumi. et predicatorum
orum. de potestas commissi ingratus
gubernacula modulari. Ad exercens
omino lector est. qui et si ipse non
legit. que leguntur ab aliis fideliter
audit. Qui vero neutrum facit:
quo modo de contemptu precepti. princ:
cipis fideliter adimplebit. Constan:
tius magis de solabilium omni. Sapie
accessio est. Ptholomeus ad
... tumulum bibliothece. nomine
sibi aliquid deesse credidit. donec
acceptis septuaginta interpretibus. licet
gentilis esset. legem domini gratis im:
tauit. Ieronimus enim refert. quod
interpretes in eadem cellula clausi
contulerint. que prophetauerint. Nichil
domino constet reges de utilitate ... sic ...
sollicitudo. legem domini de greciam tra:
iecisse. Mathias noctibus legi:
sse me memini. quod cum philippi ma
cedonis. morem legerint insignia
... litteratorum studium. quasi
belli negotia. et victoriarum trium
phos. liberalitate inesse quam ...

officium. et quecumque lepide gessit dicta
vel facta sunt. colorauit. Regem et hic
ipsum. inquo se aliis excellentiorem no:
uerat. quasi honorem hereditatis
fundamentum. ad omnia quam probabat:
regni et felicitatis. filium heredem
transmittere curauit. Obstant tamen
epistola eius. destinata aristotili. nup
nati alexandri. ut probabatur. magno
visa est existenda. Est igitur contempta
adhuc ferme sententia. Philippus aristo
tili salutem dicit. Filium michi genitum
scito. quo equidem diis habeo gratiam. non
proinde quia natus. quam pro eo. quod eum
nasci contigit. temporibus vite tue. Spero
etenim fore. ut educatus. eruditusque
a te. dignus existat. et nobis et rerum
istarum susceptione. Romanos imperato:
res aut duces. dum eorum res publica
viguit. illiteratos extitisse non memini.
Et nescio quomodo contigit quod ex quo
de principibus virtus languit litterarum. ar:
mata quoque milicie infirmata est manus
et ipsius principatus quasi precisa radix.
Nec mirum. cum sine sapientia. nullus stare
aut esse valeat principatus. Socrates
appollinis oraculo. sapientissimus
iudicatus est. et qui sine contradictione
septem illos. qui dicti sunt sapientes
incomparabiliter antecessit. non in opi:
nione sapientie. sed virtute. tunc demum
res publicas fore beatas asseruit.
si eas philosophi regerent. aut rectores earum
studere sapientie contigisset. Et si tibi socie
videtur contempnenda auctoritas. per me

Epistola philippi ad aristotilem

inquit sapientia. reges regnant. et
conditores legum. iusta decernunt. Per
me principes imperant. et potentes
decernunt iusticiam. Ego diligentes me
diligo. et qui mane vigilant ad
me. invenient me. Mecum sunt divicie
et gloria. opes superbe. et iusticia. Me-
lior est fructus meus. auro et lapi-
de precioso. genimina mea. argento
electo. In viis iusticie ambulabo in
medio semitarum iudicii. ut ditem di-
ligentes me. et thesauros eorum re-
pleam. Item meum est consilium. et
equitas. mea est prudencia. mea
est fortitudo. Et alibi. Accipite disci-
plinam. et non pecuniam. doctrinam ma-
gis. quam aurum eligite. Melior est
enim sapientia. cunctis opibus preciosissimis.
et omne desiderabile ei non potest comparari.
Unde gentiles nichil sine nutu numi-
nis credunt faciendum. unum tamen quasi
deum deorum. et omnium principem celebra-
bant. scilicet sapientiam. ideo quod ipsa omnibus
preest. Unde et philosophi veteres. ymaginem
sapientie in foribus omnium templorum pin-
gi. et hec verba sibi debere censuerunt.
Usus me genuit. peperit memoria.
Sophiam me vocant graii.
vos sapientiam. Et Seneca item. Ego odi ho-
mines stultos. et ignava opera. et
philosophicas sententias. Et quid ele-
gantius. Illi ista sumpserunt. licet ultimate
ipsam. plene non noverint. ad eam
tamen aliquatenus accedentes. deum sa-
pientiam. omnium que vere sunt. ducem et
principem arbitrantur. cum et ipsam vari-
ter gloriatur. apud omni gente et populo

a principio principatum tenuit. superborum
et sublimium colla. propria virtute cal-
cavit. Salomon quoque. se eam. super sa-
lutem. et omnia pulcra dilexisse
fatetur. et adeptum. cum ea. bona omnia
accessisse.

Sequitur ut dicat. time do-
minum deum tuum. et custodire man-
data eius. que in lege precepta sunt. Ad
legitime observationis legem ipsa
subiungit. ut dicat magister. Dili-
gens namque lector. legis disciplu-
lus est non magister. Nec ad sensum suum
captivatam retorquet legem. sed sen-
menti eius. et integritati sensus
suos accomodat. Sed discipulus
iste. quid discit. utique timere
dominum deum suum. Recte quidem. cum
sapientia pariat. et firmat princi-
patum. Et qui initium sapientie non
duo. Cum igitur timoris non initi-
at gradu. frustra ad legittimi
principatus culmen aspirat. Lectio
nunquam cuncta de quibus dicta. dedalle
natur deiectis. et imperiis dei
ciendis. scriptum est. ipsi regnaverunt
et non ex me. principes extiterunt
et ego ignoravi. et alibi. Tenentes
legem nescierunt sapientiam. Time-
at ergo princeps dominum. et se promp-
ta humilitate mentis. et pia ex-
hibicione operis. servum profiteatur.
Deus etenim servi dux est. Servit
itaque domino princeps deum confitens

precepta { immobilia
{ mobilia

-bus subditus sit. fidelis fuit qui
et dominum deum esse agnoscat. cui non
solus timore et maiestate. quam
amore et pietate exhibendus est. Pa-
ter etenim est. et cui nullam creaturam
propria faciente merito. negare potest. Di-
lectionis affectum Si ego inquit dominus
sum. ubi est timor meus Si pater
ubi est amor meus. Verba que legis
custodienda sunt. quod et primo timo-
re gradu. quadam que virtutum scala
felici procedit ascensu Dilectio in-
quit illius. custodia legum eius. Quia
initium sapientie. timor domini. Propterea
qui deum timet. faciet bona. et
qui continens iusticie. apprehendet
illam. et obuiabit illi. quasi mater
honorificata Sed que tanta diligencia
tanta custodiatur. Utique que precepta
sunt de lege. ut apud principem. iota
vel apex legis. non cadat in titulum
et non ille preceptis. vel manibus subtrahere
-cipiat Sunt autem precepta que-
dam. perpetua tenentia necessitatem apud
omnes gentes legittima. et que
omnino impune solui non possunt
Ante legem. sub lege. sub gratia.
omnibus lex una constringit Quod
tibi non vis fieri. alii ne feceris
et quod tibi vis fieri. faciendum. hoc
facias alii Procedat nunc
de abbatibus potencium. si surrexit
aut si hic par est. publice pro-
tonent. principem non esse legi sub-
iectum. et quod ei placet. non modo
de iure. sed forma equitatis con-
cedo. sed qualiscumque legis tenere vi-

-gorem Regem quem lege neptibus sub-
trahunt. si volunt et audent et lege
faciat. ego non modo hiis renitentibus
sed non reclamante. ipsos hac lege te-
neri confirmo Cui enim magis quam non
fallit et fallitur. iudices iudicantem
iudicabimus Et tunc iudicium grauissimum
de hiis qui presunt fiet eo quod mense-
suram bonam. confertam coagitatam
et super affluentem. refundetur in sinus
eorum Nec tamen dispensacionem legis
subtraho manibus prelatorum. sed perpetua
preceptionem aut prohibicionem habencia
libito eorum. nequaquam arbitror
sub ponenda Ea tamen hiis itaque dumtaxat
que mobilia sunt. dispensacio eorum
admittitur. ita tamen. ut compensacione ho-
nestatis. aut utilitatis. mens legis
integra conseruetur. Nec eleuetur
inquit. cor eius in superbiam super
fratres suos. Quod precipue necesse est
sepius replicat. eo quod humilitas
numquam satis videtur commendata princi-
pibus. et difficillimum est. ut gloria
honoris. tumorem non pariat. de ea
impudente Superbis itaque resistit deus
et humilibus dat gratiam Proinde
ego rex orat. ut non veniat ei
pes superbie. quia ideo ceciderunt
qui operantur iniquitatem expulsi nec
potuerunt stare Non itaque superbiat
super fratres. sed ad fratrem meminerit frater
tamen sibi esse omnibus impendat af-
fectum Et quidem prudentes humilitate
cum discrecione et caritate. indicit
principibus. quia sine ista. omnino prospere

Jacobi

Humilitas est nove civitatis in regimine conservativa et conservatrix

Vincencius in Cronicis li. 2. c. 14. Eutropius [illegible] cap. 27

non potest principatus. Quisquis ergo gradum proprie celsitudinis amat, humilitatis cultum cum moribus diligentissime teneat. Nam qui absque humilitate operibus recedit a dignitatis sue fastigio tumoris pondere cadit. Obtinet enim preceptum quia qui se humiliat exaltabitur et e contrario qui se exaltat deprimetur. Reges romanorum novissimum Tarquinium deiecit superbia et ei absque humilitate magistratus annuos substituit magistratus. Denique quem superborum regum exitus regnare dimiserit eorum namque qui per superbiam ceciderunt historia copiosa est. Nec in catenis superbiam initiet ut incidat in contemptum quia sicut elatio ita et abiectio declinanda est. Unde et de iure romano cautum est ut qui ius reddit se quidem in adeundo facilem prebeat contemptui tamen non paratur. Mandatis quoque adicitur ne presides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant eo quod ex conversatione equali contemptio nascitur dignitatis. Servetur ergo in publico propria maiestas et apud se private condicionis status pariter meciatur. Hoc ipsum antiquis priorum documentis faciendum agnosce. Quod prius Thaurus Athenas visendi cognoscendi que eius gratia venit presente provincie preses et pater eius sed privatus. Taurus venientibus placide assurgit, resedit que permutua salutacione. Allata est mox una sella que in promptu erat et dum

Filii dignitatis que prefertur est patri in publico et non in privato

Gellius

alie preberentur apposita est. Invitavit ergo Taurus patrem presidis ut sederet. At ille: Sedeat hic potius qui populi romani magistratus est. Absque preiudicio inquit Taurus tu interea sede dum conspiciamus querimusque quid conveniat: te ne patrem sedere decet qui pater es an filium qui magistratum gerit romani populi magistratum. Cum pater assedisset appositumque esset aliud filio super ea re Taurus sic qui convenant verum fecit cum summa boni equi honorum atque officiorum perpensatione. Eorum verba sunt hec fere fuit. In publicis locis atque municipalibus patrum iura cum filiorum qui in magistratu aut potestatibus sunt collata interquiescere paululum convenire. Sed cum extra rem publicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur in convivio quoque familiari discumbatur, tunc inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare et naturales nos exoriri. Hoc igitur inquit Taurus quod ad me venistis, quod nunc loquimur, quod de officiis disceptamus privata actio est. Itaque tu pater utere hiis honoribus prius quibus quoque domi vestre te uti prior decet. Hec ergo in gratiis curarum persuadenda arbitror ut in expletione rei publice dignitatis rectores sint proprie condicionis et sic attendant proprie condicionis statum ut non devenissent publice dignitatis gradum. Sic etiam collati sibi honoris integritatem servet ut aliorum non minuat dignitatem. et sic

priuata quisque polleat dignitate
ut non fiat iniuria publice potestati

De moderatione iustitie et
clementie principis

Obtineat ergo in principe quod
in omnibus obtinere, nemoque
sua sed que aliorum sunt querat. Sed que aliorum
ipsius affectionis modus
quo caritatis brachiis subditos ut
fratres amplectatur, moderationis li-
mitibus clauditur. Sicut enim sanitatis
diligit, et errores corporum medi-
cinaliter corrigit, sic delictis cri-
minalibus agnoscit et sanguinem, ut ca-
pitis subiciat ditioni. Medicorum
vero consuetudo est ut morbos
quos fomentis et lenioribus me-
dicaminibus curare nequeunt, gravioribus
adhibitis igne puta vel ferro
curent. Verentur enim, quibus
nisi cum lenium auxilio desiderata
sanitas desperatur. Sic et potestas
cum subditorum vitia mansueta manu
curare non sufficit, penarum acri-
moniam dolens recte vulneribus
infundit, et pia crudelitate seuit
in malos, dum bonorum incolumitas
procuratur. Sed quis sine dolore
proprii corporis membra valuit am-
putare? Dolet ergo cum delinquentibus
culpis vindictam opponit; eam tamen
peragit invita dextera. Membra
namque non sunt principis et ut cetera
membrorum corporis. Cuius ipse caput
est. Legimus tamen et gemens fa-
mulatur. Philippus cum audisset
Pythiam quendam bonum pugna-
torem alienatum animo sibi, quod
tres filias inopsque vix aleret, nec
a rege adiuvaretur, monentibusque amicis
ut eum caveret: Quid si, inquit Philippus,
partem corporis egram abscin-
derem potius quam curarem? Deinde
familiariter secreto elicitum Pythiam
accepta difficultate necessitatis dome-
stice, pecunia sufficienter instruxit,
ac meliorem fideliorem habuit
quam fuit antequam crederet offen-
sum. Ut enim ait Lucius, princi-
pem senem moribus esse oportet, et
qui moderatione sequatur consilia, et
virum gerat medicorum, qui morbos
curant nunc cominatione inhibentes,
nunc refectione immutantes, et do-
lorem sedant nunc cautio, nunc
fomentis. Porro sit in verbo affa-
bilis, munificus in beneficiis, et
integre auctoritatis seruet in mo-
ribus dignitatem. Affabilia namque
benignitatis consiliat sermo bonus
et in lingua gratiosa, animum fide-
lissimum et constantissimum etiam a
durioribus extorquet beneficia, et
quem fecere fouent et solidant
a morte dignitatis debitam reverentiam
subditorum. Egregie quidem Traianus
gentilium optimus Augustorum, ac-
quirentibus eum amicis quod in omnes ni-
mium et ultra quam imperatorem de-
ceat communis esset, respondit se talem
velle imperatorem esse privatis, qua-
les imperatores sibi esse privatus op-
tasset. Unde et relatu Plinii
secundi ammonitus qui tunc inter ce-
teros iudices persecutor erat christiane de-
stinatus erat, dicere maluit ...

persecutionis gladium revocatis edictis
temperavit. Et forte cum fidelibus egi-
sset mitius. non decessorum suorum legi-
bus. et exemplis. et paterna ut
putabat consilio. et auctoritate iudicia
ad delendam sectam hominum. opinione
publica. superstitiosam. et vere religio-
nis inimicam invitatur. Nec tamen
usquequaque commendo iustitiam hominis
qui christum ignorabat. sed nihilominus ipsius
exterius. qui aliorum credebat im-
pulsu. et ad inflam... misericordiam
quasi pietatis agebatur instinctu na-
clemens in omnes. austerus in paucos
quibus parcere nefas esset. adeo ut
toto imperii sui circulo. unus dap-
natus sit. senatorum nobilium ne
urbis. licet inveniatur plurimi in
tempore eius deliquisse. Hic autem
a senatu dampnatus. est ignorante
traiano. Dicebat enim insanum esse
qui oculos si habeat lippientes eos
malit effodere. quam curare. Dicebat
et ungues. si acriores sunt re-
secandos esse. non avellendos. Si
cum citharedus. aliique fidicines
multa diligencia procurant. quo-
modo observata corde. compescat unum
et eandem aliis unanimem reddat
faciatque dulcissimam dissidentium
consonanciam. cordis non corruptis
sed tensis proportionaliter. vel remissis
cum tanta sollicitudine. oportet principem
moderari. nunc rigore iustitie nunc
remissione clemencie. ut subditos
faciat quasi unanimes esse in domo
et quasi discordantium. in iustitia pacis
et caritatis operibus. una faciat ex

sectarum et maxima armonia. Hec
autem cum est. quia tucius est cordas
remitti intensis. quam protendi. Re-
missarum namque intensio artifex pro-
qualis sit. et debitum soni reddit gra-
sed que semel rupta est. nullo artifi-
reparatur. Porro si sonus exi-
guos non habent. frustra tendunt et
sepe citius veniunt ad nullum. quam
adeum qui nimis exigit. Sit
Ov. etherius. Est piger ad penas prin-
ceps ad premia velox. Et cui quique dolet
quociens cogitur esse ferox. Ultima
namque iustitie. alteri pars est. que
adeo principi innata sit. ut quisque
sine illis. non modo principatum sed
quemlibet magistratum vendicat. frustra
sed ipsum irridcat. sed et aliorum in
se provocat visum. contemptum et
odium. Misericordia inquit et veritas
non te deserant. circumda eas
gutturi tuo. et scribe eas in ta-
bulis cordis tui. et invenies
graciam. et disciplinam bonam. coram
deo et hominibus. Gracia namque
debetur vite. iustitie disciplina
utique gratia et amorem sublatorum. hec
divina producit gratia. optimum instrumentum
est. omnium gerendorum. sed et amor
sine disciplina non prestat. quia
cessante iustitie stimulo. amplius
dilecta resolvit. Accedit ergo
ingeritur sceptrum et secat sic in-
iustitia operatur. Lex clemencie
est in lingua eius. Et sic cle-
mentia temperat rigorem iustitie
~~Et sic clemencia temperat~~. Lex lin-
gua eius iudicium loquitur

Officio namque eius iusticia in iu-
dicium vertitur. ea quidem necessitate
ut varicari non liceat quis se ipsum
sibi collato destituat honore.
Honor autem regis iudicium diligit
et delinquentium culpas tranquilla
mentis moderatione compescit. De
ingratitudinis moderatione librum perfectum
scripsisse plutarchus qui instituit
archigramaton. et ingratitudine sue
urbis dispacatam. et iusticie cultum
verbis instituisse dicitur et exem-
plis. Hic autem servum habebat ho-
minem nequam et contumacem. sed
liberalibus disciplinis eruditum congeri-
e et conspectatum satis in disputa-
tionibus philosophorum. Contigit ut ob
nescio quam noxam ei tunicam de-
trahi cedique iuberet plutarchus lo-
ro. Cepit verberari dum vapule-
ret. cum ei inficiaretur culpam dicens
se nil egisse mali. nil sceleris
admisisse. et obloquebatur se
nullis demeruisse obsequiis ut
vapularet. Postremo cum non profi-
ceret. vociferari cepit et inter vapu-
landum. iam non querimonias et
gemitus eiulatusque. sed verba seria
et obiurgatoria iaculabatur. Non
ita se habere plutarchum. ut philosophum
deceret. irasci turpe esse. ei presertim
qui de malo ire sepius
dissertavit. librum quoque pulcherrimum
scripserat de paciencia. contradicebat et
perverse. quod doctrinam suam moribus
impugnabat. eo quod a mentis in-
tegritate prolapsus. effususque et

provolutus in iram. plurimis pla-
gis multaret innocentem. Contra hec
plutarchus. lente quidem et leniter
et summa cum gravitate. Numquid
quia vapulas tibi irasci videor.
Est ne ira mea. si a me debitum
recipis. Ex vultu ne meo. an
ex voce. an ex colore. an etiam ex
verbis. ira me correptum intelligis
aut correctum. Michi quidem. neque
oculi opinor truces sunt. neque
os turbidum. neque immaniter
clamo. neque in spumam ruboremque
effervesco. neque pudenda dico
aut penitenda. neque omnino trepido
ira aut gestio. Hec omnia quippe
si nescias. signa irarum esse solent.
Et simul ad eum qui cedebat conversus
interim inquit. dum ego atque hic
disputamus. tu hoc age. et sine
iracundia mea verecunde simulatam
contumaciam. et iniquum penitere
doceas. Quam integre ergo plu-
tarchi exemplo non nichil eruditionis
relictum est. omnibus qui in sub-
limitate sunt.

equitas neque declinet ad dexte-
ram neque ad sinistram. Ad
dexteram declinare est. iniuriis suis
vehementer insistere. Ad sinistram de-
clinare est. de iniuriis operibus. qui
de suo consistit modum excedere. Animus
vero vehemencia. salutis inimica
est. Et excessus omnis in culpa
ponatur. quia rerum consuetudo nimia

i mach c 6

pessima est. Unde ethicus insa-
ni sapiens nomen ferat, equus ini-
qui ultra quam satis est virtutem
si petat ipsam. Et plus cave
quod est nimium quia si hec ipsa cau-
tela modestia deserit, eo ipso
atramite virtutis incaute recedit.
Salomon quoque noli inquit esse nimis
iustus. Unde ergo nimium procedit
si regina virtutum iusticia in sui
nimietate obest. Alibi quoque ni-
mia humilitas maxima pars superbie
est. Ad sinistram declinare est pa-
rupta viciorum avia virtutum deviare.
Ad dextram deflectitur ad sinistram qui de
subditorum culpis nimis pronus est
ad vindictam. Et ad dexteram contra
retorquet qui delinquentibus ex
mansuetudine nimis indulget. Utr-
umque utrumque devium est, sed quod ad
sinistram vergit perniciosius est.

10 Ad legittime regiminis observancie
que non est utilitas bonorum
utique prosequitur sermo. Plinius dixit
dicit enim. Et longo tempore regnet
ipse et filius eius super ipse. Ecce
que non tante difficultatis futura
sit merces. Sed regna prima. Si
hiis longo tempore protelantur. Delitie
namque parentum protendit successio
filiorum et succedencium felicitatis
quod decedencium iniquitate perditur.
Nam spiritus sanctus contrarium est testimonio quia
iniusti disperibunt. Sed et reliquie
impiorum interibunt. Salus autem
iustorum a domino est. Qui protegit eos
de tempore tribulacionis. Sed cum eternitatis to-
cius temporis. Quantacumque sit proximitas
momenta defluat. Et in eo toto non
nisi admodum breve momentum sub-
sistat. Quid de eo potest esse longum
cum ea omnia si colligantur de unum
vero eternitati collata non puncti quidem
locum obtineant. Eo quod finitorum
ad infinita omnino nulla est comparacio.
Certe tenui admodum spera ut circum-
ferencia et si exigua. Aliquantum
ut plurimum plangi proporcio est eternitatis
et temporis nulla. Unde ergo
longum erit in eo, quod totum breve
est. Aut que beatitudo temporis, ante
videbitur dimidia si ea fidei et
perpetua anima est. Quantolibet tempore
inesse taciturna. Sed ego de loco
isto. Ut in fine prudencior sine
saniori dictum intelligatur. Longi
temporis regnum dici arbitror, ipsius
ante indeficientis etatem, quia pro
bene administrato regno eterne
beatitudinis gloria donabit. Deus cum
eternum sit, quod deus remunerabit opera
singulorum. Et omni de mia ubi
iusticia plenior quos luce
clariori respiciet quam illos
qui omnes ad iusticiam erudierint
vel secum traxerint ad mortem.
Sicut ergo potentes potenter tor-
menta pacientur, sic et iusti
premiis fruentur plenius. Si vere
exercuerint potentatum. Et tanta
de futuro prosubditis debebunt gloriam

quia virtute eos in magna delinquendi licentia prosperitas possuit. potuit inquit transgredi et non est transgressus facere mala et non fecit. ideo stabilita sunt bona illius in domino. Item iusticiam namque principibus reputatur etiam cum temperant ab iniuriis. et facultas delinquendi est eis magna multorum declinare a malo deis magnum est. etiam si magna bona non faciunt. Divitum subditos indulgencia malorum non premat. Bone magnum est. quam beatitudinis quam habere videntur. eis ipsorum si recte egerint promittitur. Comminatio impossibile dicitur quidam et habere florem tamen nudo. et metrum gaudere cum populo et sua quid verum est. si vero nudi flores reputes lenocinia viciorum sunt qui et reges flores possunt. et mutabilium florum dulcissimos et utilissimos metrum earum fructus. Unde aut beatus est. quod si de diviciis ad divicias. de delicijs ad delicias. de gloria ad gloriam. principes transferunt. de temporalibus ad eterna.

et hoc quod littere prima facies promittit conclusio. que et legi tribus regnum promittit prelibus et eiusdem successionem protendit ad filios. qui sunt temporalis regni et eterne beatitudinis successores. Tercio enim. quia lex carnali populo loquebatur. quatenus ad hunc tribus lapideum intercisus mente non tamen vitam eternam aperte nesciebat etiam magis faciens si ei bona terre daventur. ut promittentur in cibum. Eterna itaque sapienti fidem et promissio carnibus. et ei promissa est diuturnitas temporis qui non diu propter concepit eterne beatitudinis et temporale in successione filiorum protendit regnum. illius qui non diu quidebat eternum. separatim post tempora succedit filius. si patris iusticiam imitatur. Custos inquit salomon impietate de vultu regis et firmabitur iusticia thronus eius. Si enim a vultu a voluntate recedit impietas. totius regni opera iuxta equitatem. et vultu iusticie dirigitur. Unde illud Rex qui sedet in solio iudicij. dissipat omne malum intuitu suo. Ecce quanto privilegio gaudeat principes. quibus ut de eterna beatitudine taceam. perpetuatur regis gloria. etiam in carne et sanguine suo. Dilatur deus. se virum invenisse secundum cor suum. et cum in regis apicem quomodo sublimasset. futurum demum sibi filiorum titulo regnum ei perpetuum pollicetur de fructu ventris tui inquit super sedem tuam. et si custodierint filij tui mandata mea que ego dedi. et testimonia mea que praecipe. ego vicaris meos docebo illos. et ipsi et filij eorum sedebunt super sedem tuam et ponam in seculum sedem semen eius. et thronum eius sicut dies celi. Si aut dereliquerint filij eius legem meam. et iudicijs meis non ambulaverint. si iusticias meas prophanaverint et

mandata mea nō custodierit. vi
sitabo iniq^tes eorum. ut translato
regno de gente in gentem. et de
letis huius heredibus qui secundum car-
nem esse videntur de semine. transferatur
successio ad illos. qui fidei et
iusticie inveniuntur heredes. In
quorum promissionis subsistit veritas
et rata permanet. que ore
altissimi processerunt. quod iustis re-
gibus. successionis fidelium. semen
permanet in eternum. Hoc autem ad
presens de xpo. qui factus est ex
semine david secundum carnem vere re-
gnum est. et cuius dominationis nulla
sit mencio. etiam secundum litteram
perpetuo arbitror obtineri. ut suc-
cedant parentibus filij. si eos in
mandatis domini fideliter fuerint imi-
tati. Adeo quidem. ut si omnibus
rite dispositis. et de eo manentibus
nullam videatur esse sollicitudo. ne
officium presidentis. constat huius qui
semel principatum admiserit de se-
mine illius successorem nō defuturum
et si nō ab alium. vel ad quamquam
sanguinis realitatem. Et huius
iam liquet magnus allexander
exemplis fertur enim. quod cum ma-
gnus allexander. ultimum litus
occeani perlustraret bragmanorum
insulas debellare pararet. ad quem
illi de huius viris epistolam miserunt.

De Bragmanis

Invictissime rex. pre-
tua. et felicitatem victorie. ubique
subsecutam. Sed quid erit homini
cui totus nō sufficit orbis. divicias
nō habemus. quarum cupiditate nos de-
beas expugnare. omnium bona. omnibus
comunia sunt. esca est nobis pro diviciis
pro cultibus et auro. vilis et rara
vestis. femine autem inter nō ornantur
ut placeant quia quidem ornamentorum
cultum. potius oneri deputant quam
decori. Et enim nesciunt in agenda pul-
critudine plus affectare. quam quod nate
sunt. Contra nos. duplicem usum
prestant. tegimentum de vita. de morte
sepulturam. Regem habemus nō propter iusti-
ciam sed pro nobilitate conservanda. Quid enim
locum habet vindicta. ubi nulla fit
iniusticia. Huius vis mortis allexander
nullam ratus victoriam. si corpora pa-
cem perpetuam haberet. inquietem sua
dimisit. Et forte si eos bello fuisset
aggressus. minime prevaluisset ad-
versus innocentes. eo quod innocencia
nō facile superatur. et veritas sine
viribus constans. de malicia conti-
nuis armata triumphat. Sed quod
notandum est. quod magis desiderent ho-
mines quamquam de bonis suis ha-
beant filios successores. ut qui
per dum conditione perdiderunt mortem
de propagine carnis sue protelent
vitam. Hoc philosophus est promissum
dum magis sunt ad cultum iusticie
imitales. Contingit enim eos. quid de
sceptris secum sunt. de statu filiorum
inger esse sollicitos. In corum ani-
mum caritatis ordo servatur. quod
amorem qui patre parentibus pro
reponere debebat. prius transfudit de
filios. Sed filialis affectus. primi
parentis culpa solus exclamavit

Epistola Bragmanorum
ad Allexandrum

Condigna quidem mite videant parentibus
filii. cumque suis impacientes affectu
quo parentibus accepti sunt. hic aliud
ordinem exigat caritas ordinata quod
poetarum doctissimus prodens expressit
¶ Eneam namque anchisem ardua troia
in humeris pii filii collocauit. pa:
rentis onere dextram dedit ascha:
nio. et marito (?) gitur creusa re:
cessit (?). antecedentium pro muliebri in:
firmitate legens vestigia. compa:
ratore omnibus ducem dedit. virum
armis et pietate insignem. Alias
omni duce esset inutilis. cum sine
viribus regna adquiri non vale:
ant. aut sine iusticia retineri
Nunc vero omnium unica sollicitudo
est. liberos qualescumque sint di:
uitiis et honoribus potius. quam
virtutibus insignire. Negligitur
etenim quod onus reipublice imponatur
¶ Expulso superbo tarquinio. qui Vale. li. 5.
regnauit in urbe nouissimus. cum
brutus primus consul. liberos suos
de reuocandis in urbem regibus agere
cognouisset. eos protraxit in forum
et in media concione virgis
cesos. tandem securi percutti iussit
ut plane publice patris in loco
liberorum. videbatur ipse adoptasse
ergo quid et si parricidium pro
horrescamus. consulis non possumus
non comprobare fidem. qui maluit
salutem liberorum suorum periclitari
quam ipse Recte ne fecit iudicent
sapientes ergo cum tanquam

De Bruti Seueritate

apud oratoribus. late patere co:
gnoui. et ideo declinatores in
ancipiti materia sepius desudasse
dum in absolutione parricidii fides
laborat et parricidalis impi:
etas. multum fidei conatur extingue:
re. Quod si me ad summas urgeas. re:
spondeo quod iam causa smirnensi ari:
opagitas gneio dolabelle
¶ invenio reddisse. Adque (?) pre:
ciam asiam proconsulari imperio Vale li.
obtineret. mulier smirnensis
adducta est. confitens se mari:
tum et filium. dato clam veneno
occidisse. eo quod illi filium eius ex
altero matrimonio. optimum et
innocentissimum iuvenem. exceptum
insidiis nequiter occidisset. si
bi licitum esse asserens. quamuis ne
gencia legum. et iuris ignorare
et suam et suorum. et totius rei:
publice sue. tam atrocem iniu
riam vindicare. Huius exempli causa
erat. cum de facto constaret. et de
¶ iure quereretur. Cum ergo dolabella
rem in consilium deduxisset. non
fuit qui in causa ut putabatur
ancipiti. manifestum veneficium
et parricidium auderet absoluere
vel vindictam que in impios impios
et parricidas processerat condempnare.
Rem itaque ad ariopagitas athe:
niensium. tamquam ad iudices gra:
uiores exercitatiores quod reiecit sed
illi causa cognita. actorem et ream

mulierem centesimo anno adeo in-
seruit Sic autem neque veneficium
quod de lege non licuit. absolutum est
neque nocens punita mulier. cui
optima ultorum venia potedit
4 indulgeri. Hoc ita fuisse no-
mus liber memorabilium dictorum
ut factorum valerij maximi docet
Scetis et brutum et mulierem deli-
quisse sentencia facile. eo quod ce-
cessit medicinam modum. nimium
quod secuta est. qua morbi duxe-
manum. et licet magna fuerint
crimina. prestancius fuit eadem sine
4 punicione dimittere vindicari Unde
et infelicitatis testimonium bruto
perhibet etiam poeta laudator eius
enim de sexto virgilius Natos
quod pater noua bella mouentes
ad penam pulcra pro libertate vo-
cabit Infelix ut cumque ferent
ea facta minores Uincet infor-
tunium paricidij. sic ipsi se-
queti excusat. ut manis glorie
arguat vanitatem dicens Uincet
amor patrie laudumque immensa
cupido Sed ne quis amodo tam-
tum imitetur populi liberis presens
frustra sollicitaberis tu ut vicia
liberorum saluti rei publice pre-
ferantur. licet eternum sit. quod salutem
populi liberis omnibus optet ante-
4 ferri. In libro regnorum arguitur
saul. quod tum voto facto de diurno
ieiunio. sub districcione illius. qui

Virgilius li. Eneidos 6

Salus populi liberorum saluti liberorum est anteferri

ante noctem tantum votum sumerat
cibum. ionathas filius eius. mel
quod sceptro. i. hasta tetigerat pre-
gustasset. primo motus affectu eius
religionis votum perimit filio.
tunc prevaricacione populus ipse. ea
die. visus est corruisse. Heli
quod licet sanctus de se fuisse legatur
quia filiorum perperit vicijs. ausa
sella. fractis cervicibus corruens
expirauit Ut de ceteris taceam
quantum queso publicam hominum delo-
et quesiuit salutem. qui proprio
filio non pepercit. sed pro nobis tra-
didit illum. ut que meruerunt
vincula flagella. crucem. susti-
net communis et innocens morte
4 turpissima contemptus Regum
scrutare historiam adhuc petitum
reges adeo innocens. ut pre-
det faciem populi et prelactum
bella eorum. et adsolutum gen-
tium totius populi honera susti-
4 net. Rui licet non fuerat nimis
nisi et ipse prevaricatus esset
de similitudinem gencium. ut deo rege
sibi non videtur esse contenta
Si enim ipse iusticia caluisset
si de mandatis domini fideliter ambu-
lasset. privilegio singulari deus
hostes eorum. et super tremulantes
eos mitteret manum suam. ut
solito dei auxilio. unus perse-
queretur mille. et duo fugarent
4 decem milia. Hospitem meum pla-
centum duxisse vetolo. virum

utriusque sanguine generosum . sententiamque Senece mundi [illegible] . de timore domini habet de civitatibus Italie visu frequenti celeberrimum esse . quod dum pacem diligunt et iusticiam colunt et privijs abstinent . tante libertatis et patris gaudio perfruuntur . quod mitissimo est . quod vel de minimo quietem eorum conturbat . Qui vero prolabuntur ad fraudes et pravitates de iustitie semitas student de semetipsis statim vel fastum romanum vel furorem theutonicum . aliud ve flagellum . inducit deus super eos et promovet manus eius extenta . Denique ipsi ab iniquitate perimam revertantur . Quo solo remedio . apud illos omnis cessat tempestas Dicebat etiam quod multa populi . omnem evacuant principatum . aut eum faciunt esse mitissimum . vel econtrario crudelem sit . quod propter peccata populi . permittit deus regnare ypocritam . et impossibile esse . ut deus regno gaudeat . qui de populi tribulacione et proprio fastigio . superbe nimis exultat Sed illud dicebat pretendi principatum . qui apud se degustat humilitatem . quia in se augetur quasi regnet invitus Hec michi placentinus hospes et ut credo fidei consentaneum est Tale aliquid invenit de septus maiorum Dum enim Helius Rome prefecturam splendidissime ageret . consensu senatorum imperator creatus est Cuicum obsecrante senatu . ut filium cesarem . quem habebat augustum appellaret . sufficere inquit debet quod ego ipse invitus regnaverim cum non mererer . principatus enim non sanguini ~~meretur~~ debetur sed meritis . et mollius regnat . qui rex nascitur non meretur . Et proculdubio parentes affectum exuunt qui parvulos suos importabili mole superiecta extinguunt . Hoc quidem est suffocare liberos non promovere . Colendi potius sunt et in virtutibus erudiendi . et eo usque profecerint ut preferantur illos virtutibus antecedere . quos debent honoribus anteire . merito ascendant et se iniuriis suorum nequaquam subtrahat votis . Cum enim illos ambigit aliis preferendos . Qui quasi naturali probitatis privilegio ampliati . maiorum titulis immitantur adultum . et eorundem beneficio future bonitatis aliis faciunt fidem . Hec ille . et quidem eleganter . privilegium expressit principis . cui ex antiquo munere dei succedunt filii indubitanter nisi iniquitas subvertat principatum .

Ex quibus causis transferuntur principatus et regna 2

Celebre est illud sapientis quod regnum . a gente in gentem transfertur . propter iniusticias et iniurias et contumelias et diversos dolos

Eccli. x

Danielis 2
Transfert regna atque constituit

Gg^e in registro c. 278.

Deus transfert regna et mutat tempora
Deus dat regna cui vult

Ecce nunc vides quam brevi sub-
iectum sit solium primi regis electi a propheta
dei Saul et Jonathas cum ceteris
filijs exigentibus culpis cum morti-
bus corruerunt ut thronus illius
qui de pecore stantes eductus est fir-
maretur. Cum hystoriarum percurreris se-
riem et regum successiones obver-
ni videbis et quasi ab exordio
tele. Deo providente succisos. Et
quo reges fuere clariores eo
citius si adversus deum contumuerint
gravatur sentencia eorum. Non est
sapiencia, non est prudencia, non est
consilium contra dominum. Certe nec
fortitudo. Quis ille insurgit si prose-
quitur. Ad emendicata sacramen-
torum suffragia, ad presidia mu-
nicionum frustra decurritur, quia non
est qui de manu illius possit eruere.

Allexander

Quis Allexandro maior cui gloria
sed tamen non sunt legitur successisse
sed filius saltatus. Quis cesa-
re domus severiorem nescit. Nam
corporum aut nullus filium reliquit
heredem et omnes cum brevi post
varia pericula et cedes sui et
suorum plurimas diversis mortibus et
fere ignominiosis cum contemone
to delecti sunt et descendentes ad
inferos successores habuerunt
aut hostes aut ignotos. Quid
asseram tam potencia regna tam
cito subvertit et transtulit. Certe
indignacio dei quam de se multiplex

iniusticia provocabat. Est autem ut
stoicis placet iniusticia mentis
habitus que a regione morum
exterminat equitatem. Quam namque
privare iusticia ut comparativa par-
ticula nominis declarat. Et quos ac
magis constat iusticia si non
noceas et compassio quam maxime
subleves nocentes. Illud vero noces
accedis adiuvando. Illud nocentes
non impedis iniusticie famulans.
Est autem contumelia tamen tumor
mentis cum lesione alterius mani-
festa operis sequela comitatur
Quoque iniquitati sunt. Propter quod eum
cui reverencia pro conditione officij
vel nature consorcio debetur insul-
tans insurgit. Dolus autem est
ut diffinit Aquilinus cum aliud
agitur et aliud simulatur, mali-
cie quociens sit intencione
nocendi. Differt autem plurimum
dolus a contumelia. Tamen hec super-
be et cum in manifesto, ille
fraudulenter et quasi ab insidijs
nocet. Hec sunt que eum maiori
cathedras sublimius eum pertina-
tum quia a contrarijs perpetuatur
precipuum gloria. Dolus namque
cum timiditatis imagine inf-
irmitatis notam habet et fortitudini
plurimum adversatur. Contumelia
prudencia reprimit ingeni-
nate inguit. Quod tam et
timet superbus ira et cum
iniuria. Temperancia non admitti

Prudencia
Temperancia
Fortitudo
Iusticia
Gra
Continencia
[illegible]
Dalius
Iusticia

nolens inferre alij . q sibi nollet
abalio irrogari / Et iniusticia iusti
a
cecludit uisqz quacqz faciens alij .
q faciendorum . nollet abalio fieri
sibi ipsi . Hee sunt quatuor virtutes
quas phi cardinales appellant
eo q de primo fonte honestatis
quasi primi rivuli manare vi:
dantur . et de se bonorum omnium flue
ta propagare / Hec forte sunt quatuor
flumina . que de paradiso delicitiarum
dei egrediuntur . ut irrigent om
terram . quo fructu desiderabilem
afferat in tempore suo / Domina et ad
me de fonte vite . Dum grauia
loquor . huius plenitudinis pertranseat
rivuli . aviditatis mee inebri
antes terram . ut succrescente
fructu bonorum operum saltem
declinare valeam . imminentis
securis ictum . que exigentibus cul:
pis meis . ad radicem mea . qu
ad radicem infructuose arboris
posita est . Quecumqz lignum se:
cus aquas istas positum est non
arescit . Quod vero uel radici:
tus non humectat . dissoluitur
et aridum perit . tamqz pul:
uis quem proicit ventus a facie
terre . Hij quidem non duces et
rectores arbitror . non potestes
qua regium gladium transferetur
si iniusti iniuriosi . contumeliosi
inventi fuerint . aut dolosi
De quibus dominum locutum est
Simplex salus intellectui sapientorum

non abre est . ut opinor . quod
nomina virorum . locucione pluralis
composuit . et de ipsa pluralitate
diuisit quosdam . prouidencie ius
uit . Dicit enim . ut predictum est
quia regnum de gente in gentem
transferetur . propter iniusticias et in:
iurias . et contumelias et diuersos
dolos / Quod autem diuersos in
fine subiecit . puto quia ad
omnia resoluendum . et tam plenos
contemptum intellectum . ut non nos
resciatur . ad diuersas species viciorum
sit et varias figuras personarum
complectatur . et modos omnes .
quibus a quocumqz hec vicia com:
mittuntur . Princeps enim tenere
de omnibus et omnium auctor esse
videtur . quia eum omnia posset
corrigere . corpus nimirum princeps
est . que voluit emendare . Cum
enim potestas publica sit ut predi:
ximus . omnium vires exhauirit
et ne in se deficiat incolumitate
omnium debet procurare membrorum
aut in administracione principatus
restant officia . tot sunt principalis
corporis quasi membra . Dum autem
singulorum officia in integritate
virtutis . et suavitate opinionis
conservat quosdam quasi membris
suavitatem procurat et decorem . Cum
vero per negligenciam . aut dissimula:
cione potestatis . circa officia . virtu:
tis . aut fame dispendium . qui

Ecc^ri x

ↄmobia eius · morbi et ma-
tule meruit. Non diu subsistit
incolumitas capitis · ubi languor
membrorum invalescit.

1 [D]e epistola plutarchi instruentis
traianum. Quid res
2 publica secundum plutarchum et quid
vicem anime in ipsa optineat : aut
3 membrorum. Que precipue vere-
antur in intentione plutarchi
et de reverencia exhibenda deo
4 et rebus sacris. De reveren-
tia et rerum et personarum · et quo-
modo persona sit venerabilis.
5 Que pena immineat his
qui ministros ecclesie locorumque
venerabilium iniurias inferunt
et de privilegiis locorum venerabilium
et quod absolucio vel proprii confessoris
queri vel superiori pro offensa
6 De principe qui caput est rei
publice · et electione eius · et privi-
legiis · et primo utitur exemplo
et quod beatum iob debeat imitari · et
7 de virtutibus beati iob. Que mala
vel bona subditis proveniant · de
moribus principum · quod et aliquot
strategematicis roboratur · ex-
8 emplis. Quare traianus vi-
deatur omnibus preferendus. De
9 his · qui in republica · obtinent
locum cordis · et quod iniqui arcen-
di sunt a consiliis potestatum late-
rum · et de timore dei · et sapiencia · et philosophia.

10 De lateribus potestatum · quorum ne-
cessitas explenda est · malicia re-
11 primenda. De oculis · auribus
· et lingua potestatum · et de officio
presidis · et quod iudicem oportet scire
· ius · et equi noticiam · voluntatem
bonam · et potestatem exequendi · et quod
iuramento debet esse legibus alliga-
tus · et a sordibus munerum ali-
enus. De sacramento iudicum
12 et collacione pithagore · et ale-
xandri · et in quibus rebus gratiam
partibus possit facere iudex · et de
13 questionibus captiosis. Quomodo
iudicium debeat ordinari · et de ex-
ceptione sacramenti calumpnie
· quod communitate prestant · actor et
reus · et quid immineat illi
qui iuramentum subire detrectat
· et de sacramento advocatorum et
pena calumpniatorum · sive pre-
varicatorum · aut tergiversatorum
14 De racione institutorum. Que
15 pertineat ad religionem proconsulum
· presidum · et ordinatorum iudicum
· et quatenus exennia prendi li-
ceat · et de decretione · bernardo
moatino · gaufrido carnotensi
16 De crimine repetundarum qui
tenentur · et presides et iudices
· qui aliquid animo acceperint prop-
ter causas res · que sibi sunt ex officio
faciende · et de samuele · qui do-
cet · iuge sacrificium esse debere
· condempno iudices · que se ipsos

oblacione iusticie et honore capi
cuilibet templum dei etiam con
temptenda esse presopia quod etiam
veterum philosophorum probatur exemplis

Qui solent adminiculare grandia sine modo lustrari in spatiale est principatum longitudinem et latitudinem immoneto lustrare. Sic res magna sucincte quidem aspiciente intuitu promittit sed nunquam perfecte subangusta sermonis minima explanat. Quid autem in humanis rebus maius est principatu cuius officium quoddam modo omnia circuit implet et penetrat et qui robore virtutis sue tocius reipublice molem portat. Cuius itaque contemplacio tractatum et moram exigit tum pulcritudine sui tum preeminentie quod in capite reipublice locatum est omnibus contemplari. Modesta quoque brevitate inspiciendo capitis eius in morem morem. et quid plutarchus super hoc consciat audiat. Ratio deducta super statuam gentilium fidelis est in sentenciis in verbis luculentus et spiritualis morum tantum arbiter ut facile preceptorem traiani posset asscipere. Si quid autem apud eum aliud discentit aut moribus temporum potius quam viro asscribitur. Si enim virgilio licuit aurum sapiens de luto ennii querere que invidia est ea que ad erudicionem magis agere talibus scripta sunt inquirere. His ergo omissis ad reliqua procedamus.

Extat epistola plutarchi traianum instruentis que quandam politice constitucionis exprimit speciem. Ea dicitur esse huiusmodi. Plutarcus traiano salutem dicit. Modestiam tuam noveram non appetere principatum quem tamen semper morum elegancia mereri studuisti. Quo quidem tanto dignior iudicaris quanto a crimine ambicionis videris esse remocior. Tue itaque virtuti congratulor et fortune mee si tamen recte gesseris honorem quem probe meruisti. Alioquin te periculis et me detrahencium linguis subiectum iri non dubito cum et ignaviam imperatorum roma non ferat et sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in preceptores. Sic seneca neronis sui merito detrahencium carpitur linguis. Adolescentium suorum temeritas in quintilianum refunditur et socrates in pupillum suum fuisse clemencior criminatur. Tu vero quidvis rectissime geres si non recesseris a te ipso. Si primum te composueris si tua omnia disposueris ad virtutem recte tibi procedent universa.

Epistola plutarchi traiano missa

Politice constitucionis maiorum vires
et exempla scripsi . cui si obtemperas . plu
tarcum vincendi habes auctorem . alio
quin parietem explanavi . testem invocato .
quam ad perniciem impii . non pergis
auctore plutarcho .

2

Sequuntur eiusdem politice
constitucionis capitula . de libello
qui inscribitur . institucio traiani
que propterea presenti opusculo curavi
inserere . ita tamen ut sensuum vesti-
gia . potius imitarer . quam passus
verborum . Est ergo primum omnium ut
princeps se totum meciatur . et
quid de toto corpore reipublice
cuius vice fungitur diligenter ad-
Diffinicio reipublice advertat . Est autem res publica sicut
plutarcho placet . corpus quoddam . quod
divini muneris beneficio animatur
et summe equitatis agitur nutu
et regitur quodam moderamine ra-
cionis . Ea vero que cultum religionis
Anima in nobis instituunt . et informant
et dei ut sedum plutarcum . deorum
dicam cerimonias tradunt . vicem
anime in corpore reipublice obtinent
Illos vero qui religionis cultui pre-
sunt . quasi animam corporis suscipere
et venerari oportet . Quis enim san-
ctitatis ministros dei ipsius vicarios
esse ambigit . Porro sicut anima
totius habet corporis principatum . ita et hii
quos ille religionis prefectos

vocat . toti corpori presunt . Augus-
tus cesar . eo usque sacrorum pon-
tificibus subditus fuit . donec et ipse
ne cui omnino subesset . vestalis creatus
est pontifex . Et paulo post . ad
deos relatus est vivus . Princeps
vero . capitis in republica . obtinet
capit locum . uni subiectus deo . et hiis
qui vices illius agunt in terris . quoniam
et in humano corpore . ab anima vege-
tatur caput et regitur . Cordis
cor locum senatus obtinet . a quo bonorum
operum . et malorum procedunt inicia
oculi Oculorum aurium et lingue
officia . sibi vendicant iudices
et presides provinciarum . Officiales
manus et milites manibus coaptantur . Qui
semper assistunt principi . lateribus assi-
milantur . Questores et comme-
Ventri tarienses . non illos dico qui
carceribus presunt . sed comites
rerum privatarum . ad ventris et
intestinorum refert ymaginem
Que si immensa aviditate
congesserint . et congesta tenacius
reservaverint innumerabiles et
incurabiles generant morbos . ut
vicio eorum . totius corporis ruina
immineat . Pedibus vero . solo in-
pedes herentibus agricole coap-
tantur . Quibus capitis providencia
tanto magis necessaria est . quo
plura inveniunt offendicula . dum
in obsequio corporis in terra gradiuntur
corporis ipsius tegumentorum est

1 Tess 4

suffragium . qui totius corporis eiusdem sustinet et promovet molem . pedum adminicula . robustissimo corpori tolle suis viribus non procedet . sed aut turpiter motilitur et moleste manibus repet . aut brutorum animalium ope movebitur . Posuit autem hunc modum more suo quam plurima . que diligencioris disquisitore tractatu consequuntur ad informacionem rei publice . et magistratuum erudicionem . Que omnia sillabatim consequi . similis inspiracionis est . que pocius affectat sperni . quam vivas auctoris exprimere . Et quia ad ipsum de cerimoniis . et cultura deorum plura que religioso principi putabat ingerenda . superstitiosa disputata sunt . hiis omissis que ad ydolatrie cultum pertinent perstringamus breviter sensum Plutarchi quo principem . et officia rei publice . ad cultum iusticie informabat

Summa ergo quatuor sunt que inserit rei publice principibus inculcare . reverencia dei / cultum sui / disciplina officialium . et statum / affectum et protectionem subditorum . Deum ergo in primis asserit honorandum . deinde sequentem tolerandum / romanos . ut sicut apostolus sentit . hic ille apostolus non agno

Reverencia dei — Affectus ... cohibicio operis
Principi que sunt necessaria — Cultus sui
— Disciplina officialium
— Protectio subditorum

stat . unusquisque vas suum possideat in sanctificacione et honore Post ut doctrinam propositi totius disciplina domus redoleat . et tam universitas subiectorum . Decepcio prepositorum . sibi de voluntate letetur . magnorum cognatorum quam virorum

Strategematibus et strategematicis utitur . que si perstringam inserantur . tediosa erunt lectori et propterea aliter mee simul te recedent . Refero quia sola pre et principum leges . illius deducta sunt presidia . videntur inherere vestigiis . doctrina eius sermone catholico . et sufficienti . adiectis ex parte strategematicis eius attingamus Primo ei manu areuencia numinum est . nobis adeo . qui ab omnibus quantum amandus est / et colendus ex toto corde ex tota anima . ex omnibus viribus suis sed bacto vel dilectionis . ex exhibicio operis est / Et licet perfecte possit amari . tamen qui extra opem medii . se insudat amari ad cultum excitorem . aliunque mediatores invenerit necesse est eo quod deum nemo videt unquam .

Videndi vel nominem . ad appellatum omnis sensuum . unusquisque vite dilatabilis quia principaliter et pure . non senciet eum homo . et vivet . nisi forte ea sensuum parte . que corporis nescit angustias vel defectus temporis sentit . sed vivacitate sui ex gra

permanet in eternum Caritatem loquor
que non euacuatur. Hec perficit. quito
deum. quem desiderat familiarius
accedit. Nam fides velud habitus
et spes desiderii mistique fomento
gratiam demulcente noti sui
¶ leticiam in futurum protendit. fides
itaque et spes innitantur. quidem
sensu. subsistit hic circa. agen:
tes intimi. quasi per speculum et
in enigmate. donec caritate spe in
mutata. veritatis specia plenarie
illucescat. Qui vero nullo per
sensu conspicere videri facile ne:
quit agnosci. Quod autem non co:
gnoscitur. diligenter coli non potest
nisi per medium. Unde et nimiam
pompilium. cerimonias quasdam
legimus indidisse romanis. et
sacrificia. ut sub commortalium deorum
pretextu. adolendam pietatem re:
ligionem. et fidem. et cetera. que
cis intimare volebat ipsos fa:
cilius imitaret. Testantur hec ancia:
lia atque palladium. sacra quedam
¶ imperii pignora. Janus bifrons
belli et pacis arbiter. Sacribus veste
virginibus consecratus. quo in honore
celestium siderum. flamma custos im:
perii. iugiter vigilaret. Sed et anni
commenses fuit. dilatatis fastorum
et ne fastorum dierum. varietate de
pictus. pontifices. augures. et
sacerdotiorum varii ritus. quibus
ita barbariem occupavit. ut ab
iniuriis temperarent. feriarentur

abarmis. iustitiam colerent. et
similem sibi mortem impenderet affec
tionem. fervorem redegit populum. ut
impium. prius ut dictum. et iniuria
occupaverat. iusticie et pietatis legi
¶ bus. feliciter gubernaret. Sed quid
per foro mundum vel et primos fidei
nostre. veteris legis sacrificia asseri
instituta. in demoniorum cultu
populus occupatus. vere religionis
dedisset cultum. ritu gentium.
sacrificia sua. demoniis immola
¶ et non deo. Colitur ergo deus aut
affectu mentis. aut contemplatione
operis. Sed affectus dilectionis in
pure attingit. hic aliquo sensu
corporali. ubi anima. deum per cognitionem a:
domino. et mens mole corporali aggra
vatur. plene nequeat comprehendi
Et certe eo amatur ardencius. et
studiosius queritur. quo altitudo
et immensitas diviciarum. potencie
et sapientie sue. omnem consuperat
intellectum. Virtute hic tanta hec
creaturis circuit. penetrat. im
plet. et protegit. ut nequaquam
latere valeat. quamque rationabili
creaturis. Ipsa quoque in ratione
ipsum esse. et bonum esse. et tantum
¶ plurimis indiciis protestantur. Quia
itaque modo. sic intelligenciam
sui infudit. ut subtrahat. sic
subtegit. ut infundat. et secundum
mensuram beneplaciti sui. sic
operatur in singulis. ut ad intel
lectionis et remissionis vicibus gu
ret. et si non per certam quam cum

repleet uniformit' creatura plus
vel minus videat' d ee p gratiam
nã pporcionem. d solo unigenito
virginis filio. esse fide' approbatum
est itaque nunc qm singula d sin-
gulis. futurum ut scriptu. omnia d
omnibus electis. Et sic nã ignis
et collacione tm dispari. que
ei nil psit pariliter compari.
a solo divisos et corpore divisi[te]
pducit effectus. sic illa. si tm
magna maximis conferre licet:
at d multis multipliciter lucet.
Solaris siquidem radius. si forte
madat d carbunculum. egrediens
aut rubeatus. rutilus videatur
fiat aerem rutilat. Sic ignis
d smaragdo virescit. smaragdo
purior. d saphiro conformatur
jacincti quoque speciebus efflat' gro-
ler crisopazio qui quo rarior
eo preciosior est. omni fere co-
lore superbit. Si ei yrim
obicias. in adamanticadis re-
putabit ymaginem. Si que sup
iectus videat d carmani. sic
at ignem celestem d subposita
trahit p berillum vides:
igit' d multis. quia multa sit
ignis. Sic d alijs est prudn-
cia fortitudo d alijs. tempan-
cia in quibusdam. in aliquibus iusticia
Im no nullis fides. longanimi-
tas spei d alijs. d quibus fervor
est caritatis. Sic parva labo-
ris. illic dolorem consolato. alibi
reverencia honorem exprimit. que

ex singula d singulis. est unum et
idem deus. Et in futuro qm im-
mediata facie. p gratiam eius vi-
debimus eum. sicuti est. omnia d
omnibus erit. qm nulla additu-
ra alicuius utilitatis suba deerit. cum
ipse d omnibus. futurus sit plenitudo
utilitatis. et cumulus beatitu[dinis]. adeo
quidem. ut nisi tradicionem patrie
tanta maiestatis sue plenitu[dine]
videat' adesse electis. ut nichil
eis desit. d ulla gradu. et ipse se
solus videat' d illis. et illius
nomine censeant'. salua veritate:
gre. et sine omni ubilitate ne-
Huic forte est illud exultabit
sci d gloria. letabunt' d cubilibus
suis. cum sibi tunc prima credant'
esse. corda sanctorum. et consistere
non suo d sua. sed et d omni gloria
glebur. Sic enim ignis. ut in
pdicta moveri similitu[dine] fer-
rum penetrat. et accendit. ut nil
fiat' deo. nisi ignis. et sic
solaris radius. illustrans aerem
solis cum radij censet' nomine. sic
deus omnes replebit electos. ut
omni infirmitate et mutabilitate
absorta. cum mor[ta]le d mortali[ta]te
et corruptibile incorruptibilitatem
induit. deus fere solus d eis
agnoscat'. Adhuc non nulli singulis
referunt. qm angeli in futurum be-
nedicis una p tempus. nisi ab hijs
adorant'. eo qm d eis visa e quam
pnica deitatis. cum hic ta crea-
turam creatura adorari divino non
liceat. Sic erat d facie salvatoris

aliquid deitatis resplenduit qui
de funiculis facto flagello . venden-
tes et ementes eiecit de templo
. docens omnem negociacionem contemp-
nandam esse a domo orationis et
aliis . et si adsit divinitatis pre-
sencia plenitudo eius corporaliter
nequaquam adest . sed vestigia quoque
latere non potest constringitur in
maiestate ineffabili . veneranda
a superbia . a bonitate amabilis
. et hinc cultus . sicut omnem medi-
etatem . potest ei fidelis impendere
creatura Triplici enim ratione adeo
sic ut eum timeamus / veneremur
. et diligamus / Et hic est forte
funiculus triplex . inter creatorem
et creaturam . qui facile solui
non potest Sed omnium tenacissima est
unius amoris caritas siquidem
nunquam excidit . quia siquis
adheret deo . unitur ei . et cum eo
unus spiritus est / Utique qui unitur
ei . et sic . ut unus spiritus sit . fa-
miliaris est . et ab obsequio eius
quod est spiritus . arceri non potest ille
aut cultus . qui in exteriorum operum
exhibicione consistit . medio indi-
get . eo quod ad spiritum . corporalibus no-
bis non patet accessus . quod et illud
planum est docuisse . qui de samari-
tana ecclesiam misteriis ait Spiritus
est deus . et eos qui volunt ado-
rare . in spiritu . et veritate . oportet
adorare Ut tamen adhesionem illius
quocumque modo , humilitatis nostre
. concedat infirmitas et aliquam

Timoris / Funiculus / Veneracionis / Amoris

Exhibicio operis

habeat materiam intercorporis . sensuali-
tati voluit . qui sensum dedit . et
qui animam glorificabit . et carne ve-
stitum fidelem appetit famulatum
Unde voluit etiam corporalem honorem
. ut contumaces tarditas . infideli
aut negligenter . excusacionem non
habeat **De Reverencia Rerum et personarum et quot modis persona sit ve[neranda]**

Reverencia ergo que corporaliter
impenditur . aut circa personas
consistit , aut circa res / Personarum
vero racio habetur , aut carnis . aut
ab officiis / aut a moribus / aut
a condicione / aut a forma / Natura
parentes veneramur et liberos
. et quos nobis carnis coniunxit
. ut pote uxorem . cognatos . et
affines / Unde et gencium iure
receptum est . eo quod parentes sunt
apud omnes gentes colligi et
et divino iure urgemur . Scriptum
novimus . honora patrem tuum
. et matrem . ut sis longevus
super terram Et qui patri vel
matri maledixerit . morte
morietur / liberos non vultu oportet
commendari . eo quod nemo carnem
suam odio habuit . sed nutrit . uxo-
rem . propter quam homo patrem
relinquit . et matrem . adherens
uxori sue . ut sint duo in
carne una Uxorem in hac pre-
dine legis mandata desunt . et
si pro ea similem . qui sanis
diliget carnis miseratur . pri-

Honor qui impenditur consistit circa

Personis — Natura / Officio / Moribus / Condicione

Rebus

tendunt per ad cognatos et affines quos ipse natura commendat. Officium vero est debito exequendi quemadmodum unicuique constituitur. aut moribus agenda sunt. Ex eo namque personis singulis proprii congruunt actus. et in hiis atque sic agenda sunt. alia ad publicum alia ad suum cuique pertinet statum. Ex quo liquet. officiorum quedam publica. quedam privata conveniunt dici. Privatorum vero tanta multiplicitas est. quanta fere est diversitas personarum. Publica quidem omnia referuntur ad duas partes. Aut enim a divino. aut ab humano iure descendunt. Hec autem ex publicis officiorum latius patet. sed pertinet ad principes actionum. ut publicis officiis reverencia impendatur. Prelata namque debetur eis. quia eminencia cuiusque in gratiam. Nam quidem aut facit aut indicat. unicuique competentes iurisdictio. cum reverencia in gratiam et contemptus reducit. de honore et querelam subiectorum. Unde de constitucionibus procedit. ingratitudo edictis. aut promulgacionibus per plerumque sit plurium concepto personarum, ut non tam persone. quam universitatis tota conventio videatur esse. vel quevis alia promulgacio. Per certa iura vel canones ignoranti. consuetudini cottidiano prescriptum est. Porro variorum officiorum. non modo tantum et legum statuta sed et exercitatione omnis preceptum exequitur.

Mos autem est mentis habitus. ex quo singulorum operum assiduitas manat. Non enim si quid semel fit. et amplius statim moribus aggregatur. id assidue faciendi statum designat. Hic autem virtutes et vicia. eos complectitur. licet vicia non nisi mores esse. sed complexos dicant moribus obviare. In quo planum est. solas virtutes tenere nomen morum. tum bonos tamen aut malos dicimus mores. vicia distinguendo et virtutes. Hinc moratos a bono. sive morigeros. morosos vero a viciis notamus. Illud et hic plenitudinis nomen videtur minime. tum nullus dicitur quod congruat. adeo societatem morum. et nulla affert supplicitas viciorum. Aliud itaque a moribus quibus reverencia convenire dicatur. ei virtutes quibus honor exhibendus est. de esse significat. Precius enim non venditur. et vereatur illud quod prudentem fortem temperatum credit et iustum. Hinc est etiam consilium sapientis ei. qui timeri appetit dari honorem. et prescribit ut deum timeat amet. venditur. et ei se tota devocione submittat. Condicionem quidem esse diffiniunt. fortuitum persone statum. quo aut adversis deprimitur. aut extollitur prosperis. et alterutrius forte natura. sive uniusque facie prestatur. Equale est quod alios vendunt ingenuos. aliis servilem conclusionem, irrogamus. Prosperorum divicias ceterique illorum contraponimus paupertati.

Mos

Virtutes dicuntur nomen morum

Condicio

Honor est exhibicio reverencie in signum virtutis
Reverencia est ad ponere ... ...
Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis
Glori est frequens cum laude fama

Fortuna

Rem diffinire difficile est, asse-
ruit Tullius. Ego difficilius credo
diffinire fortunam, eo quod eius nulla
illius aliqua substantia est. Verum si quis (?)
verbi originem prebet, quod nequaquam
esse, si de veritate ipsa non esse. Rem
enim omnino non est aliquam potest non
potest diffinire ut sit. Cum fortuna
cum non sit, non potest diffiniri. Nec
siquidem quod non est non potest umquam
¶ comprobare quid sit. Efferavit epi-
curus precipuas sententias suas, quas
kyriasdoxas vocat, quibus totius
philosophie putat summe processum (?), et mo-
re suo fortune subiciat universa.
Ego de hoc sic et de plurimis Plu-
tarcum censeo audiendum, qui deam
eam colendam esse negat. Asserens
¶ enim ut arceas celi non posse (?) [illegible]
ta [illegible] ponit exempla, quibus
liquet omnes fere dee cultores te-
meritatis et precipitatis tandem in fo-
veam [illegible]. Testatur hoc Galba
qui totam etatem [illegible]
in senium, cuius dee familiaritate
et cultu in brevi elatus, et [illegible]
nimio (?) precipitatus est. Quare autem
apud Suetonium querere [illegible]
sunt prefatus (?) plurimus (?), et dare (?) eam
dicti principis lacrimabilis inge-
misit, quod hoc vicio temeritatis et
temulentie (?) probrosa dea, et omnibus
ignominiosa numinibus, cum
deorum templa fedavit, et deorum
cum precipuit cultum, ut potest edes
[illegible] quas in orbe et urbe pa-
ssim habet, rupem eciam tarpeiam

occupavit. Supremo Iovi [illegible]
et publice fortune imago aurea
in capitolio [illegible]
¶ et [illegible] publice [illegible]
tantam competere sibi auctoritatem, quod
in tota voce mortalium ut dici solet
sola utramque paginam videtur im-
plere. Videas eam ubi vota ipsa (?)
volubilem, quam magis [illegible]
vote impulsu de pectore iovis [illegible]
¶ pensa precipitat, et [illegible]
eam fortunam statuit. Fata [illegible]
Fata inquit stoicus regunt [illegible]
fatum est in partibus illis quas simus (?)
abscondit. Hinc paradoxe
stoicorum, kyriadoxa epicuri re-
clamat. Fatalem inquit tolle
necessitatem, quia si fortuna volet, fi-
et de rethore consul. Si volet hec
¶ eadem, fiet de consule rethor. [illegible]
ut eam fortuna minimus agamus (?)
sic inopinatorum eventum for-
tuitum [illegible] videatur plurimum
[illegible], eo quod fortuitorum [illegible]
statum efficiat, quem [illegible] esse p[illegible]
[illegible] eo sunt plurimum differt
quod [illegible] nec [illegible] nec ab
officio nec a moribus est, nec
[illegible] sequitur eventum fortuna
[illegible] consistit in [illegible], que in [illegible] e-
mergit. [illegible]
[illegible] Plutarcus, et [illegible]
[illegible] loco [illegible] officii [illegible]
[illegible] tantique reverencie [illegible]
[illegible] originem. Superstitiosi [illegible]
[illegible] more [illegible]
[illegible] nullas [illegible] eius sensu

et sermone catholico . auiani inse-
rui. Ille quidem in cultu deorum . eos
precipue asserit venerandos / qui ei
familiaris . et vicinius accedunt / vel
natura . et ut liber in deorum derivator
hercules qui eo ipso deus se iovem
protestatus est . anguibus iugulavit
inmanius vicinus / aut officio ut
pontifices perfectos quam sacrorum / vel
moribus . ut philosophos / qui mentis divine
haustum . investigatione . et dispen-
satione sapiencie . iudicat sua que dicere
ut quos favor numinis extulit
ut aliis preessent . certa potius fa-
miliari . quam officio publico . Nemo
quidem perfidus est . et ad republice
dignus . sensus quam verorum . qui persi-
no decet . sed forte quid sentiat deorum
sentiebat . de quibus corrupti populi
proloqui non audebat . qui legerat
conscriptos esse libros . per pictagoram
et ipsum atticum esse de celum ablatum
niciliis . eo quod dubitavit an
de diis vel essent que vulgo di-
cebant / quid ego contra audet asse-
rere . qui nec ipsius dubitacionem ex-
pers evadat impunitam / Testis
itaque vel ipse ille . quam mox auditoribus
confecit . et ut eos abilliceret re-
vocaret . aliquid indulsisse errori
Vel de doctrina morum lentulen-
tissimus est . Eo quod hunc eximiam
facilis adquiesco . quam apostolus gen-
tium . fide tum et religione incolum
omnibus omnia factus est . ut omnes
lucrifaceret . Nos at quibus de
celo vitas illustre . non deorum quod
nulli sunt . sed veri dei ministri

et amici . magna reverencia et
dignius adhibenda . sed et inter cognitos
qui hic ipse precipit qui sepe ma-
ioram adversitatem suorum perpessus
hominibus . contulit potestates / Unde illud
Subditi estote omni humane creature
propter deum . Sive regi . quasi precelle-
nti Sive ducibus tamquam ab eo missis
ad vindictam malefactorum . laudem vero
bonorum . Et illud servi subditi esto-
te dominis vestris / non tantum bonis et mo-
destis sed etiam discolis . Amici quidem — Amici dei
dei sunt . aut gratia . confessionibus multis — Gratia singularis
ut Jeremias et Iohannes . sanctificati
antequam nati . et gemma sacerdotum
Nicolaus . quarta et sexta feria sole
lactens in cunis / aut multa confessione — Multa expositio
ut qui facili via bonorum operum
se penitens latro / vel difficili — Difficili et felici instituto
et felici instituto . meruit regni celorum
velut apostolorum chorus et martirum
Ad at tres ordines . convenit ma-
ro . facilis descensus averni:
Noctes atque dies patet atri ianua
ditis . Sed revocare gradum superas-
que evadere ad auras . Hoc opus
hic labor est . pauci quos equus a-
mavit iupiter . aut ardens evexit
ad ethera virtus / diis geniti potuere
Eos ergo morum elegancia divine
virtutis bonitatis conformes . dignius tamquam
verissima et fidelissima dei ymagines
venerari . Ministri vero sunt quos di- — Ministri dei
spensatio divina vocavit . ut corripien-
do et corrigendo vicia . virtutes
inserendo . et propagando sua . et aliorum
procurent salutem / Qui vero ei divine
gracie ministrant . tanto inferiores sunt
hiis qui ministrant in divino . quanto divinis
humana cedunt

Qui sunt
Ministri
dei vide
Augustinum de
civitate dei li. 12.
c. 8.

7

Clericis autem qui intra diuina mi-
nistrant. decus preciis honoratur. et
spernitur. cum illorum honorem et contemptum
sibi reputet. hinc est illud Ego
dixi dii estis. Et labia sacerdotis
custodiunt scienciam. et legem requirunt
ex ore eius. quia angelus domini ex-
ercituum est. Ipsa quoque ueritas ait. Qui
uos audit. me audit. Qui uos
recipit. me recipit. Et qui uos
spernit. me spernit eum qui me mi-
sit. Et qui tangit uos. tangit
pupillam oculi mei. Illa uero reue-
Reuerencia rerum ¶ rencia que circa rerum uenerationem con-
sistit. multiplex est. Aut enim cor-
corporales porales res sunt. ut edes et loca
sacra. et que piis deputantur usibus
et sacrificia que uisibiliter offeruntur.
Incorporales Aut incorporales. ut iura. que
sacris rebus competunt. Que te-
merare sacrilegium est. morte pian-
dum. aliaue pena grauissima ex
qualitate admissi. Horum ergo sacrarum
immunitates quicumque [illegible]
est. et qui uendicat eum constitutum
¶ Et quidem de iure diuino. ipse posset
multa exponi. sed ut emule potestatis
non obloquatur audacia. de hac parte pa-
tuta principum. laicus et benignius
patet. que sicut sancta ueneratur
et approbat. et ecclesiarum. et ministrorum
eorum quoque locorum uenerabilium. priuilegia
uniuersa confirmant. Quis enim principes

tur in iniuria de benedictione est. quod ad
¶ loquor constitucionum non audiunt. Si quis
deinceps genus sacrilegii perpetrauit. ut in
ecclesias katholicas irruens sacerdotes
et ministros. uel in ipso cultu loco. ali-
quid importet iniurie. quod geritur
prouincie rectoribus animaduertatur.
atque ita prouincie moderator sacerdotes
et katholice ecclesie ministrorum. loca
quoque illorum. et diuini cultus iniuriam
capitali in conuictos siue confessos
reos. sentencia nouit uindicandam.
nec expectet ut episcopus iniurie
proprie ultionem depostulet. cui sanctitas
ignoscendi gloriam dereliquit. sed et
cunctis laudabile sit atroces sa-
cerdotibus et ministris iniurias. ue-
luti publicum crimen persequi ac
¶ de talibus ultionem mereri. Item Clemens
clemencie nostre. ut nulla que eccle-
siis publicis actionibus teneantur. uel
adiacentibus pertinentibus. cuique corpori non
sunt adnecti. Et alibi Si qua eccle-
siarum uenerabilis priuilegia. cuiusque quam
fuerit uel temeritate uiolata uel
dissimulatione neglecta commissum
v. librarum auri condempnacione
¶ plectatur. Que uero priuilegia ecclesiarum
locorum quoque uenerabilium et ministrorum
diuino sunt et humano iure notissima
et in usu ita liqueat. quod non
sint. nisi apud iudices ecclesiasticos
conueniri. et si quis in aliquem cle-
ricum uiolentas manus iniecerit
anathemate feriatur. ut nisi
a romano pontifice absolui non
¶ possit. Huius autem alibi singula
quibus uenia. nisi articulo mortis

immineat. qui non proprium extorqueat
non surripit per fraudem. auctore
Claudiano Theodosius ait. non extor-
quebis amari. Hoc altius fides. hoc
simplex gratia donat. Nichilominus verum
est. quia non extorquebis absolvi. quod
sola gratia cordis. confessio oris. et
satisfactio operis. promeretur. Utique
non ius. sed gratia sola iustificat impium
et fraus peccati non prodest. quia spiritus
sanctus discipline effugiet fictum. nec
habitat in corpore subdito peccatis. Ubi
nec duplicitas recalo. quia teste magno
patre Augustino. similata simulata
innocentia. non est innocentia. sed
duplex malicia. quia et malicia est
et simulatio. Equitas quoque simulata
non est equitas sed duplex iniquitas.
quia et iniquitas est et simulatio.
Unde commodatis stupore et fuedore
eum frequentissime videam. nescio fide-
les an infideles dicam. In sacrilegio
sanguinis deprehensos. addicentes turbis vi-
bus tranclate. ut minis et ter-
roribus urgeat sacerdotes ad absol-
lutionem prestandam. quam non isti fide-
dant. nec illi in contumacia. velut
arripere possunt. Plane facilius est utrorum-
que iudicium quam alterum istorum excipe-
dici. Utriusque enim culpa sit gravior
non facile dixerim. Hec de his que
in politica institutione Plutarchi
vicem ait obtinet

exequitur ut eius imitatores vesti-
gia demerebitur reipublice di-
spiciamque. Dictum est autem. principem
locum obtinere capitis. et qui solius
mentis regatur arbitrio. Hunc ita
ut iam dictum est. dispositio divina. in
arce reipublice collocavit. et eum
nunc archano providentie sue mi-
sterio. ceteris prefert. nunc per sacerdotum
iudicio sacerdotum. nunc adeo preficiens
totius populi vota concurrunt. Unde et
in Veteri Testamento legitur. quod Moyses
ordinaturus eum. qui preesset in populo et
convocavit omnem synagogam. ut eli-
geretur astante populo. nequa post-
modum retractatio nasceretur. ne quis scru-
pulus resideret. Legitur in libro Regum
quod Saul rex futurus apparens in facie
populi ab humero et sursum supereminebat
universo populo. Quare queso
nisi quia. quem oportet preesse aliis
pectore debet et ore preminere. ut
quasi bonorum operum plenitudinis totius ple-
bis latitudinem amplecti valeat. et pro-
tegere. tanquam doctor. fautor. et suppe-
tor. et ad virtute prestantior. Dicit
enim dominus ad Moysen. Assume ad te
met ipsum. Iosue filium Nave. virum
qui habet spiritum Dei in semetipso. et impo-
nes manus tuas super eum. et statues
coram Eleazaro sacerdote. et precepta
ei dato. in conspectu totius synagoge. et
precipe de ipso coram cunctis. et dabis cla-
ritate tua super illum. ut audiant
illum filii Israel. Audis evidentem or-
dinationem principis populo tam manifeste

prelatus aliis debet
precedat eos virtute

manifeste de scriptura ut pene expositione non egeat. Si cetera ma-
nifestius queris. ea (?) auctore
deo loco suo et tempore. cum pertigero
explanabo. diuersis etiam nominibus istorum
et quorundam sanctorum metrorum signiferacion
Hic autem plane nulla est ppla (?) acla-
macio. nulla consanguinitatis racio
nulla propinquitatis. vita contemplacio e
Nu 27 Mortuo salphaat filie patrem apud
moisen vendicant hereditatem. exspe-
ctacionem earum iustam esse. deus ipse te-
statur. Propinquis namque agrorum et
prediorum hereditas relinquenda est
et ut plurimum arcanum. Gubernacio
vero populi illi tradenda est quem deus
elegit. Homini scilicet tali qui habet
spiritum dei in se. et precepta dei in
conspectu eius sunt. qui moysi valde
notus sit. et familiaris. i. in quo
sit claritas legis et sciencia. ut possit
eum audire filii israel. Verum libatum
est. favore nonnullorum. veterem consan-
guinei principum. quibus privilegio diuine
promissionis. et iure gratis debetur
successio liberorum. si tamen ut scriptum est
ambulaverint in iusticiis domini. Si vero
a via paululum deflexerint. non statim
usquequaque deiciuntur. sed paulatim corripi-
untur in iusticia. Donec fiat aspiciam
eos pertinaces esse in malo. Roboam
roboam. statim ex quo iussus est a consilio
patris. eorumque seniorum contempto con-
silio. recessit a via salomonis. onus
importabile volens imponere humeris
filiorum israel. corruptum scissum est regnum
eius recedentibus decem tribubus post

Ieroboam. servum salomonis. fuerunt-
que regna divisa. duo regnum habuit
iuda unum israel. Sensit ergo degenera-
cia pena. de gracia dei. et privilegio
sanguinis minorum. ut rex quidem ma-
neret. sed magna regni parte mutila-
tus. viri hoc illi Roma adheserat
consiliis iuvenum. contempnens ma-
et precepta prudenciae. Impossibile
enim est. ut salubriter disponat prin-
cipatum qui non agitur consilio sapienci
Ve inquit tibi terra cuius rex puer est. et
cuius consiliarii mane comedunt. Bea-
ta terra cuius rex nobilis est. et cuius
principes vescuntur tempore suo ad refe-
ctionem non ad luxuriam. Ubi etenim sa-
piencia esse non potest. Unde scribitur iob
Sapiencia ubi invenitur et quis est
locus intelligenciae. Nescit homo precium
eius. nec invenitur in terra suaviter
viventium. Non equabitur ei. aurum
nec quicquam. Trahitur enim sapiencia de occul-
tis. Longe utilius iuvenes repulsant
repulissent adquiescentes consilio se-
niorum. Vita beati iob regnandi
forma. Audi ergo quid de se fa-
teatur. Cum procedebam ad portam
civitatis et in platea. cathedram
parabant michi. videbant me iu-
venes et abscondebantur et senes
assurgentes stabant. Principes ce-
ssabant loqui. et superponebant
digitum ori suo. vocem suam cohi-
bebant duces. et lingua eorum gutturi
suo adherebat. Auris audi-
ens. beatificabat me. et oculus vi-
dens. testimonium reddebat michi

eo quod liberassem pauperem vociferan-
tem. et pupillum cui non erat ad-
iutor. Benedictio perituri super
me veniebat. et cor vidue conso-
latus sum. Iusticia indutus sum. et
vestivi me sicut vestimento. et
dyademate. iudicio meo. Oculus
fui ceco. et pes claudo. Pater
eram pauperum. et causam quam nesci-
ebam diligentissime investigabam.
Conterebam molas iniqui et de
dentibus illius auferebam predam.
Dicebamque in nidulo meo moriar
et sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta est. secus aquas
et ros morabitur in messione mea.
Gloria mea semper innovabitur. et arcus
meus in manu mea instaurabitur.
Qui me audiebant. sententiam meam
expectabant. et intenti tacebant
ad consilium meum. Verbis meis. ad-
dere nichil audebant. et super illos
stillabat eloquium meum. Si quando
ridebam ad eos. non credebant. et
lux vultus mei. non cadebat
in terram. Si voluissem ire ad eos
sedebam primus. cumque sederem. quasi
rex. exercitu circumstante. eram tamen
merencium consolator. Ecce re-
gnandi in viro iusto. ex magna
parte. expressa est formula. quam
si per singula exequi voluerimus. iuste
[illegible] libri magnitudinem. misteriorum
virtutum series. ut sola complectitur
diligens lector. singula verba
distinguet. quia in hiis omnibus
nec iota unum apicis. a misterio

salutis vacat. comparata his que in
ipsa superficie verborum eminent. quanta
potero brevitate perstringam. Lavabam
inquit pedes meos butiro
et petra fundebat michi rivos o-
lei. Cum in porta cathedra residerem
in platea. abscondebantur iuvenes. et
michi senes astabant. Communiter [illegible]
quod rerum affluencia. gratiarum quas consecutus
et prudencia non excesserint. sed in
hiis omnibus ex gratia et testimonio bo-
norum operum. auctoritas in [illegible] per-
mansit. Egrediebar cum ad portam
qui latebris non egebat. et qui de-
cendi promeruerat sedem. semper pa-
ratam erigebat. levitate vivendi
abscondita. Cessabant loqui principes.
et lingua ducum gutturi adherebat.
non audientes grandia loqui. et im-
ponere in humeris hominum. onera im-
portabilia. que ne superficie digiti
tangi solent. Docebat enim. omnes
virtutis laudes in actione consistere
cassasque ac splendorem vi. cui non
subest soliditas operis. Unde et operi
inquit Salomon. erit habundancia
ubi autem verba sunt plurima. ibi fre-
quenter egestas. Principum non et ducum
est. alios in via morum precedere. non
que facienda sunt. aliis tantumdem in-
tonare. Auris audiens. et oculus
videns beatificabat me. In presentia
corporis eleganter expressit. quibus
sensus anime maxime qualitatem ex-
teriorum rerum noticia. oculi et auris
obsequio fidelissime suscipit. adauget
et thesauris cordis sepius lingua

laus virtutis in actione consistit

inrauta diripit. Sed vero audiens
et videns adiecit. sapientis iu-
dicium exprimit. iuxta illud beatus
qui loquitur in aure audientis. Non
itaque beatificatum se dicit. linguis
hominum. que in alterutra partem. uel
amore. uel odio. frequenter impelluntur.
sufficit ei testimonium conscientie. presertim
cum roboratum sit. iudicio sapientum.
Eo inquit quod liberassem pauperem.
pupillum et vociferantem. et consolatus
sum cor vidue. In his enim magis
principalis claret auctoritas. que
a deo instituta est. ad iniurias propul-
sandas. Hec enim sunt opera
misericordie. et erit nomen agentis ca-
thedrati in secula. Sed ne credas eum
remissiore clementia. vicijs auda-
ciam prestitisse. Iusticia inquit in-
dutus sum. et dyademate iudicio
meo. Causam quam nesciebam dili-
gentissime investigabam. Oportet enim
iudicem cuncta rimari. et ordinem
rerum plena inquisitione discutere
ut dum obviat alium. quam causam
legittimis racionibus plenissime li-
mitata. Ut enim ait ethicus. cito
penitendum properat. quisquis cito
iudicat. Conterebam molas iniqui
Iniquus est. quisquis in iudicando.
sequitur non causam. sed predam. qui sic
munera diligit. ut sequatur retribu-
tiones. Et licet equum sit. quod decimet
corpus. avaricie furiens. sequitur
in mortem verum sequitur. et de denti-
bus illius auferebam predam. Dicebam
quoque In nidulo meo moriar. mentem
itaque opponat. qui rerum suarum

amplitudine contentus erat. Nec ava-
ricie aut ambicionis stimulo vrge-
batur. ut domum domui. agrum agro
coniungeret. iungeret. usque ad terminos loci
ac si solus habitaturus esset in superficie
terre. et sicut palma multiplicabo
dies. Rem admirandam. aristotiles
in septimo problematum. et plutarchus
in octavo memorabilem dicit. Si
super palme ingerunt arboris ligni
magna pondera imponas. ac tam
graviter vrgeas oneres. ut ma-
gnitudo oneris. sustineri nequeat.
non deorsum cedit. nec in terra flecti-
tur sed adversus pondus resurgit. et sursum
nititur. recurvatque. Placet inquit
plutarchus. placuit palmam signum
esse victorie in certaminibus. quoniam
ligni ingenium huiusmodi est. ut
vrgentibus opprimentibusque non ceda-
t refertur etiam. quod ramus eius pal-
me. que grece dicitur basileios
avelli non potest. si trahatur deorsum
sed si sursum producatur. cedit. Con-
stat autem quia trunci palme. uel
stipes. a radice erigitur. sed super-
ioribus dilatatur. Secus autem de quibus-
dam arboribus. que tanto magis turge-
scit. quo ad terram stipes vicinius
accedit. Recte palma ergo signifi-
catur iustus in immobilis. que
descensum non novit. sed solum ad
superiora processum. Unde iustus ut
palma florebit. Radix mea ap-
ta est. secus aquas sapientie.
utriusque et virtutum. de quibus super. et
ros in messione mea commorabitur in messione
mea. Intellige bonorum operum

quorum manipulos electi reponent
apud se in illa die iustus videt dei
sequitur Gloria mea semper innovabitur
et arcus meus instaurabitur. quia est
aliquid quo tendit. et de quo dirigit
arcum iustus. Nec passim sequitur cor
nos testa quasi lutea. Qui me au
diebant expectabant sententiam et tacita
Sepe dum est. sententiam de bono. semper
accipiendam esse. nisi aliud sapientior
videtur esse sibi prius. septem viros lo
quentibus similes Audis de sapiente. ta
men Contenti inquit tacebant ad
consilium meum. verbis meis nil addere
audebant. stillabat super eos eloquium
meum Res ardua desiderat atten
tionem. et virorum gravium decet consilia
meditari. ut quicquid agit quicquid
loquitur. sit consilio homo sapientiam
affectanti Est autem oris vicissim
illa prosa. quibus nil demum liceat
ad apponi Est autem nimis gravi
turpissimum. si ingerit se fabulis et
nugis de misceat. et nil congrui
entes perstrepat. veluti vel ut
anser admixtus oloribus. et dem
mariam credat apta esse lingue suis
immergitur. quod cum castor stat
cum sodalis plus immediatum ini
mici melius via ducat cum apes
porrecta que habundant sui ca
prositate vilescunt. et tunc multi
loquio peccatum non deest. pauca
prudenter loquentes simul et pre
ciosus Unde socrates quesiti
quomodo quis famam optimam com
paraet si gesserit inquit optima/

Comparatio fame bone

et locutus fuit pauca | Hinc est
quod vir iustus. et vitius delinquere
de sermone. Dicit sallustius eloquium
suum Qui enim non delinquit de ver
bis perfectus est vir Si quando ridebam
ad eos non credebant Risus levitatis
indicium. et quo patentior eo im
prudentior. et reprehensibilior est
Qui cum stultus de risu exaltat
vocem suam Et salvator flevit
qui utique risisse non legitur Nec
eum facile credidimus prius esse
ad cachinnum. qui sublata am
biguitate. de risu loquitur. ut et
si riserit. non credatur Et lux vul
tus mei. non cadebat de terra Visit
forte vir iustus. si eum de hilari te
temporalis inopia nulla resplenduit
et quicquid tamen erat de moribus
multum verebatur austere Si vo
luissem ire ad eos. sedebam primus
prima sequitur cathedra dignus
erat. qui alios tantarum virtutum
lumine precedebat Cumque sederet quasi
rex familiaritatibus aliis lacrimas
merentium abstergebat Secunda quidem
conclusio. cum potestas publica sic
providet compesse. ut de unicuique sua
tristem aliquem esse non patiatur.
Qua vero arte id fiet moralis
campus subiectus exequitur Da
ta quidem amenitate florum. et
fructuum ubertate. ut siquis eum
ingreditur. paradisi deliciis se gau
deat interesse equalis forte. et
attonitus obstupescens. quemquam
de psilio carmine [illegible] tate dulce
dine esse [illegible]. et celestium

Risus est signum levitatis

Job 31

iniuriam esse convincit. Sed ad ista possit operibus viri iusti. tu ipse diiudica. Si negavi quod volebant pauperibus. et oculos vidue expectare feci. Si comedi buccellam meam solus. et non comedit pupillus ex ea. quia ab infancia crevit mecum miseracio. et de ventre matris mee egressa est mecum. Si despexi pereuntem eo quod non habuerit indumentum. et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius. et de velleribus ovium mearum calefactus est.

Si levavi super pupillum manum meam cum viderem me in porta superiorem. humerus meus a iunctura sua cadat. et brachium meum cum ossibus suis conteratur. Semper enim quasi tumentes fluctus super me timui deum. et pondus eius ferre non potui. Si putavi aurum robur meum. et obrizo dixi fiducia mea. Si letatus sum super multis diviciis. et quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret. et lunam incedentem clare. et letatum est in abscondito cor meum. et osculatus sum manum meam ore meo. que est iniquitas maxima. et negacio contra deum altissimum. Si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat. et exultavi quod invenisset eum malum. Si non dixerunt viri tabernaculi mei quis det de carnibus eius ut saturemur.

Foris non mansit peregrinus. ostium meum patuit viatori. Si abscondi quasi homo peccatum meum. et celavi in sinu meo iniquitatem meam. Si expavi ad multitudinem nimiam. et despectio propinquorum terruit me. et non magis tacui. nec egressus sum ostium. Si adversum me terra clamat. et cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia. et animam agricolarum eius afflixi. pro frumento oriatur mihi tribulus. et pro ordeo spina.

Qui non credit cum ambulat in latitudine deliciarum dei. in corde puro. et consciencia bona. et fide non ficta. sub impcacione tanta de se quidem fatetur. Quibus istorum verborum desiderat interpretacionem. aut in tanta luce non videt. Nimis plane hebes est. et obtusi ingenii. cui ipse ista non lucent. exponenda sunt plurima congerunt. quorum vel unum orbem quendam illustrare sufficit. Si principes plura legere vel audire fastidiunt. saltem hoc tantillum legant. audiant et inspectione diligenti discutiant.

quid mittentur. Sequitur enim in eodem. Si audierint reges. et observaverint voces dei. complebunt dies suos in bono. et annos suos in gloria. Si autem non audierint. transibunt per gladium. et consumentur stulticia. Vides ne invitum regum duplicem eventum. Aut enim per gladium transeunt. aut stulticia consumuntur. Et vere videtur transire per gladium. non finiri commune gladio. quia quidam transitus eis est. ad locum nisi secundum multitudinem iniquitatum suarum. potentes potenter puniuntur. Sed et stulticia consumit

impios · cq̄ʒ d depssioꝫ ꝑplī · vo
bur p̄ncipis enervat᷑ · Populus
naqꝫ g̃tus erigē vires p̄ncip̄
no pt · aut no vl̄t

Quasi inquit qui mittit lapid
in acervū mercurii · sic q̄ dat
insipienti honorem · qr adversis
dulcis no opponit᷑ · Ego saluatore
venia impetrata · acervū credo
mercurii · in quo q̄sistit vo calcula
di · quia mercurius numen core
est · qui negociatorū exercent · et
raciocinijs suis diligent᷑ invigi
lant · Mitte go lapid̄ d acervū · q̄
regi᷑ vo calculadi · est tota tēn
re calculi vim · et honorē q̄fe
insipienti · est reipublice subuerte
vitā · Et impossibile est · ut quis
utilit᷑ regat · quem ꝑprius subuertit
error · Ait enim · Ubi no e gub
nator · ꝑpplus corruet · et alibi ·
Rex insipiens ꝑdet ꝑplm̄ suū · et
civitates d̄ habitabut᷑ · super sensū
prudenciā · Omnis potentatus brevis
vita · languor prolixior · gravat
medicum · Brevē languorē p̄ſci
det medicus · sic et rex · hodie est
· et cras morietur · Cum enim morietur
homo · hereditabit serpentes et
bestias et vermes · Nunquid quos
pauperes opprimunt᷑ · iniurijs / atte
nuat᷑ exaccionibus · rapinis mi
serabilibus spoliant᷑ · iubent᷑
ipse q̄re ꝑpli · et orbem toruite
· ut potentibus isti succedat heredes
Isti naqꝫ succedut oibus · iure suo

nec desideratur sollempnitas testamenti
ab intestato emergit · velis nolis
hos habebis heredes · quibus litteris
fertur dixisse plato / Unde est
· cum subditos opprimit ingratus · At
si caput corporis · intumescat · ut
membra · aut omnino · aut sine mo
lestia ferre no possit · Nam aut
passionem · sine gravissimo dolore me
brorum tolerari · vel curari impossibile
est · Si vo incurabilis fuit passio
sic vivere · quia mori miserius
est · Miserere aut nec utilius e · q̄
ut cuiqꝫ finire miserias · Idem quoqꝫ
dixisse legit᷑ · Cum d subiectos
ptas sevit · idem e · ac si tutor
pupillum persequat᷑ · vel eum suo mu
crone iuguleris · Abiuit defensor
abcessit · contra tibi gladium accepisti
Rem naqꝫ publicam · iure pupilli
tueri percelebre est · et eam tue de
mū · re ꝑcedere · cum caput eius se
inutile esse cognoscit · nisi fidelit
membris coherecat · Hec ille · et
quidem eleganter et vere · ut m
videt᷑ · Coherencia · fidelis et sincera
ee no pt · ubi no e tenax unio
voluntatum · et qi ipsorum anime
conglutinato · Nec si desunt · hominum
fructus sibi congruit opera · cum dolus
impuniter ꝑgat · sine affectu ꝑsi
ciendi · Simulatores inquit iob
et callidi provocant iram dei · neqꝫ
clamabunt cum vincti fuerint · mo
rietur d tempestate aia eorum · et
vita eorum inter effeminatos · Operibus
naqꝫ carnem prestat · nunc pudor
timor interdum · Sed inchoata illa

fides. Caritas

solidissima est. que caduce fi-
dei et dilectionis procedit. et in
solo virtutis fundamento subsistit.
Opera igitur. quia morum argumenta
sunt. gratiam pariunt. qua nil uti-
lius. nil efficacius est ad placandum
iratum et oppressum. Unde est
illud imperatoris. aut si mavis
versificatoris egregii. diu iam idem
eos sensisse non ambigas. Sis

nota

pius in primis. Nam cum vinca-
mur in omni munere. sola deos equat
clementia nobis. Heu dubie su-
spectus agas. falsus amicis. ru-
morum ne avidus. Qui talia cu-
rat. inanes horrebit strepitus
nulla non anxius hora. Non sic
excubie. non circumstancia pila.
quam tutatur amor. non extorquebis
amari. hoc alterna fides. hoc simplex
gratia donat. Alexander cum hi-
eme duceret exercitum. resideret ad
ignem. recognoscere preeuntes copi-
as cepit. Cumque conspexisset quendam
senem exanimatum frigore. iussit
eum sedere in loco suo dicens. Si in
persis natus esses. in regia sella
resedisse capitale foret. sed in ma-
cedonia nato conceditur. Fertur et
aliud decorum. quod cum virgo eximie
pulchritudinis. finitime gentis prin-
cipi desponsata. inter captivas
adesse nunciaretur. ei abstinencia
summa pepercit. ut nec illam quidem
aspiceret. Que mox ad sponsum
remissa. universe gentis. per hoc
beneficium. sibi mentes conciliavit.
Qui humanitate suorum. alienorum

De pietate Alexandri erga milites

et virginis virgine

animos. sibi iusticia devincit. Sile
est. quod scipio affricanus. in his-
pania gessisse legitur. cui cum virgo
nobilis eximie decoris admira-
cione convertens oculos. adducta esset.
eam sponso nomine alicio reddidit
adiciens. et aurum quod parentes in
redempcionem captive attulerant. ut
esset virgini in dotem. aut marito
in munus nupciale. Itaque vel
triplici magnificencia. universa gens
victa. que forte alias ressula
non fuerat. romano imperio populo
accessit. Camillo Faliscos ob-
sidenti. magister ludi. liberos fa-
liscorum. tamquam ambulandi causa
extra murum eductos tradiderat
duces. retentis obsidibus. civi-
tatis facturus imperata. Camillus
vero non solum reppulit perfidiam
sed revinctis manibus post terga
magistrum virgis agendum. ad parentes
pueris tradidit. Adeptus beneficio
victoriam. quam fraude non concupi-
erat. Nam falisci ob hanc iusticiam
sponte se dederunt. Extat quoque
eiusdem camilli non ignobilior ti-
tulus. Qui cum post subactas civi-
tates. et triumphos insignes. mi-
litaris manus invidia concitata
dampnatus et expulsus est civi-
tate. in ardea cum irruentibus seno-
nibus gallis in urbem. et roma-
nis undecimo miliario victis
apud flumen alliam. nec in ipsa
urbe quicquam preter capitolium tueri
possent. et hoc auro dato. ut galli
recederent. camillus contra ingrat

gallis

pale h. 1 5 1

comparites pace . cosso vacidit / aurum
abstulit . romanorum aquilas repor-
tavit . Unde de sexto virgilii inter ce-
teros eneadis / perdixit eneas re-
latis signa camillum . Itaque ab exi-
lio revocatus tris triumphans urbem
ingressus est . et appellatus secundus
romulus . quasi alter patrie conditor .
Julius ignius de libro vi . de vita
rebusque illustrium virorum . quod de fabricio
sequitur refert . Nam predicta :
plutarchi . de institucione traiani . et
julii frontini . de libro strategema-
ton suo . Venerunt ergo sic legati
sampnitum . ad gaium fabricium mul-
tas et magnas res memorantes
quas bene . ac benivole post reddi-
tam pacem sampnitibus fecerat .
offerentes dono grandem pecuniam et
orantes . ut ea acciperet et uteretur
eo quod multa admodum videntur et
splendorem domus . tanto victu deesse
constaret . Fabricius autem planum pa-
tum quod erat . pro amplitudine hominis
et dignitate illustre . fabricius vero
planas manus . ab auribus ad oculos
et infra . et deinceps ad nares
et ad gulam . et ad os . et deinde
ad ventrem et ad ima deduxit . et
legatis dixit vera videritis dum
omnibus hiis membris que attigi .
resistere . atque imperare potero . nunquam michi
nil quoniam deerit . ideo quod nobis
refutate pecuniam . nunquam vosque
utor . non ea . quibus utantur aut
grata non est ingeratis . Roma-
nis quidem . non videtur habere aurum
sed imperare volunt habentibus aurum .

Et julius ignius / frontinus vero
refert . quia ad fabricium ducem ro-
manorum . medicus pirri epirotarum
regis prevenit . pollicitus se venenum
daturum pirro . dummodo vices sibi . in
qua ope pretium foret constitueretur .
Quo facinore fabricius . egere
victoriam suam non arbitratus . regi
medicum detexit . atque ea fide
meruit . ut ad amiciciam romanorum
appetendam . compelleret pirrum pa-
te mea . de tertem de casu isto va-
lerius maximus . et claudius quadri-
grigarius . contendentes de nomine et
officio proditoris . Qui testimonies
sunt . unus valerium . pater illius
qui de rege quinto . pocula ministrat
. alius sicut quadrigarium nichias
medicum . non multum tamen . dummodo
constet consules romanorum . eo rexisse
pirrum . quod perdicia fuerant assignati
Epistolam vero consulum ad pirrum . Hanc
fuisse quadrigarius refert consules
romani . salutem dicunt . pirro regi
Nos pro tuis iniuriis continuo . ani-
mo commoti . inimici tecum bellare studemus
sed tuis iniuriis exempli et fidei .
Ergo visum est . ut te salvum velimus
quo sit . quem armis possimus vi-
cere . Nunc nos venit nichias . fa-
miliaris tuus . qui sibi a nobis pre-
mium peteret . si te clam interfecisset
Id nos negavimus velle . neve ob
eam rem quicquam commodi ex-
pectaret . Simul eciam visum est
visum est ut te certiorem facerem
ne quid huius modi si accidisset
nostro consilio fuisse putarent civitates

statuerunt quod nobis non placet premi-
ssis aut precio aut dolis pu-
gnare. Tu vero Caucus iacebis quod
rescivi quod cum ei regnum medie-
tate pueris abstulisset ut patet condi-
cio cum tribus equis admitteret
contemptus est. Sed nunc regni me-
dietatem adquievit accipere ut
amiciciam promitteret regi. Cum vero
Cineas vir prestantissimus qui
romam missus fuerat reversus
interrogaretur qualis roma esset
respondit se regum vidisse patriam
eo quod fere omnes tales essent illic
qualis esset solus pirrus de epi-
ro vel reliqua grecia. Audi-
ta ergo constancia Fabricij inquit
rex. Hic est vir ille Fabricius
qui difficilius a virtute quam sol
a cursu suo averti potest. Imperator
cesar augustus germanicus eo
bello quo victis hostibus germa-
nici cognomen meruit cum in
finibus copiarum castella poneret
constructibus locorum que vallo com-
prehendebat precium solui iussit
atque ita iusticie famam omni-
fidem assumpsit. Aliud de continencia
dicam rerumque contemptu quod quidem
plutarcus strategematica non
nulla premisi. Marcum catonem
eodem vino quo remiges contentum
fuisse traditur. Attilius regulus
cum summis rebus prefuisset adeo
pauper fuit ut se coniugem li-
berosque toleraret agello qui
colebatur per unum villicum. Cuius au-
dita morte scripsit senatui de
successore sibi creando et destitutis
rebus abitu suo necessariam esse presenciam
suam. Gneus Scipio post res pros-
pere in hispania gestas in summa
paupertate decessit ne ea quidem
relicta pecunia que sufficeret in
dotem filiarum quas ob inopiam
publice dotavit senatus. Idem
prestiterunt athenienses filiis ari-
stidis post amplissimarum rerum
administrationem in summa paupertate
defuncti. Hanibal de nocte surgere
solitus non requiescebat ante
noctem. crepusculo demum socios
ad cenam vocabat neque amplius
quam duobus lectis discumbebatur
apud eum. Idem cum sub hasdrubale
militaret imperatore plerumque super
nudam humum sagulo tectus
somnos capiebat. Emilianum
scipionem traditur in itinere cum
ambularet accepto pane vesci
solitum. Idem et de alexandro
macedone dicitur. Augustus cesar
minimi cibi erat atque vulgaris
fere secundarium panem et pisci-
culos minutos et caseum bu-
bulum manu pressum et ficus
biferas virides maxime appe-
tebat. Vescebatur quidem ante cenam
quocumque tempore et loco stomachus
desiderasset. Unde ipse in quadam
epistola. Nec iudeus quidem tiberi
tam diligenter sabbatum servat
quam ego hodie servavi qui in
balneo post horam primam noctis

duas buccatas manducavi. prius quam
ungi dapem (?) quam citius se vomi-
tebat. ad minutionem (?) animi. videret
commutationem. Et sic ipse dicebat cele-
rius quam asparagi coquuntur. Hoc enim
vo. rei festinate. velocitatem sole-
bat exprimere. In sermone siquidem
et litteris. et quedam alia. nobiliter
usurpavit. ut littere eius anti-
graphe ostendunt. In quibus cum aliquos
numquam soluturos crederet. illud sepe dice-
bat ad kalendas grecas. Mas-
missam (?) nonagesimum etatis annum
agentem. meridie (?) in tabernaculum
stantem vel ambulantem. capientem
cibos legimus. Claius (?) curius. cum
victis a se sabinis. ex senatus
consulto ampliaretur ei modus
agri. quem consumati milites
accipiebant. gregalium portione
contentus fuit malum civem dicens
cui non esset idem quod ceteris satis.
Continuisset (?) quod exercitus. et sepe nota-
bilis fuit continentia. sic eciam quod
sub marco scauro insignem gloriam
meruit. Extra memorie tradidit
scaurus continentia militarem po-
miferam inquit arborem. quia
in pede castrorum fuerat complexa
metatio. postero die continentibus
excitatis et abeuntibus nobis
intactis fructibus. exercitus reliquit
in demptionem (?) Auspiciis ergo impera-
toris. cesaris. domiciani. au-
gusti. germanico bello. quod iulius
civilis in gallia moverat. lin-
gonum opulentissima civitas que

ad civilem defecerat cum adveniente
exercitu cesaris. populationem timeret
quod preter spem inviolata. nil ex
rebus suis amiserat. ad obsequium
redacta. septuaginta milia armatorum
tradidit. Nichil lucius Mummius
qui corintho capta. non italiam
solum. sed et provinciam. tabulis sta-
tuisque exornavit. adeo nichil
ex manubiis tantis. in suum convertit
usum. ut filiam eius inopem senatus
ex publico dotavit. Constat ergo
cum ex plurimis strategematibus pa-
teat. in virtute romanorum maxime
claret. Eorum siquidem magnificencia
et virtute. si omnem generis historie
revolvatur. nil clarius lucet. De-
clarat hoc amplissimi splendor
imperii. quo nullum minus ab ex-
ordio. neque maioribus incrementis
processu continuo dilatatum. Quantam
per memoriam recordari. Nam et
quiete libertatis. iusticie cultu. re-
verencia legum. finitimarum gentium
amiciciis. maturitate consiliorum. et
gravitate verborum. et operum. obtinu-
erunt ut orbem sibi subicerent
dicam. Sed quia de constancia eorum
cepimus. unum de strategematibus
Iulii frontini. in fine ponatur in
medio. Cum itaque urbis menibus
hanibal assideret. ostentande fi-
ducie gratia. supplementum exercitibus
quos in hyspania habebant. diversa
porta miserunt. Eidem agrum
in quo castra hanibal erant
defuncto forte domino. venale

adid prij · dicendo produxerunt · ex
us ager ante bellum venierat
Hij dum ab hanibale obsiderentur · et
ipso absidere capuam decreverunt · ne
n ea capta venderetur · inde
exercitus

Ut aut ut de traiano plutar-
chi strategematicis ponam
modus · tante fortitudinis et civi
litatis fuit · ut romani imperij
fines · qui post augustum defensi
non magis fuerant · quam nobiliter
ampliati longe · lateque diffun
deret · Gloriam militarem mo
deratione superavit rome · et per
provincias / omnibus se equalem
exhibens · amicos salutandi
causa frequentans · vel egrota
tes · vel festis diebus · cum eisdem
indiscreta vicissim habens convi
via · exceptus corporis et vestibus
indiscretus vehens · publice et
privatim ditans omnibus munimen
tates civitatibus largiens · re
laxans tributa promovens · nulli
gravis · carus omnibus adeo · ut
usque adnostram etatem in senatu non
aliter principibus acclametur · feli
cior augusto · melior sis traia
no Sic itaque in ore eius
delatum est · et opinio bonitatis
eius · in tantum prevaluit · ut
amicis laudantibus · vel assen
tantibus · occasionem vera magni
ficentissimi prestet exempli · pre
laudatur in melius · ad magnitudo

inuicti · et efficacia operis · ad dilig
mentis · et manus · adferre impossibilia
sibi sufferrerit Quatenus dacia nata
militia fuit · non modo galli
britonesque · primum ab eo subacti sunt
tota civilis belli fortuna · et ascri
vere domus se potestati pullulatia
torum studio · tantus erat · ut qua
tuor sibi dictaret epistolas / Cuius
de iuris civilis peritia fuit
veteris romanorum indicant leges
Potentes ingenij vires comingi
ter in opera exercuit · producat et
extollit · vel sola inventoribus
scripti Sed aut omnibus in abi
lius est · amoribus et negocijs
sibi operam dabat · et de singulis
que agere dicebat · tanta erat
· ut eis solis vacare crederetur
Sed totus erat · singulorum et omnium
laudes · vero augusti totus orbis
predicabat · et cum amore huma
ni generis · suas · si delicias · roma
dam memoria venerabatur ecclesijs
omnibus · traianum esse non du
bito · qui de solius illius cultu
regni constituit maiestatem
theodosium imperatorem · qui vere fecit regem
arbitratus Tale est illud ex
subnominie theodosij propter clau
dianus Tu licet extremos
late domine penitus · te me
dus · te mollis arabs · te
sericus adoreret · si metuis · si
prava cupis · si duceris ira
servicij patiere iugum · tolerabis

iniquas inutiles leges Tu cia
iure teneberis. tu potes rex esse
qui per clemenciorem vsus . ad peiora
datur. suadet quod licencia semper ille
cebris quod effrena fauet Tunc
vince caste aspiciens. tu propri
a remus. tu durius ire con
sulit. tu pena patris. secundo prime
motus. non tibi quid liceat. sed quid
fecisse decebit. occurrat. mentem
que domet respectus honesti. Vt
non de laude traiani parumper ad
quiescatur. qui alios ei preferendos
estimatur. virtutes eius legitur com
mendasse. sanctissimus papa grego
rius. et fusis pro eo lacrimis. in
ferorum compescuisse incendia
duo remunderunt (?) de vna vbi
iusticia. qua vidue flenti exhi
bueat traianus. Cum enim me
moratus imperator. iam equum a
scendisset. ad bellum profecturus. vi
dua apprehenso pede illius misera
biliter lugens. sibi iusticiam fieri
petiit. de hiis qui filium eius optimum
et innocentissimum iuuenem iniuste
occiderunt Tu inquit auguste
imperas. et ego tam atrocem
iniuriam patior Ego inquit
imperator satisfaciam tibi cum
rediero Quid inquit illa si
non redieris Successor meus ait
traianus. satisfaciet tibi. et illa
Quid tibi proderit si alius bene
fecerit Tu michi debitor es
secundum opera tua. mercedem recepturus
fraus vtique est. nolle reddere quod de
betur Successor tuus iniuriam pa
cientibus pro se tenebitur Te non li
berabit iusticia aliena Bene
agetur cum successore tuo. si libe
rauit seipsum Hiis verbis motus
imperator. descendit de equo. et causam
presencialiter examinauit. et condigna
satisfactione. viduam consolatus est.
Refertur autem beatissimus papa. tan
dem. pro eo fudisse lacrimas. donec
ei de reuelacione intimatum sit. iam
traianum. a penis inferni liberatum
sub ea tamen condicione. ne vlterius
pro aliquo infideli. deum sollicitare
presumeret Hinc multo presumitur aliis
cuius virtutes preteriis. ita sanctis pla
cuit. ut corpore mittis. solus sit
liberatus Et hec quidem de capite
rei publice. dicta sunt

Greg.

9

**ordines locum auctore plutar
co. senatus obtinet**

Sena
tus vero. sicut maioribus placuit
officii nomen est et lex etatis nota
Siquidem senex dicitur. a senectute. Eum
vero athenienses. ariopagum di
cebant. eo quod de illius. tociusque plebis vtilitate
consisteret Et tum ab eis preclara plurima
inuenta sunt. nichil salubrius. nichil
gloriosius institutum est. quam senatus
Quid nobilius est cetu senum
qui emeriti. ac collegialibus officiis
ad consilii et regiminis officium fulserunt
et in marcido tempore. operum mun

vires . ea sapientie magis apti nego-
tiis / quo de eximiis certe minus
puto corporis utique . tantusque honor ex-
Patres conscripti — titit . apud grecos . ut duces rei
publice . nusquam prodirent . nil egre-
gium agerent . quod senes instituti non
induxerint . aut approbaverint / et quod magis
est . ab initio urbis condite . nota
eorum . aureis litteris scripta sunt /
Apud quos patres conscripti . ab omnibus
appellati . qui alios sapientia . etate
et affectu patricio precedebant .
penes istos consiliorum erat aucto-
ritas et omnium publice gerendorum
Cum vero sit ab etate . nomen videtur
esse origo . hanc ego arbitror
tam certe esse . quam mentis sa-
pientiam . a qua omnium officiorum con-
sistit distributio . et artificium to-
cius vite . rerum namque vere cognitio
. ut stoicis placet . ars artium est .
Nullum vero esse artem maximarum
rerum . cum de minimis quam arte esse
nullus ignoret . opinio est hominum parum
considerate loquentium . et de moribus
vulgi errantium . sicut magis quam
libito statuentium . quia pro veritate
est autem ut antiquis philosophis placet
Sapientia — . sapientia . rerum divinarum et huma-
narum principiorum et gerendorum omni-
tendorum quoque scientia . hinc vero insi-
Philosophia — ste philosophia est . eo quod phi-
losophia sit studium sapientie .
Ut ergo antiquis placuit . ad
ostium sapientie . philosophia pulsat . et
cum ei apertum fuerit . tanta rerum luce
. dulcis illustrata . nomine philosophie

evanescit . aut sicut perspicacioribus
visum est . voluntatis appetitus impleto
. cum flos studii . vergit in fructum
Nam philosophie finis sapientia est . Sed ne-
scio . quo nam pacto . iam vestimentum
de facie illius . cuius initium nondum
agnovimus . quod de rebus omnibus pote-
tissima prius esse censetur . Simpliciter
qui finem novit . initium ignorare
non potest / cum radices initium . multipli-
ces iterum tramites . usque ad eterna
finis . fructusque dulcedinem . viva-
citatis sue soliditate pertingat
Certe inquit beatus iob . timor domini
. ipsa est sapientia . et recedere a malo
intelligentia . Alia vero radices sa-
pientie . nusquam invenio . cum
deo consonant omnes . quod initium sa-
pientie timor domini . Timor ergo initium
. et in timore progressus est . et omni
virtutum culmen . sive aliud tale
. sive sapientiam dicas . non usque quaque
alienum est a timore consiliali se-
velorum dividere . Dicit initium de illo .
sapientie constituere perfectum / et eorum
perfectionum utrumque vero se invicem
verum extollat . verum est quia sa-
pientia initiatur in timore . et quod sensus
timor domini . permanet in seculum seculi
Manet itaque radix . et de virenti
gre invalescentes . in ramos ultra-
tum proficit . et inde eius ad fructum
perfecte caritatis . usque pertingit . quae
penarum nescit aculeos . cum non
sit metus in caritate . qui penam
habet . et sit timoris initium proba-

opera ingit facit. et iusti quimes eamdem apprehendit / quietus ergo videtur redere. dum grauis perficit adiutorem quia eum non timet simulet. quia filiali affectu. adversarium. et bona opera meditatur. Semper inquit beatus iob quasi tumentes fluctus. super me timui deum. et pondus eius ferre non potui. Utique se non umquam deum timuisse fatetur. et eum perfectum esse non dubitatur. cui ipsius domini testimonio. uir ille non erat contra dei. sed eum metu penarum. caritate deducta. credibile est amando te peracisse. quem ex perfectione iusticie fuisse non ambigitur. consumatam . . . commendatione timoris sermo expressit. et nodum innocuit quod sit timor. Sed utrum constat in corde. cuius appellacio tociens resonat in ore. Si enim ille metus tetigerit. lingua efficacius. et sibi salubrius disputabit. Ira dore frustra uoluntur. uana. Si uirtutes desiderant opera. Est autem timor dei. sicut beatissimus papa Gregorius asserit. ne decorum quod agenda sunt pretermitte. Hec utique pretermittit. qui nec opere nec uoluntate impletur. Cui itaque cum uiribus. et non potes. factum deus reputat. eo quod uoluntas plena. totius operis mercedem consequitur. Lectu est autem. quia qui deum timet nichil negligit. et bona facit. Qui uero diligenter eum investigat. et cognitis rebus. que sunt agenda exequitur. procul dubio sapiens est. et aptissimus consiliis principum. Ubi tanta morum gravitas innocuit. etatem corporis fuisse quisque causetur. Hic est enim senex. quem peligendum consiliis sapientie monita docent. Sicut enim senectus venerabilis est. non diuturna. neque numero annorum computata. Sed sensus canicies hominis sunt. hominis. et etas senectutis. vita inmaculata. Beatus plane. qui hanc apprehendit etatem. ut deinceps vite conscientie sue testimonio gaudeat. At sed dicit forte. quis est hic et laudabimus eum. Utique eum non arbitror esse pretermittendum. Ueniendum consiliis. qui peccatum non fecit. sed quem peccare non iuuat. qui peccatum odeuit. uirtute gaudeat. et carum magnus desiderio concupiscat bonorum si bone uoluntatis. Sed ut iam adiungeremus referendum est. benigniori pocius. ut dicitur minerva qui non semper. sed aliorum collatione innocens videatur. Cuius enim constabit. se ipsos quasi castum tabere cor tuum et astra munda. non sunt. in conspectu illius. qui in angelis suis reperit pravitatem. Quicumque ergo decendi sunt superbi et avari. et omnibus hominibus peste hominum nutrite enim perniciosius est. in quo diuitiis consiliaris. Omnium nequit custodia sua cor tuum. cum ex ipso vita procedit. Est itaque prouidendum potentie ne consiliarii eius indigeat. ne alie

Quid est timor dei

ꝯ moderatiq(ue) concupiscat. Sed cum
adeo usq(ue) extendit(ur). qui ꝯ cor(pore)
reipublice. interiorem obtinet vicem
quos questores. et commentarien
ses. et rerum privatarum comites
esse perdiximus. Hec enim omnia ad
sanctitatem restituenda sunt. et hec
communicate et usu. ista ratione p(er)
sonarum oportet interpretari. Si enim
refitiat(ur) aviditas. et minus
digerat(ur). generat morbos. aut
incurabiles aut difficiles. Impo
ssibile siquidem est. quemquam iniusti
et pecuniam sequi. Aut enim unum
istorum quibus adherebit et alterum
contempnet. aut torquebitur
altero. meliore compertus. Avaro
namq(ue) teste sapiencia nil scelestius
est. et nil iniquius quam amare
pecuniam. Hic enim animam suam ve
nalem habet. et ꝯ vita sua. proiecit
intima sua. Et forte ideo crea
tor pectoris. costarumq(ue) soliditatem
et compage cutis claustra
na(tura) diligentissima pactus interpo
suit intestinis. quo adversus omnem
exteriorem violenciam. sicut tutoria
et eis quod necesse est ministrat. nec
umquam sine salutis sue dispendio
exterioribus exponuntur. Oportet autem
ꝯ republica. hanc ne cupiditatis
servari ymaginem. et huius necessariorum
copia. de publico ministrari.

Sed et de lateribus huius. s(cilicet) qui princi
pibus semper assistere. que non
formula servanda est. Constat

enim. quia a corruptis moribus formatur
qui tangit picem inquinatur ab ea.
unaq(ue) contacta. livorem ducit ab uva
Nec domini illorum iusticiam esse credas
aut veritatem. aut pietatem. apud
quos vides omnia esse venalia. p(er)
ipse exclusus e(st). et si pulsat ad
ostium. non aperitur ei. Fugiunt. et fu
gaverunt gratiam. qui omnia ad precium
et gratiam faciunt. Nil. Si preces pre
vigende sunt. si res commendanda.
si execucioni mandata sua. si
confitienda causa. omnia nu
mmus agit. Vitas recta e(st) sim(pli)
citas manca. diu quidem quietus
sua. munimentum sinat ꝯ atria. tali
bus et scelere contempnere fulmina
paup(er) credit(ur) atque deos. Diis ig(itur)
stentibus ipsis. Cum corruptior
moribus et corrumpencior muneribus
apud istos beacior est. Si princi
pium magis suaserit. grandis
tibi restat via. arta et ardua
antequam tortores eorum effu
geas. sudandum est tibi. Certe
instrumenta tua conficit confusus si
cum salutare licuit. pro magno
reputa. Si cedula non attulerit
frustra accedes. Si autem attulerit
inutilis est. non adquiescet. ut
manus nobilis vicio membrane
degeneret. Crimen multa. Quia nota
est comparari. cum non opera. non ca
lamus. aut sepiole. aut nigre
colligimus succus constet ꝯ
emptus. Sed et ipsas sillabas
et apices. nisi cum precium fecerit

.10.

sic distorquebit. tot tibi ubique
ponet tendiculas. ut pro pace be-
lla. pro quiete litigium. amici mi-
nisterio videatur inferre. Si singulum
forte tibi venustius fuit. si mi-
strum aptius. si quid de minuta
supellectili decentius. velis eius gra-
tiam. vel tibi prius velis operam
et impensam. aut hiis pro rebus ex-
torquebitur. aut eius liberalitate
provenies. Tandem pilleum qualecumque
sit. asportabit amicus de mensa (?)
via tui. Jam accesso digrediens (?)
si tibi ignis purgatorius deminuet
Super est argento. quem multa solli-
citabis instantia. et magno arti-
ficio gestum. pretium et munerum ut
te clauso labello respiciat. tunc
de singulis viis de consilium eius. de-
liberationi perstabit instantia. Ni-
si eum permulseris. occurrat tibi
non fides rei geste excepta servi-
eis. aut stilus multus aberit
aut a publica forma notarii
vel scriniarii diutius benigni-
tas. aut negligentia inest. et
aliquibus per nodus. pecunia vi-
dere indigebit. Ut vos minime
ledat. longa exspectatione torque-
beris. dum differtur quod negari non
potest. Experto crede. de manus
eorum miles maudi. et ut aliquid
de fabulis mutuemur. portitoribus de-
mittis tanto. qui nemini pepercit
numquam. iste longe clementior
est. Stipe siquidem vel triente

solus esse contentus. at isti asses inte-
gros. sibi multiplicari iubent. Sed
quid est. quod apud curiales omnia
queruntur esse venalia. cum ea etiam
que non sunt rerum sint. Provocationes (?)
venalicio constat esse obnoxias.
Verborum opus. non sermo gratuitus est.
non tacetur nisi ad pactum. silentium
namque res venalis est. Hoc forte
a demostene acceperunt. qui cum
aristodimum actorem fabularum
interrogasset. quantum mercedis ut
ageret accepisset. et respondisset
ei. talentum. at ego inquit de-
mostenes. plus accepi ut tacerem.
Causidicorum siquidem est lingua
dampnifica. nisi eam ut dici solet
funibus argenteis vincias. Nec
vincies. nisi forte potentissimus
sit. potest illaqueare muneribus.
quia de quo unusquisque tibi gratulatur
gratia aliorum invidia concitatur.
Tibi namque propter arbitrantur
ex aliis exigatur. Hoc autem ama-
rius est a minimis. qui
nisi mulceantur obsequiis. et
reficiantur muneribus. sibi fieri in-
iuriam suspicantur. Ergo cuncta quoque
domus servus est plena superbie
et eius cupiditas plena est et avaricie
Illi tamen preciosius notentur inter
omnes curie nugatores qui sub
pretextu honestatis et liberalitatis
iniurie sue solent inopiam colo-
rare. qui nitidiores incedunt. qui
splendidius epulantur. qui propriam

ad mensam. sepius commensales appellant
accedunt. humaniores domi. foris
benigniores. affabiliores in sermone. li-
beraliores in suis. in proximorum eru-
minis. et omni virtutum imitatione
preclari. Sed cum autem ait Tullius totius
iniusticie. nulla est capitalior
quam eorum. qui tum maxime decipi-
unt. cum id agunt. ut boni viri esse
videantur. Hijs utique et virtutis
umbra. licentiam facit. et cum nec
oporteat peccari veniam. gloriam
asserunt. putant impune plurima ex-
torquere. qui parvo non putant ni-
mio non dignantur esse contenti
Notum quidem est. et generale proverbium
. quia fruitur ceteris. qui proprio
nescit uti. Sed tamen cum hijs me
bellum inexorabile gerere putes
. munera curiales. licenter accipiant
. dum non extorqueant impudenter
Pudor aut abicitur simulatus. ad
actiones ventum est. Verbum multum
veretur supplici ac submissa vo-
ce dicendum. rogo. nec gratis tu-
lit. qui tum rogatus accepit. Bis
enim emit. qui rogat. Cluvei-
narum. vel speci prium. vendidit. re-
dedit. Animus vero iuste reprehe-
nsionis. non sub nota. quod devocio
liberalitatis obtulit. non quod plurimas
dispensacionis extorsit. Ita tamen ut
iniquorum munera non accipiat. cum
ingrati hominis sit. nolle hominis
favere beneficio. et impium pro mu-
neribus iustificare. dicente domino
. sit iniquum. utique beneficio accipe

Tullius li. i. de officiis

est vendere liberalitatem. et dedecus est
suos esse. qui debent alijs imperare
. virtutem et cause ratio habenda est
. et persone. ut non a quolibet. non quoquo modo
accipiant. ex colore et tempore. et mo-
destius oportet inquit. Nam
plerique amant. plerique accusant
. absque muneribus. alacres. vel modo. perplexos
munera et sordescunt. Sed improbitas
curialium. eo usque innotuit. ut
detestationi esse. de venustate mo-
rum. de odore opinionis. de simplicitate vite
. de torrente eloquentie. nisi precio
intercedente. quibus fructus confidat
ipse licet venias musis comitatus
homere. si nihil attuleris ibis
homere foras. Non modo leones
et tigrides. eloquentie beneficio
leniisse dictus est orpheus. sed apud
inferos deorum. voce dulciori revocavit
. cancerosque tricipitem exoravit
. ita favorabilior. ut admissam se-
mel euridicem. tum morem
inferorum. licet educere. Tu vero
licet orpheus sis. aut arion vel
ille qui solo testudinis sono
saxa ut dicitur emolliunt. nec
apud curiales efficies. ut plumbea
corda. aureo. vel argenteo
malleo. vanitatis. vel cupiditatis
intrude emollias. Inclementia
cerberi animos absorbere. ego
me credo vidisse curiales. cer-
beris duriores. Apud inferos tamen
cerberus unus est. et quot sunt
domicilia curialium. tot cerberi sunt

Ut anses quos cerberus sustinebit tota quasi familia. que per aut mordet aut latrat. Unus vero quotquot sunt de vino medicos audierunt dicentes. dum dolet accipe. facturi contra. si sibi expedire crediderint. ut doleat quasi facturum est. In uno tamen pissimos ce mirabere quod querelas libenter audiunt. fovent humiliorem causas et eo usque patrimonii afflicti. dum exhauriant loculos pleniorem vero quotiens modo causa prodat quo sensim peragitur. ut loculi impleantur et si avaricia nequeat saciari. Demum si de ipsorum manu si penitens invenerit. quamvis mori hec tormenta. ei sufficere posse advenia. Vicium adeo grave est quod hic comparari non possit. Tunc cum insipiens est. quia superbus assidere limitibus. peregrinationum tolerare fastum. et contemptibilium tantum contemptu. Preter molestias ceterorum. et ab indignis quemvis indigna perpeti. Socrates cum Alcibiades introgaret. quare Xantippen uxorem admodum morosam. ingratam iurgiosam. et hi die noctuque muliebribus strepebat molestiis. domo non abigeret inquit. cum talem domi perpetior. insuesco et exerceor. ut ceterorum quoque foris petulanciam et iniuriam facilius feram. Verbum celebratum publice quia varie mentis temeraria petitio et profecto importunus peccator est. qui

Duos gladios sufficere imperio christiano. cognitum sacra testatur historia. omnibus aliis coercetur. cum gladiis et fustibus accedunt. ut captivum capiant christum nos cuius delere cupientes. Illi ergo quod sunt milites. qui vocati ex sacramento non obtemperant legi sed de eo milicie sue gloriam constare credunt. si contemptibile sit sacerdotium. si ecclesie vilescat auctoritas. si ita dilataverint regnum hominis. ut christum impium contingat. si laudes suas predicare et se ipsos falsis promissis mitescunt. et extollant ad invisionem audiencium. imitantes militem gloriosum Terencii. Ideo magis elucescit si clericorum et inermem miliciam aut telis aut linguis confodiant. Sed quis est usus milicie ordinate. Tueri ecclesiam. perfidiam impugnare. sacerdotium venerari. pauperum propulsare iniurias. pacare provinciam pro fratribus. ut sacramenti docet conceptio. fundere sanguinem. et si opus est animam ponere. Exultationes dei in gutture eorum et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nacionibus. increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus. et nobiles eorum in manicis ferreis. Sed quo fine. Non ut furori. vanitati. avaritie serviant. aut proprie voluntati. Verum ut faciant in eis iudicium conscriptum in quo conquisitionem non tam suum quam dei. angelorum et hominum sequuntur ex equitate. et publica utilitate arbitrium. Ut faciant inquam. quia sicut iudicium dictare iudicum. ita et istorum faciendo exercere. officium est. Utinam gloria hec est omnibus sanctis eius. Sed et qui agentes pro militesse [illegible] sue. et de eo fideliores [illegible] fuerint studiosique. fuit dei

et utilitate sue. utiliusque gloriam promouent. quo fidelius dei sui dominus gloriam quaerunt. Ut fides deo debita sit cunctis homini preferenda nec seruatur homini nisi seruetur deo. 9

Nec refert fideli quis militet. an infideli, dum tamen militet. fide incolumi. Diocleciano. et Iuliano. et aliis impiis leguntur militasse fideles, et eis in defensione rei publice. tamquam principibus. fidem exhibuisse, et reuerentiam. Impugnabant cum hostes imperii. sed mandata dei seruabant. Si uero precipiebant. temerare legem. deum homini preferebant. Videbat principes. et accusabant eos. illi gaudebant in iustificationibus domini, constanter loquentes. et agentes. sine confusione mandata eius. Sub cuius fiducia Dauid quoque militasse legitur Achis. et fidem. et reuerentiam militantis implesse. Hec autem omnis militie. formula preferenda est. et implenda. ut deo primum. fides debita. deinde principi. et reipublice seruetur incolumis. Et semper maiora preiudicabunt minoribus, quia nec rei publice. nec principi fides seruanda est. contra deum, sed secundum deum sicut habetur in sacramento militari.

sacramenti. Unde plurimum miror si quis princeps illius habeat fidem quem uidet deo suo. cui ut rem tantam etiam sacramento militie obligati sunt, fidem debitam non seruare. Certe uario namque morbo uomitus laborat. qui eum sibi fidelem. fore credit. quem uidet esse corruptum. et perfidum in illum. cui plurimum debet. Sed timet principem? Certe si fortior superuenit. contemnet et illum. Amat forte principem? Et si benignior et liberalior apparuerit. et illum spernabit. Non est quo se utatur impius. qui hominem deo prefert, nequaquam seruabit fidem secundam. qui primam irritam facit.

De priuilegiis militum. et quod baltheo astricti sunt ecclesie sunt. et quare gladius offeratur altari. 10

Recte uero militantium. priuilegia multa sunt. que de iure ciuili quo latius patent uidet. et liberiores sunt. et pluribus immunitatibus gaudent. ab angariis. et parangariis. et sordidis muneribus. Alieni iuris quod licenter ignorant. et licet in potestate sint. in castrensi peculio. testari possunt. et ob publicam sollicitudinem. quod maximum est. non permittuntur agere. et in tantum modum plurima. que longum est enarrare. Licet autem sint qui sibi non tenent. uidentur ecclesie sacramento sollempni tenere.

consuetudine plerorumque non praestatur
nullus tamen est qui sacramento
tacito vel expresso ecclesie non
teneatur obnoxius. Et forte idcirco
cessat sollempnitas iurandi
quia ad haec omnes invitat et
coartat necessitas officij et sin-
ceritas fidei. Unde iam inoleuit
consuetudo sollempnis ut ea
ipsa die qua quisque militari
cingulo decoratur ecclesiam solle-
mpniter adeat gladioque super
altare posito et oblato quasi
celebri professione facta seipsum
obsequio altaris devoveat et
gladij id est officij sui iugem
deo spondeat famulatum. Neque
necesse est ut hoc profiteatur voce
cum legittima professio militie
facto eius videatur inserta. Quis
enim de homine illiterato et qui
magis arma debeat nosse quam
litteras professionem exigit litteralem.
Ita episcopi et abbates professione
scripta vel dicta ad fidem et
obedientiam videntur artari. Et
vere artantur quia deo
mentiri non licet. Sane quid plus
est aut non minus quam milites
faciunt qui non cedulam sed gla-
dium offerunt et sic primicias
officij redimunt ab altari. Hij
ecclesie imperpetuum famulentur. Ita
sicut eis precepta plurima

ita continent ecclesiam licet vel vest-
ibulum quam milites ut baptiza-
rentur accesserunt ad Iohannem
interrogantes Magister quid fa-
ciemus et nos. Et ait illis. Ne-
minem concutiatis neque calumpniam
faciatis et contenti estote sti-
pendiis vestris. Fidelis sermo et
omni acceptione dignus quod deceat
parabulum gratie preconem veritatis
dum professorem. Monet enim ma-
num militarem promptam ad in-
iurias rapinis assuetam et
cui numquam aut raro sufficiunt
sua qui appetat aliena. Con-
cussione ergo prohibita conclusit
iniurias rapinas compescuit
conclusa calumpnia qualitatem
quam dampnavit. Dum precepit unum-
quemque contentum esse stipendiis
suis. Sic enim dictum est militi
agere non licet cui dum militat
milicie sue praestant stipendia
et cum emitis est prebenda vel ali-
menta quo ad necessitas exigit
de publico provident.

i vero contra prohibitiones
et legittimas sanctiones
infracta dilabitur et rapinas
duris castigandus est ut quod semper
fecerit durius tractatur et ita
cohibenda est audacia eius
ut in seipso discat quanta

ua ad visione ferienda sunt. qui le-
gem impugnat quam suscepe
rant defendendam Sicut enim
multis immunitatibus: et emi
nentibus priuilegijs militia
gaudet ita acerbioribus pe
nis subdenda est si sua de
meruisse priuilegia conuincatur.
Nec in ea sibi parte potest ig-
norancia iuris tamen et si iura pub
lica permittantur, simul tamen offi
cium: non licat ignorare: li-
cet enim sacerdos: in ordina-
cione ordinis sui difficulta
tem ignoret, eo quod sine co
tradicione onerose succedit
officio, suscepti sacerdocij one
ra cogitur sustinere Si vero
negligit aut malignatur: cor
ripitur grauius eo quod maiori
pena digni sunt hij: quibus ad
cultum debeatur honor aut
oculto aut manifesto inueni-
untur in crimine Aliter tamen crimina
aliter puniuntur excessus: quam
illa plerumque penam irrogant
sanguinis, hec quam medicinalem.
pro qualitate delicti exigunt cu-
ram Ipsa non minus simplex
crimen qui quodam acrimoniam
miscet ueruntamen in professi
one disciplina necessaria
sit nusquam magis quam in cle
ro et re militari At rei
militaris que nunc exactatur
in spe: acerbius est corporaliter
punienda Nichil est autem quod
vtramque magis impugnet quam
quia cum intemperancia ordina
tam plurimum aduersatur Por-
ro vbi ordo non est confusio locum
habet et nisi reprimatur correctionis
stimulo procul dubio ignominiam
ex necessitate importat Unde
cum faciat fortiter quem luxuria
et intemperancia: non tamen exarmat
quam ex animauit quartus
liber strategematicorum: Iulij fron
tini: refert quod publius scipio
ad numanciam corruptum superiorum
ducum socordia exercitum correxit
dimisso ingenti lixarum numero re-
dactos ad munus quotidiana ex-
citacione militibus quibus ad
frequens iungeret et portare
complurium dierum cibaria impera
bat: ita ut frigora et imbres
pati: vada fluminum pedibus
transire assuesceret miles.
exprobrante subinde impera
tore timiditatem et ignauiam:
frangente quod delicacioris vsus
ac parum necessaria expedicio
ni vasa Quod maxime notabiliter
accidit gaio Iunio tribuno:
cui dixisse traditur scipio:
michi paulisper tibi et rei pub
lice semper nequam eris

metellus iugurtino simili[ter] lapsam militum disciplinam pari severitate restituit cum vesci prohiberet alia carne quam assa elixa ve milites. Philippus cum primum exercitum constitueret vehiculorum usum omnibus interdixit equitibus non amplius quam singulos calones habere permisit. Peditibus autem denis singulos qui molas et funes ferrent. In estiva exeuntibus triginta dierum farinam collo portari imperavit. Gaius marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen honerat: vasa et cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit. sub quibus et habile onus et facilis requies esset. Unde proverbium natum est: multi milites mariani. Lisander lacedemonius egressum via quadam castigabat. Cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse respondit: Ne speciem quidem raptim prebeas volo. Publius nasica in hibernis quamvis classis usus non esset necessarius ne tamen miles desidia corrumperetur aut per licentiam ocii sociis inferret iniuriam naves edificare instituit. quoque frontinus inter multa constantie insignia refert: quod casilini obsidente hanibale tanta inopia pressi sunt ut

murem centum venisse denariis memorie proditum sit eiusque venditorem periisse emptorem autem vixisse: et in tanta angustia fidem servasse romanis. Petilini a penis obsessi: parentes et liberos propter inopiam eiecerunt. ipsi coriis madefactis et igne siccatis folijs quoque arborum et omni genere animalium vitam tolerantes undecim menses obsidionem toleraverunt. Hispani sabcenses eadem passi sunt: quietamen oppidum hanibali tradiderunt. Cizicum cum oppugnaret Mitridates captivos eius urbis produxit: ostenditque obsessis arbitratus futurum: ut miseracione suorum ad dedicionem compelleret opidanos. At illi cooptati captivos ad mortem fortiter excipiendam: fidem servare romanis. Sygomenses cum a viriato hijs liberi et coniuges redderentur preoptaverunt spectare supplicia pignorum suorum quam a romanis deficere. Numantini ne se dederent fame mori preclusis foribus domuum suarum maluerunt: vicisse utque romanos auctore orosio nisi illi sub scipione pugnassent

Eos vero qui ducis aut legis
non obtemperabant arbitrio varia
animadversio percedebat Nam alii in
fortuna: infamia alii: alii in
sanguine puniuntur constituti
enim de lege et usus quaesita ac
inveniet Nam Aurelius Cotta
consul cum ad opus equites ne
cessitate cogente iussisset acce
dere eorumque pars detractasset im
perium questus apud censores
effecit ut a patribus notaren
tur deinde optinuit ne eis prete
rita era procederent Tribuni quoque
plebis de eadem re ad populum
pertulerunt omnium quoque consensu stabi
lita est disciplina Titus vero me
tellus Macedonicus in Hyspania
quinque cohortes que hostibus ce
ssissent testamentum facere iussas
ad locum recuperandum remisit
minatus non nisi post victoriam
iri senatus receptum cum milites
publii valerii turpiter fuga
ti essent: decrevit ne eis au
xilia submitterentur nisi victis
hostibus: hiis vero legionibus
que punico bello militiam de
tractaverant in siciliam velud
relegatis per septem annos: or
dinem ex senatus consulto datum
est Appii claudii sententia
senatus quoque consultum omnes
qui a pirro rege epirotarum
capti et postea remissi erant
equites ad peditem redegit
ad levem armaturam omnibus
extra vallum iussis tendere
donec bina hostium spolia sin
guli referrent hiis fratribus aut
pluribus asserit quia fuit hic
quoque antiquis animadversio militaris
urbe ignominie causa militi
venam solui et sanguinem dimitti
cuius rei rationem et si in veteribus
litteris non potuerit invenire
hec tamen primo factum est opinatur in
militibus stupentis animi et a
naturali habitu declinantis ut non
tam pena quam medicina videretur
Postea tamen ob plera quoque alia de
licta id factitatum esse credit
per consuetudinem quasi minus sani
viderentur omnes qui contra offi
cium delinquerent Nam leviores
culpe non erat ignominiosa
animadversio et sic vel illa co
rigore discipline militaris
dissimulationi locum relinqueret
veteres quoque grecos anulum habu
isse in sinistra manu digito
qui minimo proximus est celeberri
me traditur Romanos quoque
homines aiunt sic plerumque v
sitatos anulis causam quoque huius
rei apion in libris egypti
acis dicit: quod in sectis apertis

quod corporibus ut mos fuit quas
greci anatomas vocant re
pertum est quendam tenuissimum
nervum ab eo uno digito
de quo diximus ad quod cor hominis
pergere ac pervenire. Visum
quod esse eum potissimum digitum
tali honore decorandum qui
continens et quasi connexus cum
principatu cordis videretur.
Unde et quasi ex cordis arbi
trati sunt curandos aut pu
niendos qui in militare of
ficium deliquisset. Ut vero ad
ad frontinum. Crassus a sem
pronio asello et plerisque aliis
hystorie romane scriptoribus
traditur habuisse quinque re
rum bonarum maxima et pre
cipua: quod esset ditissimus quod
nobilissimus quod eloquentissimus
quod iurisconsultissimus quod pon
tifex maximus. Is cum in con
sulatu obtineret asiam provin
ciam et circumsedere atque oppu
gnare leucas pararet opusque
esset firma atque procera trabe
qua arietē facerent unum
oppidanorum quateretur: scripsit
ad magnum gaium maiorem
atheniensium sacerdotem: amicorum
quod populi romani, ut ex ma
lis duobus quos apud
eos vidisset: uter maior esset
ei mitte procuraret. Tunc magnus
gaius comperto quamobrem
malum desiderasset: non uti
iusserat maiorem: sed quem
magis esse ydoneum aptiorem
que faciendo arieti facilioremque
portatu existimabat: minorem
misit. Crassus eum vocari
iussit: et cum interrogasset:
cur non quem iusserat misisset
causis rationibus quas dic
tabat spretis: vestimenta de
trahi iussit virgis que multum
cecidit corrumpi atque dissolui
ratus omne officium imperantis
si quis ad id quod facere iussus est
non obsequio debito sed consi
lio non desiderato respondeat.
Verum quid queso amplius in mo
nasterium arctioris regule
dictasset abbas severus? In eo
magis solo deliquerat: quod non
paruerat mandato: et si forte
re ipsa utilius esset quod fecit.
Nam sicut in religione degenti
bus prelatorum mandata dum
preceptorum preceptorum non impu
gnant: a subiectis non oportet
discuti: sed impleri: sic in
re militari ita mandata
ducis nulla est examinatio
militaris nisi forte quod papi

expssium. saluti reipublice
inuenia adhuc sinu: Naz in eo
no aptempat nisi pfidus
et impius miles. Crudeli
iniquus. quid detestabilius
quam sine fidei reverentia
aggredi quicquid dictaverit
imperator: Nove apud oeb
nox funesta est: et crudelis
plena qz pfidie. pectore si
fris gladium iugulo qz patris
condere me iubeas. plenaqz
in uisera ptu giugis: invita
peragam tn oim dextra. casti
sup tisti. si pone tibredibus vu
das. espios audax. venia
metator in agros. tu quo
scuqz voles in planum effudit
muros. hijs aries actus disperget
saxa lacertis ille licet pereti
tolli quam iusseris vrbes. ro
ma sit. Crudelem nequius dici po
tuit et vnde mag debebit
si fidelis esset. romanum impa
torem offende. In eo namqz sce
leratus miles fidem suo fidem
fate studuit. Vnde scripturiam
xime infidelem et pfidum
esse eduit. mag quid dbe
reverencia dicit et fidei religione
servata quedam ita necessaria
sunt ut mandatum non expectatis.
alia sic detestabilia ut nullo
omnino mandatum admittant. Me
dium

quedam que nec sint necessaria
nec detestabilia mala gestum
in arbitrio arbitrantes psidet
Velit nolit pfecto ex necessi
tate boni diligendus est. Deus
velit nolit pfecto ex malicia
iniquitatis est adultum dati
naudum. At militare vel non
militare egredi vel non egredi
ceta qz qui pslt indifferencia re
putant ad pponti diligencia
et reverencia spectant. In hijs
vbi mandato psidentis oculum
aprire instar criminis est. Aut
q seya sua ad cuiuscumqz opis
fructum manum reverenter
extendere. Sic decus in hac
pte subiectus ut vivat qz quod
qz dic quasi extra disrecione
ad arborem sciencie qui pbi
et platis reservat dns teme
riam manum inserit laqueum
mortis incurrit. Crudelem bo
num aut malum in talibus sit
non licet iudicare subiectis. sed
plena reverencia ppositis exhi
beatur et fidelis obediencia
mandatorum. Milite ergo in
omnibus hijs que ad statum pub
licum ptinet nichil omnino tepta
re licet. nisi ducis iussu l licen
cia. qui ipe faciendum decreverit
roboretur. Vnde hijs plerumqz
qui ducem contempto vel non ex
pectato impio congredientes
cum hoste reipublice victoriam

Vale. li. 2 c. 2 de disciplina militari

Vale. li. 2 ca. 2 de militari disciplina

contulerunt. sepe non tam gloriam
assecuti sunt de victoria quam
de temeritate vel negligentia pe-
nam / Quid ergo merebitur turpis
fuga stationis vel desertor pro
pe disciplina militari. tanta
severitate corripitur stratagemator
In strategematibus iulij frontini
Clearcus Lacedemonius ducem
dixisse imperatorem exercitui po-
tius timendum esse quam hostem
Eo quod qui in prelio dubia mor-
tem timuerant. eos statione
relicta certum manebat sup-
plicium / Lucius papirius cursor
fabium ruptilium magistrum
equitum quod adversus dictum eius
prius prosperum pugnaverat. ver-
gis preposuit cesum. securi per-
cussurus. nec contioni aut pre-
cibus militum concessit. quam
dilationem. eum quod profugientem ro-
mam prosecutus est. ne ibi quidem
remisso prius supplicij metu
quam ad genua eius. et fabius
cum patre provolveretur. et pariter
senatus et populus rogarent.
Et ne cui videatur. fecisse
pro odio precedenti. Manlius
tunc imperiosus postea cognominatus
fuit. filium quod is. contra
edictum patris. cum hoste pu-
gnaverat: quamvis victorem
in conspectu exercitus. virgis
cesum. securi percussit: persuit
aut disciplina militaris pe-
ut rei publice necessaria
. ita et omnibus gloriosa. ab eo
quidem, ut manlius filius
pro se adversus patrem exer-
citu seditionem parante ne-
garet tanti esse quemquam
: ut propter illum corrumpe-
retur. disciplina militie. et
obtinuit ut ipsum puniri pa-
terentur. Appius claudius
. ex hijs qui loco cesserant
. decimum militem quemque
. sorte ductum / fuste per-
cussit. fabius rutilius con-
sul. ex duabus legionibus
que loco cesserant.
vicenos sorte ductos. in
conspectu militum securi per-
cussit. Eadem cenos ex
centurijs. quarum statio
ab hoste perrupta erat
. ab dixit securi exercitus
fabius maximus transfugarum
dextras precidit. Ma-
rcus cato tradidit in furto
comprehensis. ut commi-
litones dextras esse p

tatis. aut si benignius in
se animadverti volu-
issent, in provinciis sanguinem
missum. Seditio quoque se-
pius provocat. ita tamen
ut pro arbitrio ducis eius
in pena parcere, severitas
et quies rei publice infor- 7
metur. Quibus certe orta
seditione militum. paucis
percussis. cito sedasse. le-
giones. et fidem militum
recepisse::

At medium ut de 13
delicto suo. prin-
cipes milites militie cin-
gulo, in his maxime ubi
sacrilegia committunt. Certe
namque me statutum est.
et novo. non est tibi ablat-
um, ut qui non senatus
militie sacramento, religionem
suam prestitum impugnat
cinguli amissione mulcte-
tur. Confertur. est edicto Iu-
lius: compescuisse milites
prius: circa urbem ingressus
non licuit: thesauros spolia-
re: aut templa deorum: q

ei permodum ingravascente
seditione imperat. Nam mi-
nibus namque romanis ani-
mus cum: irati impugnare
non poterant: quos sacramento
militie susceperant de-
fendendos. Sic quoque ga- 7
ius curio. bello dardanico
circa dirachium: cum una
de quinque legionibus: seditio-
nem indixisset: eam prece-
dere iussit inermem. distinctam
que in conspectu. armati ex-
ercitus: sacramenta cogit
iterare. postremo autem si-
militer fossam: distinct-
os milites facere: ullisque pro-
cibus legionis misceri ab eo
potuit. nec signa eius sub-
mittere, nomenque ab olere
exmilites aut in supplementum
aliarum legionum distribuit.
Non cum restituebatur. qui
merueant. penam cingulo
antiquam eos pretiis ante-
rum inita impugnavit, capi-
tales. qui ex cannensi pug-
na cedentes: imperium sici-
liam fuerant relegati. po-
stulaverunt. a marco mar-
cello consule: ut in pristinum
reducentur, ille senatum

compulerint: senatusque negat placere sibi eis committi rem publicam qui eam deseruissent. Marcello tunc precipit facere quod videtur: lege tamen prescripta: ne quis eorum munere vacaret, neve donaretur premio aut honore, aut reportaretur in italiam: dum peni in ea fuissent. Dum non cingulo spoliati sunt: eis vero era perdunt: ut militaribus privilegiis gauderent: nec sunt apti cum .ysto. gladio tali ne commercium. Decore prudenti constitucione maiorum est gladius insertus cingulo: aut collato honore cinguli. Potestas quoque usus gladii aliqualiter intelligatur collata esse vite cingulo decoratur: ad militiam quisquis accedit quia cum expeditum esse: ad munera rei publice: officij sui necessitas exigit: constringi vero tamen solet cum gerenda imminent: et cum vacacio datur, licet esse distinctum. Unde illud in libro regum: David eque gloriatur accinctus: ut discinctus erumna ...

nus sollicitudo laboris immineat. Claudi lictorumque non admittit. et ornandi laboris: et sanitatis quiete: Plerumque et tollerare sunt: cingulum ergo indicium est laboris: labor honoris initium: ut liqueat omnibus quod qui laborem in dictum militie subire detrectat honorem gladij in militari cingulo frustra portat. Usus quoque cinguli census est significacio ut fidem eius roboret et solidet labor. Videas multos cinguli honore munitos: sed non honorem: laboriosa impleat munia: idem est ac si professor sub alba quis venderet speciem. Profecto dignus est privilegium perdere qui concessa sibi abutitur potestate. Abutitur autem vel non faciendo quod oportet vel faciendo quod fieri non oportet. Et in utroque sit malum. ut dicitur rem ferre? delicto convincitur esse reus. delinquit enim qui non implet officium. Sed plane peccat quisquis committit sceleratum. Talibus ...

nigrum / magis opponitur
quam non album / et tristicia
leticiam magis impugnat
quam spes aut timor: que
necesse in leticie maiorem ce-
dunt: ut ei maxime adu-
lantur / et cingulo quidem
non utitur: tam ille qui non
implet quod oportet et mil-
itie sacramento: quam ille
qui impugnat militie sa-
cramentum: relinquit tamen
grauius qui impugnat: sicut
hostis uerius ignauo mi-
lite odibilior est: Unde
qui rem publicam: et
morum maiorum / militaribus
armis impugnat: ipso iure
exauctoratur: tamquam ille
qui signa in hostilem in-
ducit. Et preterea omnibus
diuino et humano iure: gra-
uius feriuntur sacrilegi: et
heretici: qui variis perturba-
tionibus impugnant castra
dei / quibus lex non suspensio-
nem decernit: sed penam
irrogat capitalem. Si
patrocinium illorum assumat
cicero et demostenes
si in defensione eorum lin-
guam acuat: et totius in-
genii sui vires et hauri-
et. quintilianus si ipsa

nigrauerunt / quod post demum in-
manum principis est: fortunas
eorum et capita / quam legitti-
mis suppliciis feriantur: te-
neri non potuerunt / Sed si
gladium quem aduersus tales
non exerit princeps: ipse
ipsum sine dubio prouocat
gladium: bis acutum quem
in ore suo gerit filius ho-
minis gladium utique qui vi-
uus et efficax est: qui cor-
pus findit et animam et mi-
ttit in gehennam: ad quem
obtusus est omnis gladius
armatura fragilis: fluida
et infirma: preter illam quam
sola constituit gratia: in bo-
norem fabrica murorum sunt
tam plurimi qui maiorum
clamorem operum quando
militie consecrandi: cingu-
lum altari obtulerunt: vi-
dentur protestari se eo tunc an-
imo accessisse: ut altaris
ministri eius: sed et deo
qui ibi colitur: bellum
denuntiarent / faci-
lius eodem hos militie
consecratos: quam ad legittima
maritalia consecratos

18

[P]rovide victoria et
disciplina milita-
ris. cuius quanta sit utilitas
non facile dixerim. Ut enim
dictum est, romanus ab eo
profecit adeo disciplina: ut
orbem sue subicerent dici-
oni. Alexander quoque ma- Alex.
cedo: exiguam manum
militarem perfecit: apte
ad doctam qua assuefa-
cta militie: orbem terra-
rum aggressus innumeras
hostium copias fudit. Xe- Xerxes
rxes absentis lacedemo-
niorum apud thermopolas re-
pulsa: cum tot manum infini-
ta. plurimis suorum amissis
vix evasisset, in eo se de-
ceptum dicebat: quod multos
quidem homines haberet:
viros autem discipline tena-
ces nullos. Hoc equidem
7 vere dixit. ut et fuga
illa testatur: qua apud
salaminam: turpiter
victus: qui tot gentes
in bella trahebat: ut
duces: non possent facile
numerari: vix una na-
ve evasit: refertur enim
quod duces: exercitus eius
non conspicerent multitu-
dine. aliud inirent: quas
singulis telis: receptis
a singulis: ut ex innumeris
telorum: [illegible] quoque
numeris tenetur. Est autem
dux. ipse quoque: inutilis
apud quem disciplina
non viget: et frustra spe-
rat victoriam: qui animos
et manus militum
assidue non exercet: Mi-
les subitus. subito dese-
rit ducem: et laborem
ferre non sustinet: quem
continuus: non exercuit
labor: Equidem animum
fiducia roboravit: quod ci-
ves erat: adversus milites
subitum: ducemque cre-
ditum: et qui se longa
pacis quiete: dediderat
ducem. Quod et in victoria
desperatum: ad spem vin-
dicte erigendus est animus
est cum [illegible]: una
salus victis: nullam spera-
re salutem: et ut se vic-
tores putent: si qui non
moriantur multi. sangui-
namque nimis loco est
[illegible] ultione: et dissi-
militudinem vite: vindicte
solacio comparandi: sa-

tile: assumunt pugnandi
necessitatem: cui fugiendi
imponitur difficultas.
Laudabiliores sunt: qui bel-
lum inferunt et ipsi ali-
orum hostinge. viriliter-
que mori cupiunt: feliciter
vincunt: audentes namque
fortuna iuvat: et ut quin-
que discrimen immineat
degeneres animos. timor
arguit. quo nichil
ignominiosius est. Hiis qui
nomen et officium mili-
cie: profitentur. Timidos na-
mque gravissime lex mili-
taris percellit. Duo que
in re militari diligen-
tissime precavendum est:
ne venus et vinum: per
ignavia pectora fran-
gant: Semper enim vincit
luxuria: sed eos dum ta-
xat: quos ante corrupit
Eoque studiosius fugien-
da est: et mulierculam
quas acerrime sentit: A-
ntiochus tante luxurie
et superfluitatis: instruxit
exercitum: ut etiam grega-
rii milites: auro caligas
ficerent. pulchritudinis materia
cuius amor ipse simu-
lant. Hic eos quoque: parthorum: Parthi
eum: acerrime superatus
est et luxuriosissima est
Nam equites indiscreti te-
porum ibitur: emollitque
eos clementia celi. Solent
enim non in acie commi-
nus preliari. sed quo ad poss-
unt. hostem eminus led-
unt expugnare. Pugnant
autem procurrentibus equis. aut
terga dantibus. sepe etiam
simulantibus fugam. Sig-
num hiis. ex antiquo more
non tuba. sed tympano datur.
Nec pugnare diu possunt
quia intollerabiles essent
si quantus est eorum impetus.
tanta esset perseverancia.
Natura taciti: ad faciendum
quam ad dicendum promtiores
Quibus parva: fides dicti
promissique nulla. Dominis
metu. non pudore. vel
religione parent. Principatus
vero quem corrumpit luxu-
ria. diu stare non potest
Aut si steterit: respiciente
iudicio dei evomet: quia
quis immoderacio luxurie

ad eos tractum

obsessas urbes mora et viribus nesciunt

hausit. et odium pinguedinem
sui reliquit: nec ante interem-
tionem desiuit: quod ex in-
dulgenciore licencia: incre-
tricem turpitudinem prola-
batur. ¶ Assiriorum dy-
cunt plagas. et hystori-
corum testimonio quantas
ignavia eorum impulsu
luxurie esse subversa:
de Sardanapallo
¶ Inter cetera refert Tro-
gus: quod postremus rex As-
siriorum: regnavit Sar-
danapallus: vir mulie-
re corruptior. Ad hunc
videndum: quod nemini a-
nte eum permissum fuerat
prefectus eius admitti ma-
gna ambicione: cum ob-
tinuisset: invenit. eum
inter scortorum greges
purpuram colo nentem
muliebri habitu, cum mo-
llicie corporis et oculorum
lascivia: omnes feminas
anteiret: pensa inter
virgines particientem: Qui-
bus visis: indignatus: tali
femine: tantum virorum exerci-
tum. ubi subiectum: tract-
antemque ferrum: et arma

patere
presentes parere. egressus ad
socios: quid viderit refert
negat se ei parere posse
qui se feminam mallet
esse: quam virum: fit igitur
coniuracio: qua ille audi-
ta: in aulam regiam se re-
cepit: ubi extructa incen-
diaque pyra. et se et divici-
as suas in incendium mittit
hoc solo imitatus virum
Et precedencia quidem
regnum robur a luxuria
emollitum est: de inde per
singulos: quasi per gradus
in nequicie molliciam con-
versum tandem: effeminatum
factum: et consummatum est
Imperium fere Romanum
exhaustum est. et dimersum
Nerone imperante. pri-
mum gula: fere omnia de-vorat: ma-
culavit libido: exhausit
avaricia: fregit ignavia
luxuria ad superbia extimaui-
uit: Hic illam vestem bis
induit: ut vel malignos
ceteris: singularem gloriam pol-
liceret: Sed dum Roma peri-
pit: totam urbem fecit inglori-
am: Deinde ... aliorum que-

cepit industria: Hanc iner=
cia fere amisit.

Ad cuius summam
generis: exempla
revolvo: Disciplina Roma-
norum · Preteris lucet: exem-
plis plurimis · profuisse legitur
disciplina · ut imperantibus
qua finitimis superatis: ad
Romanis amplius fuit: sub
imperio gentium dominatione:
Unam feri aut extiterint
exercitus eorum colligitur
quibus adversus romanos
pugnaturus: Unus ducum cym-
bricz · postulato plenco vos
inquit · qui estis: Responsum
est: Romani gentium domini
et ille: Ita fiet inquit
si nos viceritis: Grani
bandez conflictu pugna-
tum est: sed Romani vic=
cerunt: et hostium plures
et fortiores viribus: et
exercitatores usu: multis
tamen amissis suorum: eo quod
ris colluctatio prevaluit: adver=
sus ipsum disciplinabilis exer=
citus: Verum in tota re mi=
litari nichil utilius: nich-
il clarius duce erudito

Nam virtus et industria
ducis: efficaciam exercitus
sicut proverbialiter dici solet
: quasi altera: lance com=
pensat: Cesarem summi=
os duci potius quam exerci=
tui: vetustas ascripsit: Ut
enim Solinus · ait: quis unquam
senius: aut forcius · inter
milites: bellum inter duces
: immo inter omnes homines
Cesar dictator · eminuit: Si=
quidem ductibus: undecies: cen=
tum viginti et duo milia
hostium cepit: nimias ad=
notavit · Signis collatis
quinquagies · et bis dimi=
cavit: Marcum Marcellum
solus supergressus · qui no=
vies · et tricies: pari modo
fuerat preliatus: Id vero
nullus celerius scripsit · ne=
mo · velocius legit Quaterna=
nas etiam epistolas: perhibetur
simul dictasse: Benignita=
te adeo prestitit: ut quos
armis subegit: clementia
magis vicerit.

Ad quid maiorum
virtutem considero
et revolvo: defecit caritas
vera. et fere ad nichilum
redacta est: honoribus inhi-
ant: honore nescientes
gradus: vanitate nominum
delectantur: contempta re-
rum veritate et fructu. Ale-
atores: aucupes: quibus magis
incedere. stulti cives. et qui
virilia. numquam tractaverunt
sed neque nota: habuerunt
officia. tunc ad opera lapsi sunt
pilo fructificate. cuncta in-
dicata: tamquam in habi-
lis exornantur: militem
induunt: Compilatio. du-
tate quod affectant. se duct-
ores et doctores pollicen-
tur officii. quod numquam didi-
cerunt: Porro numquam inter-
im sic virtus dilatavit
cuius isti non sufficiant considera-
re fines. aut omnino vi-
res enarrare: Si mihi non
credis: vel operibus crede:
pudet dicere: quod dolor est:
et ignominia sustinere. Dum
armata nobis milicia ste-
terit: dum alienam expugnat

pudicitiam. suas prostituunt
dum nobilium. frequentant
domos: quinimmo explorant
ut opulentiores cottidie sp-
lendide. dum ampullas
proiciunt. et sesquipedalia
verba: sine rubore: tru-
cidantes: sarracenos. et pa-
rthos. et si quid aliud. ho-
stili tempore nomine. dum se
faciunt milites gloriosi. inco-
lumis indomitus insolescit
inermes et britones int-
invaserunt. Propterea. qui dicunt
palatini comites. et regum
sanguine glorantur. fere
ad deditionem compellunt. et
quasi tributarios faciunt
Non est qui cum eis velit
manum conserere. aut qui ve-
lit equo marte. quod va-
leant experiri et armati
inermes ad amplexia pro-
vocantur. Et inermes
ad plectria. quam de sua
virtute diffidit. Nemo nostrorum
precipitur. Utinam memo-
riter. tenuisset quod scrip-
sit paucis Romana narrat
historia. cuius vera legit
sunt. Clarissimorum indoles
animi. ferarum corpora. plerique

Hispana erant. Sed ex practi-
co deprehensum est quia utique
eorum sicut primo impetu ma-
ior est quam virorum: ita sequens
minor quam feminarum est. Alpi-
na enim corpora humente celo edu-
cata: habent aliquid simile ni-
vibus suis. cum mox incalue-
rint pugna: statim in sudorem
eunt. et levi motu quasi quo-
dam sole laxantur. Alibi quoque
alpinarum gentium feritas faci-
le vel per mulieres ostenditur que
deficientibus telis infantes
suos afflictos humi in ora mi-
litum adversa miserunt. Si essent
plane qui impugnarent inimi-
cos illinos nostros procul dubio
vincerentur. Sed ut ait anti-
quus non est qui faciat facienda
que fere per se facit ultronea for-
tuna repellit. Armata pru-
riam inermis in bellis que
barbaries aggreditur. depopu-
latur et vastat. et qui domini
sue esurit. milite nostro cedente
de nostro saciatur. et in nostro facit
luxurie diem festum. Numquam enim
non cedit miles. qui non repe-
llit hostem irruentem et immi-
nentem. Si vos nec amor patrie
nec rerum dampna nec salu-
tis imminentis ab hoste dispen-
dium vel pudoris stimulus utcum-
que militie vestre excitare
debuerat. cum iam inermis:
et insolens valensis insultat.
Et quod proverbiale dici solet: quam mi-
sera terra est cuius agaso vel mu-
lio depredatur. Quod si nulla
exhortatione virili non possunt
milites ad virilia incitari:
vel matres et uxores redeuntium
eos urgeant ad virtutem. Nam

aliud tale in persarum hystoriis in-
venitur. Cum enim irruentibus
medis acies persarum pulsata
in fugam ageretur et omnino
deficiens nec victore respice-
ret audet. matres et uxores eorum
passim obviam fugientibus cucur-
rerunt. et mulierum densata acie
orant ut in prelium redeant. Non vo-
lentibus sublata veste obsce-
na corporis ostendunt rogantes.
Num in uteros matrum vel uxo-
rum velint refugere. Hac repre-
hensi castigatione in prelium redeunt
et facta aggressione: quos fugie-
bant fuge compulerunt. Utinam
sic faciant uxores et matres no-
strorum marchionum. cum quacumque
occasione patriam servent incolu-
mem: et labem et labes pudoris
amoveant

erum quamvis nunc quemque 17
iam pridem perierit. et eo usque
maiorum nostrorum virtus ma-
naverit ad alios: ut plenitudo
divitis vene a fonte videatur in
rivulos defluxisse. Neque enim a ro-
manis et grecis tantum nobis
sunt exempla virtutis. una et
domesticis habundamus. Tradunt
hystorie brennum ducem senonum: Brennus
qui exercitum romanorum apud
flumen alliam confecit. ipsam-
que urbem romam irrupit. captis
et cesis patribus et subacta Ita-
lia invasit greciam. Vastans
omnia: cum milibus que tribulis: usque ad
delphici apollinis templum: quod
positum est in monte parnaso processit.
opimis que apollinis appetens
spolia: scurriliter locutus ait.
locupletes deos largiri hominibus.

Nunc in quantum traditur de maiori britannia que ab adventu saxonum
in insulam appellatur anglia:
ordinemus: apud trogum pompe-
ium in vicesimo reperitur: quia
senones galli commilitones bren-
ni: cum in ytaliam venissent: thu-
scos a suis sedibus expulerunt.
in ea condiderunt urbes egregias:
mediolanum cumam brixiam: ve-
ronam pergamum tridentum atque
vincenciam: Nam quod urbem senen-
sium: senibus suis et valitudina-
riis tamentariis quod construxerunt:
non modo fides hystorie sed cele-
bris tradicio est: ex eo quidam vali-
dior quod senenses et liniamentis me-
brorum et venustate faciei et co-
loris gratia moribus quoque ipsis: ad
gallos et britones a quibus origi-
nem contraxerunt: videntur acce-
dere: licet eos vetustas temporis orbis
plaga: situs regionis: convictus
finitimorum: quibus satque et mo-
ribus diu permixti sunt: ex ma-
gna parte mutaverit: Non deinde
colorem in galliam candorem
scilicet: hec omnia ad vicinorum similitu-
dinem exterminasse sufficiunt: Gre-
ci namque lac: gala dicunt: Unde
et galaxias: lacteus appellatur
et galli quasi colore lactei: et
galate: qui nunc dicti sunt: gal-
logreci in finibus grecie quos
gallorum milicia occupavit: Man-
sit autem exercitus ille brenno duce
triumphator: et semper invictus donec
insurgere ausus est in deos: Spre-
appollinis delficam madens templum:
Ubi cum incole dei opem suppli-
citer implorarent: invenem super-
humanum modum: in signiis pul-
critudinis in delubri culmine
conspexerunt: Auditus est et stri-
dor arcus: et strepitus armorum.
subito eciam fremotu per motis
abrupta: gallorum stravit exerciti
subsecuta deinde tempestas est: que
grandine et frigore saucios
absumpsit: Dux ipse brenni-
num dolorem vulnerum ferre non
posset: pugione vitam finivit:
Hec moneat quemque ut dictum est
in templo visum esse apolline ad
ducis invicti audaciam coherce-
delendum quoque exercitum. qui permittente
deo: exigentibus culpis hominum:
multas delevit naciones: ad hoc
sit aeriae potestates: plurimum ne-
quicie sue exercent in illos qui sa-
ne fidem expertes sunt et vere re-
ligionis ignari: Christus namque gratia
subtrahitur datur quoque malignis spi-
ritibus licencia nocendi: cum nisi
deo permittente: omnino nocere non pos-
sint nec si velint: et sicut evan-
gelico docetur testimonio: Quod
nisi concessa licencia: non aude-
ant aut queant ruere in gregem
porcorum ./.

18 Et quia brevem hystoria aliam
forte minus remota videbitur
ad demonstrandam virtutem gentis
cui non nostra sed doctrina extraneum
atque et forte dignius decet: attendo pre-
cimus: et ea que fere sunt omnibus
nota: compendioso sermone perorando:
Cum inviuna quanta virtute anglorum
datas danos ne fregit: motus quoque
conpescuerit noricorum: vel ex eo per-
spicuum est: quod ob egregie virtutis me-
ritum: quam ibidem potenter et patenter
exercuit: tanta mora: prime cohor-
tis honore et primos congressos ho-
stium: usque in hodiernum diem in
omnibus plus obtinet: Provincia
quoque severiana: que modernis

visu et nomine ab incolis wilte-
sim vocatur: eodem iure sibi ven-
dicat cohortem subsidiariam ad-
iecta sibi denomia et cornubia.
¶ Ad tempora nostra descendo. Rex
anglorum qui Ruffus cognominatus
est, armis quidem strenuus, sed
parum religiosus, et qui persecutor
sanctorum et precipue sancti anselmi
cantuariensis, speciali iudicio quo suffo-
catus est, in se visus est provocasse:
his in quibus cenomaniam urbem expugnat,
comitem cepit: nec tamen dignus
est eum carcerali custodia man-
cipare: tanto quod opere attestabitur
in perpetuum. Mons barbatus vel
si alio nomine censere malue-
ris: dicatur mons barbarus,
aut barbarorum. Transeo ad succe-
ssorem eius henricum, inclitum
regem, qui leo iusticie appel-
latus est, quem sicut publice
notum est, non modo urbes, sed
¶ turres gallie timuerunt: sed
quo regem francorum commisso
prelio fregerit et fugaverit, et
quam preclebre est, et victorie in-
signi utroque regno: qui publi-
co prelio interfuerunt, plurimi testes
extant. Ne replicare notissima
tediosum sit: sicut pretereo Norman-
norum ducem, virum bellicosum ar-
mis strenuum qui Ierosolima liberata
redierat sub umbra nominis quo
cepit alienum regnum: ingressus est
inimicos: referre super natanenim
credo: cum etiam in moreas eundem
captum viderit, in custodia pub-
lica: habita tamen estimatione di-
¶ gnitatis et sanguinis. Testatur hoc
normannorum proceres: alii capti,
alii incarcerati, alii exheredati
in hodiernum diem. Sed et sepulcrum
capti ducis apud nos est in pretorio.

ne longe petant exempla: nepos
illius: Carolus comes, si collate iam
genere virtutum, cum fine coherescit
nita: rex optimus apud britanni-
as, normannorum et aquitanorum
dux felicissimus et princeps, tam ampli-
tudine rerum, quam splendore vir-
tutum: quam strenuus, quam magnificus:
quam prudens et modestus, ab ipsa
ut ita dicam infancia fuerit: nec
ipse livor silere aut dissimulare potest:
¶ Cuius opera venerata et narrata sunt: et
a britannicorum finibus ad hyspanie
limites, virtutis sue protenderit et
continuaverit titulos, vobis ingenium
et rerum prudencia: velox ante
pilos venit, dicenda tacenda quod
callet: et potens est magnum virum per
fingere terram volens namque deus gentis
prevaricatis punire maliciam.
rupto fede quod iuramento parum
cum filia leonis iusticie firmatum fue-
rat: vanorum presumpsit sublimari
favorem et in regno alieno re-
gere hominem, contemptorem boni et
equi, cuius consilium infatuatum est
ab initio, cum tamen est ab iniquitate,
et proflia fundata est negligentem
disciplime: ut eo non tamen regente,
quam conniuente et colludente clerus
et populus: provocarentur omnes ad
¶ omnia. Mensura namque iniquitatis
erat, Animadversus ergo regnum ex-
hereditavit, exclusit dominum: per quod
quidem si fides esset in homine:
et decessorum nostrorum: et generosi-
tate iuramenti sibi fuerat moderan-
cendum: vicinas studuit corrum-
pere naciones: cum principibus ma-
rinorum contraxit, et amicicias,
ne quod deus avertat: puerulus qui
adhuc vagiebat in cunis: ad
peticionem hereditatis posset accedere
plurima quidem: ad usus innocen-

tiam machinabatur: sed in omnibus
his mentita est iniquitas sibi.
Eo quod innotuit quia deus verax
est. quod fidem quam deo suo domino contrac-
to non seruauit: eam neque re-
pperit in subiectis: Eadem namque
mensura: remensum est ei: qua
ipse alijs alijs prius mensus fuerat.
ac si omnes apud eum didicissent:
neque deo neque homini infideli unquam
fidem: Et cum multa male pauca
bene. illud quidem pessime egit:
quod in contemptum dei in episcopos eius
manus iniecit. non sine nota per-
fidie. et proditionis: quam nefarii operis
merito. contraxit apud omnes: ut
ad curiam eius: exinde nemo se-
cure accederet: Non tamen so-
los: et si primos: ad principem sui
cepit episcopos. sed omnibus quos sus-
pectos habuit: proditionis sue tetendit
dit insidias: At in captione episcoporum
initium malorum fuit. et ab ea die.
non defuit gladius lateri eius: et
facta sunt semper nouissima hominis
deteriora prioribus: Et cum multa. In
diebus eius. multiplicata sunt ma-
la in terra: ut siquis ea summatim
recenseat: hystoriam iosephi po-
ssunt excedere: Verumptamen: se ille
pueri ditque opposuit et fere ante
etatem: aut immunis militie. sit
malignantium impetum fregit:
ut theodosio minore. quem hysto
rie conferunt alexio. quamquam dictus
sit non esse. et utraque unique inueni-
atur inferior: Nec mora. in primis
adolescentie annis inpubes adhuc.
militiam aggressus est: vultu quoque
ferociori. et fortiori. manu diuini
auxilij. hostium corda concussit.
et fregit Statim quod insurrexerunt
in eum. reges francorum. et anglo
rum: collectis viribus suis. et totis
inmanior hostis. eustachius. ille

sororius regis francorum. qui pro-
agens causam non tam propriam quam
sibi. paternum patruum diadema
conseruare nitebatur: Et cum quod
non modo vilis neoptolemus
vir sustinuit: sed ex maxima parte
potentem superauit: Unde tactus
dolore cordis intrinsecus eustachius.
que predixi. quam in vita optimum se
rebus gessisse hinc arbitratur: que leta-
tibus bonis. et publice fortune
congratulantibus. quam hunc flagel-
lum aliud patrie iminebat: Iu-
venis ambulabat dorum collegia
pharmacopole. mendicantes
balatrones. hoc genus omne. Nec
tamen obitus eius. gloriam ducis
nostri. quicquam detraheret: Dedita
controuersie. in cuius subsidium. cum
patre venerat. in manu vali-
da. et non ampliori nimis. ar-
matque. militum instructus copia:
sustinuit presens et vidit: Dux
tum consilio venit premonitque inter
castrum. quod rex muniverat. et
regis copias: suum. sed longe mi-
norem exercitum iniecit Nec tamen
hec alienigene. ascribant viribus
suis: non precipue milite nitebatur.
Ad hec demum exigentibus aliquibus
productus est. qui regnum occupa-
uerat: ut cogeretur exheredare
re filium. et dura tandem. regni suc-
cessione. et totius regni proceres. et
militiam fidelitate prestita obligare.
Transeo ad obsidionem chinonis:
quia ibi anglos et normannos
quos iam multiplex confederatio
vinxit. precipuos et magis stre-
nuos in captione castri extitisse:
nullus ignorabat. Nam silca de
naueta. et toto minoris britan-
nie. cuius grandis prima sit.
comitatu: qui rebellis esset in

hodiernum diem. nisi robur
gentis anglorum esset formidini
et ipsum autem vitus. amore
se seu virtute allectus. inclitus
enim. illustris blesensium. et car-
notensium comes. castra que pu-
pillaris etatis tempore amissa fue-
rant: ducatum normannorum re-
stituit: longum est. si inclita ge-
sta. tanti principis enumerare co-
nendum: que sicut omnes admirari
necesse est: ita plene describere im-
possibile: Nec ego viribus meis ar-
rogo. in quo si iuxta precedentis
gratie cursum. sibi diu successerit
prosperitas: sudare poterunt orosius.
egisippus et trogus: Ceterum ado-
lescentie exitus: aliquibus suspe-
ctus est: et ut frustra a bonis ti-
meatur

um mororum commendatione
gentis: qua de natura con-
stat esse laudabilem: Beatus
Eugenius. cum ad quecumque ve-
llet applicari. dixit esse ydoneam.
et preferendam aliis: nisi levitas
impediret Sed sicut hannibal.
negabat posse vinci romanos.
nisi in patria sua: ita et hec. dum
peregrinatur invincibilis est: Nam
in sedibus suis: facilius expugnatur:
hoc autem forte commune sunt cum
ceteris gentibus: incole britannie
atque italie Si vero vite fuerint insti-
tuti. et doctrinam exercitatione firma-
verit: honorem merebunt. habe-
antur patrie defensores. utcumque
cibi. qui tamen vinos decet sua-
cultus lascivior: nec in muliebri
sexu vitio caret. aut cerota. Cre-
bro namque compertum est. in bellis mi-
litie. lascimente et splendidum
apparatum. non tantum iusticie conferre
victoriam: quam hostes invitare ad
predam: Unde et hannibal. cum

apud regem antiochum moraretur:
causa perfugii: facetissime cavillatus
est: rege ostentante exercitum insignibus
aureis et argenteis florente: in-
ducentemque currus. cum falcibus. et
cum turribus elephantos: et cumque
equitatum. frenis ephippiis. monili-
bus. ac faleris prefulgente: Cum
igitur rex. contemplatione tanti ac
tam ornati exercitus: gloriabundus
hannibalem aspexisset: putasne
inquit. satis esse romanis he-
c omnia: Tunc penus eludens ignavi-
am. imbelliamque militum eius
pretiose armatorum: plane inquit sa-
tis esse credo. et si romani avari-
ssimi sint: Tepide quidem breviter
et acerbe Nam rex de numero exercitus
: et de estimanda equiparatione quesierat
: et illud liquet audisse de preda:
Denique si naso. a militia artis sue
arcet. et iubet esse procul. iuvenes
ut femina comptos: quibus co-
dat eos. ad robustam militiam ad-
mittendos: Opifite circum singulos.
ad rerum suarum. preciis ornat. a quibus
se sciunt. preciis honorari. Unde li-
quet milites oportere. armis.
quam vestibus nitidiores esse: Eucas
quam vestibus gemmas. ad ensem mu-
a digitis gemmas. ad ensem mu-
to ad pocula. legitur transtulisse
Machabeos quoque constat clipeos
in aurasse: et ex fulgore eorum.
fortitudinem gentium dissipatam: Nec
tamen credibile est. veste communi.
fuisse contectos Nichil est quod minus
deceat militem. quam cultus molli-
or. et delicie vestium exquisite. nisi
forte eum crassone ad mucrone ta-
cidis expugnandam: veneri devo-
verit. militiam suam marte con-
tempto: Sordes quoque vitande sunt:
et mediocritati que incedit aureo
tramite iugiter insistendum: Hoc
autem volo me persuasum iri militibus:
si creant. Utitem vero decesse quam
tamen frequenter incidit: si vero di-
sciplina firmatur. Artem vero
rei militaris: lacedemonii tradis

Esse dicitur. Unde et Hanibal Itali-
am petiturus: Lacedemonium quesi-
uit doctorem armorum: Qui de-
siderat pacem: preparet ad bellum.
Qui victoriam cupit: diligenter
imbuat milites. Qui secundos optat
euentus: dimicet arte non casu.
Nemo prouocare nemo offendere au-
det. quem sentit superiorem fore si
pugnet: Athenienses unum preceptis
mandasse militibus perhibentur loquuntur
annales. Miles nostra cunctis ex-
ercicio et labori iugiter assuescat:
Nam hec solent in castris sanitatem.
et in conflictu prestare victoriam:
Idem etiam tradiderunt: qui in pe-
dibus robur consistit exercitus: et pa-
rum aptum esse milicie. qui nisi
equester sit. pugnare non nouit. Ve-
rumtamen nec exerceri. nec ad pu-
gnam vocatur utiliter. cui stipen-
dia non preduntur Si enim subtrahas
alimenta: tibi miles obsequium ne-
gabit aut fidem. Fames enim. ut
dici solet: pugnat intus. et sola
hec. que tutissima videntur expu-
gnat. Nesciat plebs ieiunia timere.
Si vero alimenta presserit: nunc ti-
more pene. nunc premiorum spe ad
officium incitetur. Sunt ubique capi
doctores. et militarium et militandi
exercitiorum magistri. et hiis ipsis era
proueniat. et videbis in breui gentem
in id virtutis esse reductam. quo inge-
bat quondam maximus imperator. Iulius
Cesar. trita quesitis audit terga Bri-
tannis: Sed et deliberaciones castren-
ses. secrete tamen frequencius agitentur.
ut in hiis exercitatus miles. oportuni-
tas. et usus exegerit. quod magis
expediat. sciat eligere. Si non res
fuerit seria. lateat milites. eo quod
militare preceptum est. quid fieri de-
beat. tractato cum multis: quid uero
facturus sis. cum paucissimis et fide-
lissimis: vel potius ipse tecum. Tacitum
enim manet absconditum. quod aduo-
ticiam multitudinis venit: Mili-
taria quoque precepta et exempla. scri-

morum maioribus sepe refunde-
sunt ut hiis adicientiam nostram
illis accedant. et annuentur
ad utilitatem nec tamen proprium munus
est rei militaris. Hic autem tradere
que quidem maxima est. et per ne-
cessaria: et sine qua. ut verbis
Plutharchi utar: mancus quilibet
intelligitur principatus. Qui siquis
edisce voluerit: adeat Catonem
censorium vel legat. et illa que Cor-
nelius Celsus. que Iulius Iginus
que Vegetius Renatus. omnium ex
quo elegantissime. et diligentissime
rei militaris arte tradidit. licet
exempla perstrinxerit. plura nu-
mero legat in qua. que isti poste-
ris scribenda duxerunt. Hoc tamen mo-
nitum utilitate lisatur. ut neque
preceptis exercicium desit Nam sicut a
ceteris in una quaque rem. dare
precepta. facilimum est. sed eam effi-
caciter exequi. laboriosissimum
Quod vero in preceptis eloquencie ad
Herennium scribens. de arte dicendi
asseruit. eam scilicet inefficacem: et
inutilem esse. sine usu et exercita-
cione dicendi. ad omnes artes arbi-
tror transferendum. que tales non
firmantur usu. nec exercicio ro-
borantur. Adeo quidem. ut si arte
usum quis dissocies: utilior sit usus
expers artis. quam ars: que sui usum
non habet. Nam et Dauid. in fun-
da et lapide. quorum peritiam. et
usum habeat allophilum strauit
et in baculo suo: aggredi ausus
est. virum tantum terribilem. et bella-
torem. ab adolescencia sua Re-
iecit quam loricam regiam. et arma.
quibus exercitatus non fuerat. ra-
tus omnia. esse impedimento mi-
licie: quorum usus: exercicio non for-
matur. Certum sicut ars sterilis
est. usus ignara. sic et usus im-
perfectus est. qui ex arte non prouenit:
Est ergo singulorum initium a na-
tura reluctante. et ut dici solet.
inuita minerua: nichil.

Usus sine arte imperfectus est et non e contra sine usu sterilis

recte recte aggredibitur. Progre
ssus ab usu a barte perfectio: si
tamen iugi exercitacione fuerit
consolidata: Obtinet hoc in libera
libus. virilibus. et mecanicis:
aut si que sunt. quarum non dum
audiebam mencionem: ut ars
infecunda sit. sine usu. et usus
temerarius sine arte. Milicia
ergo. sine arte inhers est: inoffi
ciosa sine usu. Eruo ita qui mi
les esse voluerit: perdiscat artem.
eamque usu et exercitacio firmet et
cum electus fuerit. et milicie sa
cramento asscriptus. reipublice.
et sibi utiliter vivat. et non sit
sicut plutharcus ait. manus man
ca. Hijs enim verbis. in institu
tione traiani. novissime usus
est: cum amanibus perlapsus est
ad pedes. Sequamur ergo eum et
sicut ipse ait. quasi soccos pedibus
faciamus: ut non offendantur ad
lapidem obicem vel aliud: quem
multiplex ingerit casus

20 Pedes quidem. qui humiliora ex
excercent officia appellantur.
quorum obsequio: totius reipub
lice membra: per terram gradiuntur.
In hijs quidem: aggricolarum ra
cio vertitur. qui terre semper ad
herent. sive in sacionalibus:
in consitiuis: sive in pastuis. sive
in floreis agitentur. Hijs etiam ag
gregantur. multe species. lanifici
artes que mechanice. que in ligno
ferro. ere. metallis que varijs con
sistunt. serviles quoque obsecun
daciones. et multiplices victus
adquirendi. vite que sustenta
nde. aut rem familiarem ampli
ficandi formeque nec ad presi
dendi pertinet auctoritatem. et
in universitate reipublice usque quaque
proficiunt. Hec autem tot sunt: ut
respublica: non octipedes can
cros. sed et centipedes. pedum nume
rositate transcendat. Et quidem pre mul
titudine numerari non possunt. cum ta
men infinita sint per naturam. sed quia
tam varie figure sunt: ut nullus
unquam officiorum scriptor in singulas
species eorum specialia precepta dederit.
Verumptamen quod generale est. omnibus et
singulis precavetur ut leges suas
limites: non excedant et ad pub
licam utilitate. omnia referantur:
Debent obsequium inferiora superio
ribus: que omnia eisdem vicissim
debent necessarium subsidium provi
dere. Unde plutharcus ea dicit.
in omnibus exsequenda. que humiliori
bus: id est multitudini prosunt Nam
paucitas semper pluribus cedit:
Ea ergo causa: instituti sunt ma
gistratus: ut a subditis. iniurie pro
pulsentur ipsa que respublica:
quasi illorum opificio calcietur. Est
enim quasi discalciata: quando iniuri
is exponitur. quo nichil potest ig
nominiosius esse. gerentibus
magistratum. Afflictus namque populus:
quasi principis podagra arguit et
convincit Tunc autem tocius reipub
lice: salus incolumis preclara que
erit: si superiora membra. se impen
dant inferioribus. et inferiora superiori
bus: pari iure respondeant ut sin
gula sint quasi aliorum ad invicem
membra et in eo sibi. quisquis ma
xime credat esse consultum: in quo
alijs utilius noverit esse prospectum:

21 Scripserunt de republica: et si di
verso modo. cicero et plato. Ca
alter qualis esse debeat disseruit:
alter qualis fuerit a maioribus instituta
Hanc tamen utraque. et instituere et insti
tuende perscripsit formulam. ut vita
civilis. naturam imitetur: quam optimam
vivendi ducem. sepissime nominavimus
Alioquin non modo in omnibus. sed
potius bestialis. et bruta rite esse

De Apibus

bitur. Que sit autem vere institucio
ipa racionis experiencia monstrare
¶ Sufficit Poetarum doctissimum ma-
ro. adque plutarchus. sunt describat
tractandum ut similem vitam ab apibus
ducitur. Admiranda tamen levium
spectacula rerum: Sole communes na-
tos consortia tecta. urbis habent. magnis
que agitant. sub legibus evum. Et
patriam sole. et certos novere penates.
Venture que hyemis memores: esta-
te laborem experiuntur. et in medium
quesita reponunt. Namque alie
victu invigilant. et federe pacto.
exercentur agris: pars intra septa do-
morum. narcissi lacrimas et lentum
de cortice gluten: Prima favis po-
nunt fundamina: deinde tenaces
suspendunt ceras. alie spem gentis:
adultos educant fetus alie pu-
rissima mella stipant. et aliqui-
¶ do distendunt nectare cellas Sunt
quibus ad portas. cecidit custodia
sorti. inque vicem speculantur aquas.
et nubila celi: aut onera acci-
piunt venientum: aut agmine fac-
to. ignavum fucos. pecus a presepi-
bus arcent. fervet opus. redolent
¶ que thimo: fragrancia mella Cum
veluti lentis ciclopes: fulmina
massis: cum properant: alii tauri-
nis follibus auras accipiunt. re-
ddunt que alii. tridencia tingunt
era lacu: gemit impositis incudi-
bus antrum. Illi inter sese magna
cum bracchia tollunt in numerum. versat
que tenaci forcipe ferrum Non aliter
si parva licet componere magnis:
cicropias innatus apes amor ur-
get habendi munere quamque suo. Gra-
ndevis opida cure et munire fa-
vos. et dedala fingere tecta. At
fesse multa referunt. se nocte
minores: crura thimo plene
pascuntur. et arbuta passim.
et glaucas salices. casiamque
crocumque rubentem. pinguem ti-

liamque et ferrugineos iacinctos
¶ Omnibus una quies operum la-
bor omnibus unus: Mane ruunt
portis: nusquam mora. rursus eas-
dem vesper ubi e pastu tandem
decedere campis admonuit. tum
tecta petunt. tum corpora curant.
fit sonitus. mussantque horas.
et limina circum. Post ubi iam
thalamis se composuere: siletur
in noctem. fessosque sopor suus
occupat artus: Nec vero a stabulis
pluvia impendente recedunt
longius. aut credunt sese adve-
nientibus euris: sed circum tute
sub menibus urbis aquantur.
Excursusque breves temptant. et se-
pe lapillos ut cimbe instabiles:
fluctu iactante saburram tollunt
his sese per inania nubila librant.
¶ Illud adeo placuisse apibus
mirabere morem: quod nec concu-
bitu indulgent. nec corpora se-
gnes in venerem solvunt. aut fetus
nexibus edunt. verum ipse foliis
natos et suavibus herbis ore
legunt. ipse regem parvosque qui-
rites sufficiunt. aulasque. et cerea
regna refingunt. sepe etiam duris
errando in cotibus: alas atque ul-
troque animam sub fasce dederunt:
Tantus amor florum et generandi
gloria mellis: Ergo ipsas. quamvis
angusti terminus evi excipiat:
neque enim plus septima ducitur
estas: at genus immortale manet
multosque per annos stat fortuna
domus: et avi numerantur avo-
rum. Preterea: regem non sic egyptus
et ingens lidia. nec populi par-
thorum. aut medus hydaspes ob-
servant. Rege incolumi mens
omnibus una est. amisso: rupere fidem.
constructaque mella diripuere.
Ipse eciam crates solvere favorum

Ille opus custos illud ad mirantur et omnes circumstant strepitu denso: stipant que frequentes. et sepe attollunt humeros. et corpora bello obiectant. pulcram que petunt per uulnera mortem: Reipublice omnes auctores priores rerum publicarum reuolue hystorias: vita similis tibi vetustis et elegantibus ingenijs occurret: esse que procul dubio beate ciuitates: si haut sibi viuendi pscribent sortem

Mota que venerabilia. si apium insistant vestigijs. via compendiosissima. et expeditam sic statuitur ad vitam: Vide apud Maronem fundamenta cartaginis. et earum collatione. beate vrbis auspicia. poteris admirari Omnemque laborem. communem agnosces. et neminem ociari ipsam que reginam. cuius ope ciuitatis structura consurgit. et si laboriosiorum manus suas. nequeque misceat. oculos tamen impedit operi. et totius metus exercet sollicitudinem: Nam sine prudentia et sollicitudine. non modo respublica. non procedit. sed nec minima consistat domus. Unde in commendacione vlixis homerus. ei comitem docet. semper prudenciam affuisse. quam ritu poetico mineruam nuncupauit. Imitator quoque illius magnus virum insignem. armis et pietate describens. et quem dignum censuit. ut pater fieret romanorum. ei in vite gerendis omnibus achatem sociauit. eo quod sollicitudo. prudentie que gerenda sunt rectissime promouet et raro sine ista sic negotia sepe procedunt:

ut ullis insidiarum dolis prediatur. et qui in insensibilibus via gerendorum publicata: ad simul interomnes puciat distantiam: Elegauit eandem cum ut rebus multorum ut pietatis opus sed sollicitudine et prudentia valeat con. fidelis utique contractus est cum sollicitudo prudencie socia? que et ingenium perspicax. vetudi ocio. et sollicitudo non perficit nisi diuitis uene fundamento innitatur. Alteris sit altera poscat opem res. et coniurat amice. sed cuiuslibet rei quibus recta initia. non procedunt.

27 Comminerua recedente procedat poeta mantuanus qui. sub ymmagine fabularum: totius phie exprimit veritatem: Attende ergo nouorum ciuium diligentiam: Qualis apes estate noua per florea rura. exercet sub sole labor. cum gentis adultos educunt fetus. aut cum liquencia mella stipant. et dulci distendunt nectare cellas. aut onera accipiunt venientum aut agmine facto. ignauum fucos pecus a presepibus arcent. feruet opus redolentque thymo fragrantia mella. Ita varijs viys tenentur occupacionibus ciues. et diuisi colunt officia singulorum, ut communitati conspiciant: Sed iusticia colitur: finis omnium mellea dulcedo perfudit. Nec rursus nulla reipublice est diuturna felicitas. nisi communitati perspiciat. capud in columne Quod si non moneris: vel didonis doceas exemplo. quanta cum lenitate eneas admitti. quantam [illegible] ignotis consul: fugitiuis cum [illegible] ignota [illegible] suspecta. [illegible] situate excepta sunt ab auribus principum

fabulose narrationes. Homines:
suarum enarrantes culpas: propriam
querentes gloriam. et id captantes. vnde
posset auditorum sublimare mentes:
¶ Procedunt ergo ad introitum hominis:
sermones blandi. illecebre laudum:
conciliant hospitii gratiam. communem
curiositatis instruunt. omnium captata
sedulitas: fabule scilicet quinimo ve-
nandi. multiplicis luxurie leui-
tas commixta: Quaestum parit hec
incendium desolacionis animarum. et
perpetue hostilitatis prorogat acies:
Hic finis semper et effeminati re-
giminis: quod licet virtutes habuerit sum
[…]: succedentibus prosperis mi-
nime potuit inuenire processum.
Sicut admissus est. qui quoniam
expectatus officio. ut hospes
non fuerat excludendus: opor-
tunius tunc fuerat eum ut aduenam.
¶ Non quam inditate (?) introire: quod
leuitas audiendi fecit. et loquendi

Seueritatem sunt loquendi sic audiendi vitandi
et ex finis voluptatis pena est.

Omnia inquit fac cum consilio:
et post factum non penitebis. Propterea
sicut principe. leuia proferre non
decet. sic nec facilem quidem esse
ad leuia audienda. Autem sa-
piencia. Principes qui libenter au-
dit verba mendacii omnes ministros
habet impios: cum fabulatoribus et con-
uiuiis. sed totis viribus innisat
venenum cum quo pena missilia. libenter
admittit. quem posterioribus temporis
concluditur vix euadit. Visus et
alloquium contractus: et oscula. factum
sicut se precedunt ordine: ita et ex-
uentute doloris inferrit partum.
Voluptatis siquidem finis: pena
est. Si michi non credis: vel demo-
stenis crede. qui satis bene hoc

voluptatis finis pena est.

S. li. i. c. x

laydi dicitur audisse: Erat autem lai(s)
cornicia ob eleganciam venu-
statemque forme. grandem
peccuniam deuehebat: ex omni
grecia celebres erant nec
admittebat: nisi qui dabat quod
¶ poscebant. Poscebat autem illa
nimium quantum hinc natum est na-
tum est frequens illud prouerbium a-
pud grecos. frustra quis chorin-
tum tendit ad laydem: nisi
queat. aut velit dare quod poscit.
Ad hanc ille demostenes clan-
culo adit. et ut copiam sui
faceret: petit. At lays hic quantum
poposcit quod nostras nummi
denariorum faciet decies mille:
equaliter medietatem talenti
maiorum: quod nostras denarios x
milia claudit: tali petulan-
cie atque petitionis magnitudine
victus. expauidus quod demostenes
auertitur et discedens: ego inquit
penitere tanti non emo. Verum
ne proximiora. nosti quis dixe-
rit. quia hec sit voluptas om-
nis: stimulis agit furentes: apium
quod par volancium. vbi grata mella
fudit: fugit et nimis tenaci. ferit
icta corda morsu: Inuicia namque
cupidis: dulcia sunt super mel
et fauum: At nouissima eius
quouis absinthio amariora
sunt. Quis cum eis finis confabula-
torum conuiuiorum. et explete libi-
dinis: nisi pena mansa et que
eum omnes eius desolatos incen-
dia fregit.

Vade inquit salomon ad for-
micam. o piger. ut prudenti-
am habeas. At plutarchus rerum po-
liticam mittit ad apes. ut ab
illis suum discat officium. cui si hu-
ius adquievissent: nequaquam
luxurie indulsissent. et degentes
perpetua incolumitate gauderent.
Sed quia vitium in mulierem animum
radicavit: effeminati cives sub
imperiis colla statuti. Porro et
si in officio constitutus. rectior sit
principatu: colendus tamen est: et
sicut apes in humeris regem suum at-
tollunt: ita subiecti. quos pedes.
et membra esse perdocuimus: dummo-
do vitiis perniciosus non sit: omnimodo
ei exhibeant famulatum. Nam et
si laboret vitiis: ferendus est.
tamquam in quo salutis auspicia
provincialibus constant. Regem in-
columi: mens omnibus una. amisso:
rupere fidem. Illiria et thraces
cotidiano exercitio indurati.
gloria bellice laudis finitimos
terebant macedones: Hii prelio
pulsi rege. suo regis defuncti
filio in cunis prolato. et pone
aciem posito acrius certamen repe-
tiere: tamquam ideo victi fuis-
sent: quia bellantibus defuerant
auspicia regis sui. victores fu-
turi: vel propterea quia ex superstitione.
vel fide animum vincendi ceperant.
Nam et miseratio infantis. eos
tenebat quem si victi essent: ca-
ptivum de rege facere videbantur.
Conserto itaque prelio. magna
cede. illirios fuderunt. ostendentes
hostibus suis priori bello. regem
non virtutem macedonibus defuisse.
Cauti ergo esse debent in puerilita-
te. et dignitate. si tali licitum utique
prehendendus: Licet tamen divinus tale
videatur tractare prelatum. tam
auctoritas dignitatis. et utilitas

27 officii. debet principalem animos
mitigare. Memini me causa visitan-
di. dominum adrianum. pontificem quartum.
qui me multiorem familiaritate
admiserat: profectum in apulia:
mansisse cum eo beneventi: ferme
tres menses. Cum itaque ut fieri
solet. inter amicos. sepe sub plu-
ribus conferremus: et ipse. quid de se.
et ecclesia romana. sentirent homines.
a me familiarius. et diligentius
quereret: ego apud eum usus spiritus
libertate. mala que in diversis provinciis
audieram: patenter exposui. Dicebatur
enim dicebatur a multis. romana ec-
clesia. que mater omnium ecclesiarum est:
se non tam matrem exhibet aliis. quam
novercam. Sedent in ea scribe. et
pharisei: ponentes onera impor-
tabilia in humeris hominum. que
digito non contingunt. Dominantur in
clero. nec forma fiunt gregi: quam
recto calle pergit ad vitam preciosam
supellectilem congerit. auro et ar-
gento onerat mensas. sibi etiam ab
avaricia nimis parcit. Nam pauper.
aut nullus aut rarus. admittitur.
quem introduxit non tam Christus. quam
vana gloria introducit. Concutiunt
ecclesias. lites excitant: collidunt
clerum. et populum. laboribus et mi-
seriis afflictorum. nequaquam compatiuntur.
ecclesiarum. letantur spoliis. et questum
omnem reputant pietatem. Iusti-
ciam non tam veritati. quam precio re-
dunt. Omnia namque cum precio hodie
Sed nec cras aliquid sine precio
obtinebis. Nocent sepius. et in
eo demones imitantur. quod tunc
prodesse putant. cum nocere desistunt.
exceptis paucis. qui nomen et
officium pastoris implent. Sed et
ipse romanus pontifex. omnibus gra-
vis et fere intollerabilis est. Preterea
omnes arguunt. quod ruentibus et
collabentibus ecclesiis. quas pa-
trum construxit devotio. altaribus

quoque multis palacia extruunt. et ipse non modo purpuratus. sed ¶ deauratus incedit. Palacia splendent sacerdotum. et in manibus eorum Christi sordidatur ecclesia. provinciarum diripiunt spolia. acsi thesauros Cresi: studeant reparare: Sed recte cum eis agit altissimus. quoniam et ipsi aliis et sepe vilissimis hominibus. dati sunt in direptionem. Et ut opinor. dum sic in invio oberrant: nunquam deerit eis flagellum domini. Os siquidem domini locutum est: quia quo iudicio iudicaverint iudicabuntur. et qua mensura ¶ mensi fuerint remetietur eis antiquus dierum mentiri non novit. Hec igitur pater allocutus populus: quandoquidem vis. ut illorum tibi sententias proferam. Et inquit tu quid sentis. Angustie inquam sunt undique. Vereor enim ne mendacii. vel adulationis contraham notam. si solus populo contradixero: Sin autem: reatum vereor maiestatis: ne tanquam qui os meum in celum posuerim: crucem videar meruisse. ¶ Veruntamen quia Guido dives sancte Potenciane presbiter cardinalis populo testimonium perhibet: cui usquequaque contradicere non presumo: asserentem in romana ecclesia quandam duplicitatis esse radicem: et fomentum avaricie: que caput. et radix est malorum ¶ Nec hoc quidem in angulo. sed considentibus fratribus. sancto Eugenio presidente quando adversus innocentiam meam Remis furoris gratuiti exarserat. hic publice protestatus est. Unum tamen audacter. conscientia teste profiteor. quia nusquam honestiores clericos vidi. quam in ecclesia romana: aut qui magis avariciam detestentur. Quis Bernardi Redonensis. sanctorum Cosme et Damiani. diaconi cardinalis continenciam. contemptum pecunie

non miretur: Nondum natus est a quo munus acceperit. Et tamen a communione fratrum. successore iure proveniebat: vix tandem accipere persuasus est: Quis non stupeat in episcopi Prenestini: qui scrupulo conscientie metuens: et a participatione bonorum communium: abstinebat: Plurimum tanta modestia. tantaque gravitas est: ut facile non inveniant superiores/ que agnita salute vi... ¶ Quod dicis omnibus contradicit:/ quod ergo instas. urges. pater. ad hoc dictum sit: quia spiritui sancto mentiri non licet. fateor quia quod precipitis faciendum est: et si non sint omnes operibus imitandi: Nam qui a doctrina vestra dissentit: aut hereticus: aut scismaticus est: Sed deo propicio sunt qui non omnium vestrum opera imitentur: Paucorum ergo labes sinceris maculam: et universali ecclesie ingerit infamiam: et mea opinione ideo frequentius moriuntur ne tota corrumpatur ecclesia. Sed et boni rapiuntur interdum ne malicia immutetur. et quia Roma corrupta apud deum: Christus reperitur indigna: Tu ergo quare id hoc officii quod et inserere titulo vane glorie. et pretium contempto vos: Sed timeo ne diu pergis quid queris ab imprudente amico ¶ Audias que non vis. Quod est pater. quod aliorum discutis vitam. et teipsum minime perscrutaris. Omnes applaudunt tibi. pater omnium vocaris. et dominus. et capiti tuo infundunt de oleo peccatoris. Si ergo pater es. quare a filiis munera. et retributiones expectas. Si dominus quare romanis tuis timorem non incutis. et temeritate repressa. eos ad fidem revocas: At urbem vis ecclesie tuis muneribus conservare inquid. Numquid sit Silvester muneribus adquisivit. Primum pater eis: et

non in via. eisdem est tessera da
muneribus: quibus est adquisita:
quod gratis accepisti: gratis dato. Iu
sticia regina virtutum est et erube
scit quibuslibet precio prostitui. Si gratiosa
futura est: sit gratuita. nequaquam prosti
tuatur ad precium quae corrumpi non potest.
Integra est. et semper incorrupta.
Dum presumis: et tu gratis opprimeris?
Risit pontifex: et tante congratu
latus est libertati. precipiens ut quociens
sinistrum aliquid. de ipso mentibus au
ribus insonaret hoc ei sine mora
nunciarem. Et tunc plurima cum ipse
me contra se retulisset apologum
quendam michi opposuit. sed et eo acci
dit ut adversus stomachum membra
omnia. totius corporis conspirarent
tamquam adversus eum qui vorac
itate sua labores omnium exhauriret
Oculus a visu auris ab audi
tu laboribus institit manus pedes
ab itinere cessant: ipsa quoque lin
gwa. utiliter sermonem et silencium
moderatur. Omnia denique membra pub
lice vigilant commodis. et in tanta
sollicitudine cum et labore solus
quiescit venter. et cum omnia parta fue
rint que labor multiplex acquisivit
solus omnia: devorat et consumit.
Quid multa? condixerunt ut a labo
ribus abstinerent et gravi inedia
conficerent illum. nequam et publi
cum hostem. Exacta est sic una dies
secuta est altera tediosior. tercia. adeo
perniciosa fuit: ut fere omnibus defectum in
duceret. Urgente itaque necessitate fra
tres iterum in unum convenerunt. acturi
de salute sua et hostis publici statu
Cum vero omnes assisterent: oculi lang
werunt pes molem corporis non ere
xit: Torpebant brachia, sed et
ipsa lingwa inertis. et deficiente
palato saciata: causam communem expo
nere non presumpsit: ad cordis ergo
consilium omnia redierunt. ibique habita

deliberatione racio patefecit: quod illa
mala ingerebat qui ante denunci
atus fuerat publicus hostis. Ex quo enim
ei tributa subtracta sunt et ipse pu
blicus dispensator omnibus alimenta
subduxit: Et quia nemo potest sine
stipendiis militare. ad stipendia
non procedentibus: debilitatur et frangi
tur miles: Sed nec dispensatorem pote
rat culpa refundi. qui quod non acce
perat: minime potuerit aliis erogare.
Longeque esse tutius esse. ut ei quod distri
buat ministretur. quam illo evacuato.
omnia membra esuriant. Factum est
ita. et suadente racione repletus est
venter resuscitata membra. et pax
reformata. Absolutus itaque
est stomachus. quem licet vorax sit
et avidus alieni. non sibi tamen
petit. sed aliis. que eo exinanito
nequeunt sustentari. Tale est inquit
frater. si recte attendas. in corpore rei
publice. ubi licet plurimum appetat
magistratus non tam sibi. quam aliis coacer
vat. Si enim exinanitus fuerit: nichil
est. quod membris valeat impertiri: Nam
et quod membris stomachus in corpore. et principibus in re
publica. idem officium est in potestate id est
quidam senserunt: Rem stomachum regem
totius corporis esse contendunt. vera
in racione videntur. Hunc cum invali
dus. firmat tremor. omnia membra.
Nam cum cupido frangit tutela de
lore quiescit nisi cura muniet: inanis
cerebrum feritur. et integros illic
ante fregit. Noli ergo nostrum nunc neque
scelerum principium: dum tacitis nectimur
sed omnium utilitatem attende. etc.

7 Ipsi non satis sciuimus. et per
suasus sum deuotos homines
sub pene potestati nec modo sacro
sanctis sed etiam diuino sbtracte: et
illius ordine sequitur. Aliorumque si di
uinis reluctetur mandatis et nec thero
matrie sue. uelit esse participem:
libera voce rudo. dum tunc hoc
psendum. Sic ergo tolerant infe
riora superioribus. sic omnia membra
se subiciant capiti. ut religio sue
incolumis. Rem politicam legi sot
tes instituisse. et in eam dedisse
precepta: que asiccitate sapiencia qua
si quodam fonte natiue induxe dicun-
tur. hoc aut in summa colligitur. ut que
in re publica humiliora sunt: maio
rum officiis diligentius astructur-
institucionem traiam: cuius mentio
supius facta est: diligentius relege-
et hic latius conscripta inuenies. Nos
aut quod sit de vitate capitis. et membrorum
ad punus dixisse sufficiat. hoc ad
iecto quod primissimo. quod leso capite
ut per dixi modus ad omnia membra refert.
et cuiusque membri velud iniuste iro
gatum: ad capitis spectat iniuriam.
Ceterum qui adlesis capiti. aut pruin
cipatum membrorum. dolo malo. ma
licia posuit: crimen committit et p
prium sacrilegio. quia sicut id demum
acceptat. ita et istud principe. que
constat esse in terris quadam diuina
gnie deitatis. Et crimen quod maie
statis dicitur crimen: quod perpetuum
illius pmagnie. qui plus sicut
ille illustris comes loge cestrie.
robtus modeste propulatum gerebat.
apud britanias dicte consueuit:
acre et ingenue maiestas retinet
veritatem: puta ad quem. ad aliqua
principis securitate. aut populi: quod
molitur. siue per se siue per aliud. hu
ius aut execucione. omnibus equi
condicio est. et plerumque fit ut u
mortis beneficio. in hiis ac quibus
nemo quicquid in uita liceat. Sed
conuicte mortuus: illorum dampna
memoria: et bona successoribus
auferet. Nam ex quo scelerati
quis consilium cepit: ex mente qu
dam modo: sua mente punitus est: ex
quo quis tale crimen cepit: nec
alienare neque manumittere posse
constat. nec ei soluere inde debito
ffamiliis quam qui alias non accusa
re non queat: sine ulla dubitatione
hic admittitur. Sed et milites
qui alias causas defendere non pu
Nam qui patrie pertubat. mag
magisque deberi hanc accusatorum ad
mittendus sunt. Servi quoque dominos suos hic
deferunt: et liberti patronos: hoc tamen
crimen cum duabus. Non in accusacionibus.
Ob principalem maiestatem ueneratione
habendus sed in vitate. Nam et
spectanda persona. an potuerit fa
cere an fecit. et an antea hoc presumpsit
sane mentis fuit. nec lubricus lingue
ad penam fatale trahendus est. Sed cum
qui cum temerarii pena sunt dig
tamen et ille parcendus est. si non tale sit
delictum. quod uel ex scriptura legum
descendat. vel quod ad exemplum legis
uindicandum est. Audiuit multos in le
maiestatis questione: Nam contra
tam sergii catheline: uilia uile
decepit. et marcu tullium con
sulem e iudicaui eius instituit: Tor
mentis quidem subdendi sunt si hoc
racio exigit: aut utilitatis indu
cat: quia crimen eius rei esse credunt
ad illius quorum ex plio: atque insti
tui ad accusacionem nisi sui acce
pisse. Vt ab omnibus commissi constituet
uindicta possit iusta tuta repor
tari. Sunt aut plurima que ma
iestate informant crimen. Vt si de

morte principis tractet, a ingratitudine h
aut arma quis contra patriam tulerit
aut relicto principe de publico be-
llo profugerit, aut concitatum in sedi-
tionem adversus rempublicam sollici-
taverit populum; aut nec opera dolo ma-
lo hostes populi romani publice com-
meatu armis telis pecunia quaque
alia re adiuvantur, vel ex amicis
hostes reipublice fiunt, cuiusve do-
lo malo opera pecunia factum erit
quo magis obsides pecunia dentur
adversus rempublicam, quo minus
gentes externe regionis reipub-
lice optemperant fecerit. Item qui
confessum in iudicio reum ... in vin-
cula coniectum emiserit et in hunc
modum plurima: que longum aut
impossibile est narrare. Sed quia fidem
fidelitatis in eo potius servari oportet:
pauca sunt, ex quibus quod non liceat
commodissime colligi potest. Necessa-
rium magis contrarium impossibile est:
et ei quod oportet fieri sola illicita con-
tradicunt. Exigit autem fidelitatis fo-
rma: que necessario fidei sunt
inserta: incolume, tutum, honestum,
utile, facile, possibile. ne cui fidelita-
te tenentur astricti in columnitate
ledantur corporis: aut munitiones
quibus tutus est detrahantur aut
personas committere unde honor aut
illius utilitas minuatur: sed nec id
quod facile est difficile fieri liceat
aut quod possibile est impossibile. Preterea qui
custodiam alicuius fidelis est possidet
gerendis eius auxilium et consilium
debet. Unde quantum omnino domino debentur
hiis quibus sola fidelitate tenentur
astricti. Sed et pena huius commissa
tanta est: ut non facile crediderim ut
a divis insulanorum qui frequenti
tirannidem induunt severius quip-
piam excogitari posse: Et nec a
tirannorum sententia pene severitas:

processisse credatur: principis modestissimi verba
ex parte posuimus. Aut ergo. Quis-
quis cum militibus: vel cum privatis
vel barbaris scelestam inierit fa-
ctionem aut factionis ipsius susceperit
sacramentum: vel dederit: de nece etiam
virorum illustrium, qui consiliis et consi-
storio nostro intersunt senatorum etiam
nam et ipsi pars corporis nostri sunt vel cuius-
libet postremo qui nobis militat cogita-
verit: eadem enim severitate voluntatem
sceleris qua effectum puniri iura vo-
luerunt: ipse quidem ut pote maie-
statis reus gladio feriatur omnibus
bonis eius fisco nostro addictis. Filii
vero eius quibus vitam imperatoria specia-
liter lenitate concedimus paterno enim deberent
perire supplicio in quibus paterni hoc
est hereditarii criminis: exempla metuun-
tur: a materna et avita omnium etiam pro-
ximorum hereditate: ac successione
habeantur alieni testamentis extraneorum
nichil capiant sint perpetuo egentes
et pauperes infamia eos semper paterna
comitetur. Ad nullos umquam honores:
ad nulla prorsus sacramenta perveniant
sint postremo tales, ut hiis perpetua
egestate sordentibus sit et mors sola-
tium et vita supplicium. Denique iubemus
etiam eos notabiles esse sine venia, qui
pro talibus umquam apud nos intervenire
temptaverint: ad filias sane eorum quot-
libet numero fuerint falcidiam tantum
ex bonis matris: sive testata sive in-
testata defecerit, volumus pervenire
ut habeant potius mediocrem
filie alimoniam: quam integrum e-
molumentum et nomen heredis. Mi-
tior enim circa eas debet esse sententia quas
pro infirmitate sexus minus ausuras
esse confidimus. Uxores sane pre-
dictorum recuperata dote si in ea
condicione fuerint ut que a viris
titulo donationis acceperunt filiis
debeant reservare: tempore quo usus
fructus assumitur: omnia ea fisco

nio · se relictuas ee cognoscat · que
iuxta legem filijs debebant̃ zfala
dia etiam ex hijs rebus · filiabus tm̃ : nō
est filijs depute : Id q pdictis : eorū
q filijs tantum est de satellitibus eo
stijs · ac inistis · filijs q eorū simili
seueritate censemus : sane si quis ex hijs
in exordio inite factionis · studio vere
laudis accensus ipse pdiderit factum :
et pmio a nobis et honore donabit̃ :
hijs vero qui vsus fuerit factione : si ea
incognita adhuc consiliorum archana
patefecerit : absolucone tm̃ et venia
dignus habebitur ·

25 et quidem pauca · de multis excepta
de sinceā vena iuris / pnti opu=
sculo / curaui inserere : quo et insigna=
ri · a maiestatis crimine scrpos longius
amouerat · hijs inspectis : et ne q̄s
quam me cpm calumpniet̃ maligo ·
adusus auctoritate pncipis · quippi
am psumpsisse : dici solet quia sy
lesione unguium nō facile remoue
rabur a subd sed multo equus et ri
trig leditur · quisquis absque me
brorum inigit accapite / vigeat sp
excellencia capitis : quia in eo totius
corporis consistit salus : Varro in sati
ra / que manipea inscribitur et
de officio mariorum instituta e : ait
vicium coniugis : aut tollendum e : aut
ferendum : Qui tollit vicium comodio=
rem coniugem pstat · Qui fert : seipsum
efficit meliorem · Sic pncipis · et sub
iectorum vicia / aut ferenda sunt : aut
tollenda : horum quippe consedero :
affinitas coniugij aut equat : aut pce=
dit : sed et ipa varronis vba ferre
et tollerare : lepide quidem apposita
sunt · apparet autem quia tollendi
nomine : correctionis e nota · constat
equidem cuius ee simus : ut seruatur
quod tolli nō pt : hortis fidelis
addicit interptaco : ut vicium intel
ligatur quod honeste serui pt · et
religione incolumi vicia cum flagi
cijs temora sunt : et sunt nonulla
que nō serui licet · aut q fideliter
ferri nō puts ex ea fornicacione
licenter dimitit quis a coniuge : et
plerumque prouerbiis e hpitudinis : q
tenens celat vxorem : Inde e forte q
adulteram retinet : stultus et impius
e : hec autem in menbris corpali
et spuali quo adaliquid · consp
tinet : et si detior spualis et studi
osius declinada Similit et in me
brorum compagine : ferendi aut tollendi
varronis e regla admittenda ·
Nam qm menbra mariti optat ue
nemo ambigit · siue in fomento ol
siue in austitate vini · q samaritanus
infundit uulnerato pcedat cura :
Quod aut tollenda sunt ex eo
liquet · q scriptum est : Si oculus tuus
vel pes · scandalizat te : erue eum
: et pice abs te : hoc in menbris di
bus · pncipi arbitror obsuandum :
ut nō mō eruant̃ eiciant̃ abscin
dant̃ : et procul eiciant̃ / si fedum :
aut publice saluti / denturi in scan
dalum : sed ita coterant̃ : ut in exte
rminio omnis / vniuersorum incolumi
tas pcuretur / cum iniqs pcet : qui
est in oclos suos seuire ppitur
utique nec aures / nec lingua aut
si quid aliud in corpe reipublice
degit · securum e : si insurgat in
eam abgras cui ipi oculi offodiunt
dum aut deus offenditur · ab usu
tenuium aut cotidia consuetud̃ : toci
dic pclitatur salus : q ita decorum est
ab officio pncipis ut quocies ista
puenint in republica aut omnio
nō sentire credatur pnceps · aut
dormire : aut in dulsario ee : sol
eminet vniuersis · ut cuncta videat
et diiudicet vniuersa : Colere al
tum pncipem esse credo : Recte vti

faciat eum ignavum fucos. pecus a pre-
sepibus arcet. qui alvearia spoli-
ant. et quicquid dulce est ebibunt aut
asportant. Recte faciat cum ecclesie promo-
uet culmine cum religionis dilatat
cultum. cum superbos humiliat. et exal-
tat humiles. munificus egenis. circa
prodigos frugalior. cum virtutes premio
et vicia equa penarum lance remu-
nerat. cum iusticiam usquequaque cumulat
ante eum. et ponit in via prudencie
aliarum que virtutum. gressus suos. eq-
dem si petit celum: ut non ferat ossa
olimpus summa que pelia: sidera tan-
gat apex. Inquit sapiencia Ne glori-
eris coram rege et in loco magnorum
ne steteris. Eo quod spectat sapientis
edictum, ut quisquis non humiliat in facie
principis invita confusione abductus
gloria quam usurpavit dignus est spoliari
honorum siquidem distributor est. et dum recte
ministrat principatum: penes eum est ipse
tua dispensacio munerum: Recte quidem
ministrat: cum eo presidente letantur
populi et in regno equitatis totius
terre latitudo exultat. Perpetuatur
quia ut scriptum est Rex qui iudicat in
veritate pauperes: thronus eius in eternum
fundabitur. Cuius ergo ei honorem
detrahat: que audet a deo perpetuo
nunc honoratum: plane insensibi-
lem principis statuam. quicquid presu-
me: quibus tunc extitit maiestatis
et morte acerbissima putant veteribus pla-
cuit puniendum. Cuius ergo in yma-
gine dei que est princeps. malicia presume-
te impune offenditur: Proinde con-
siliosissimum est illud sapientis. In co-
gitacione tua regi non detrahas. et in
secreto cubiculi tui ne maledixeris di-
viti. quia aves celi portabunt vocem
tuam: et qui habet pennas annunciabit
sentenciam. Numquam ergo quicquid
licebit in opere aut verbo. cum et ipsa
cogitacio cubiculi secretum et sentencia
cordis arceatur: ne quid molliatur aut
concipiat adversus principem.

Ceterum si gnatoni creditur quis-
quis non arridet divitibus eorum
cum malefecerit: aut non applaudit
impressionis eorum videtur aut invidere
fortune aut officio non deferre. Nam
apud gnatonicos virtutis eloquium: tunc
est maiestatis suspectaty venia: com-
procumbens in auditu capitis misero-
rum ego: sed spiritus sapiencie spiritus veritatis
spiritus sanctus: Qui obturat aurem suam
ad clamorem pauperis, et ipse clamabit
et non exaudietur. non equidem exaudi-
etur a capite suo: quoniam caput eius Christus
est et in Christo deus et deus Christus. Qui li-
berat pauperem a potente et confringet
omnium iniusticia regna tirannorum lapis
precisus de monte sine manibus: eripiens
inopem de manu fortiorum eius egenum
et pauperem a diripientibus eum. Si quis
quisquam quicumque est ille insurgit in
eos quorum pronus in vivo patre est Christus:
procul dubio in scripturis incurrat lapidem
quo ut lucente comminuta est statua
quam vidit nabuchodonosor: que regno-
rum varium splendorem et robur ferreum
signabat. Nec prosit in tormentis pau-
perum multiplicare vota: et qui deus
muneribus corrumpi queat cum simulatis
precibus quam veris ab impenitentibus de-
linquentibus attemptare: cum sapiencia pro-
testetur quia iniqua est homini devorare
sanctos et post vota tractare et illud hostie
impiorum abhominabiles deo quia offe-
runtur ex scelere et qui offert sacrificium
de rapina pauperis quasi filium ymmolat patri.
Nec vero imputetur si de manu eorum quo-
rum sanguis exquiritur aut opus suo-
rum reportant omnia in eadem mensura
quam ipsi intulerunt quia non eo: sed
altissimus dicit. et facit hoc omnium: ego quidem
non tantum bonus et modestus sed
et discolus: arbitror simulandum in
omni humilitate et reverencia fideliter

et in cultu ptatis / deum venerandum
a quo e instituta. Vnde et hebrei
precipiuntur orare p babiloniis. quia
in pace pricipum quies e populorum
: et xpus ipse. tazari tributa a fideli
bus. censuit ee soluenda. Quam tn
putat gnato: et eo iudice. veri p
fesso maiestatis cuius coequatur.
digniq plane cui alumpnus appoli
nis. id est sapie cultor pelleum detra
hat. exemplo marsie. qui dum conte
dit febum supare canendo. victus in
diuincto uitae spoliatur. eum nam adula
torum factio inita et infelicem satirum
implet. dum nimium sua fortunatos
loquor variis laudibus venit inst
mentis cunistis. non tam supare molit
quam excecare: sempque quidem inuene
sat inuidum. qui nunc gintate seu
suum matuatur. leuius lascima. loquax
et que adornet aurem. quamuis arri
dine ticius agitatur. Autoritate
Socraticorum. Non quis de suo
se comendat et quam sit alienum querendum

t licet hiis tibi tuices vanitatis.
aliorum supplantatorum: semper
insistunt in commendacione illius.
quod ingenue suum cuique e aut rarius
anticipant aut nimis: tunc enim quisque
maxime. et de suo commendator. tum
ad sapiencie laudes: lingwa pdi
cantis attendit. Ceterum nam omnia: ac
na sunt. suum e cuique quod sapit.
: suum in quam inopia a se: sed ab eo
cuius nimis est. quidquid laudis
inetur in homine. et hec quidem non meos
e sermo. sed quem omnium sapientum actis
concelebrat. et que in libro qui in
scribitur de deo socratis. facile e inueni
re. Cuius verba ppter elegantiam sensu
um. et oracionis lepidam venustatem.
curam inserere: ut hiis que scribun
pupponis ad hibeatur fides tamquam de
purissimo fonte maiorum. eadem
pfluxisse constiterit: Ait itaque apu
leius: Nichil ergo mirer: quem cum omnes.
et cupiant optime viuere. et sciat
non alia re viuere quam animo. nec

fieri posse. quin ut optime viuas.
animus colendus sit: tamen homines
animum suum non colant: At si quis
velit acriter cernere: oculi curandi
sunt: quibus cernitur. si velis pnici
ter currere: pedes curandi sunt quibus
curritur. Itidem si pugillare. ualde
velis: brachia vegetanda sunt.
quibus pugillantur. Similiter in om
nibus ceteris membris: sua cuique cu
ra pstudio e. Quod cum facile omnes
pspiciant. nequeo satis mecum pu
tare. et proinde ut res e admirari
tur non eciam animum suum racione
excolant: Que quidem racio viuen
di omnibus eque necessaria e: Non racio
pingendi. nec racio psallendi. que
quiuis bonus sine ulla animi
vituperacione. sine turpitudine.
sine labore contempserit. Nescio
quidem ut ysmenias tibiis canere
: sed non pudet me tibicinem
non ee: nescio ut appelles colori
bus pingere. sed non pudet me non
ee significum: et idem in ceteris ar
tibus. si omnes psequar licet tibi
nescire. nec pudet me nescire.
Enimvero dic sodes: nescio bene vi
uere. ut socrates. ut plato. ut pita
goras vixerunt: nec pudet me ne
scire bene viuere: Nunquam hoc dicere
audebis: Set in primis mirandum est
quod ea que minime nolunt nescire
discere tn negligunt. et eiusdem artis
simul disciplinam. et ignoranciam
detrectant. Igitur quotidiana
eorum era dispungas. et in racioni
bus multa prodige pfusa. et in
semet nichil in suo dico demonis
cultum. qui cultus non aliud; quam
philosophie sacramentum e. Plane quidem
villas opipare extruunt. et
domos ditissime exornant: et fa
milias numerosissime comparant. Sed
in istis omnibus in tanta affluen
cia: nichil e pter quam dominus ipse

Opipare. i. habundanter et curiose pa... [illegible]

prodeundum: Nec iniuria. Cumulata
enim sunt que sedulo proluit. Ipsi
autem sordidi indocti inculti que
tenuerunt. Igitur illas spectes in
quas prodigia sua profuderunt:
amenissimas et extructissimas
et ornatissimas deprehendas vil-
las. emulas urbium conditas. do-
mus vice templorum exornatas
familias numerosissimas et calami-
stratas. opiparem supellectilem
omnia affluentia. omnia opulenta
omnia ornata preter ipsum dominum qui solus
tantali vice in suis divitiis inops
egens pauper. non quidem fluentem
illum fugitivum captat. et fallacis
unde sitim, sed vere beatitudinis id est
secunde vite et prudentie fortunatissime
sitit et esurit. Quippe non intelli-
git eque divites spectari solere: ut
equos mercamur. Neque enim in emendis
equis faleras consideramus: et bal-
tei polimina inspicimus et orna-
tissime cervicis divitias contempla-
mur. Si ex auro et argento et ge-
mmis monilia varie gaze depen-
dent. si plena artis ornamenta ca-
piti et collo circumiacent. Si frena
celata. si ephippia fucata. si cin-
gula aurata sunt. sed istis omnibus
exuviis abolitis: et amotis. equum
ipsum. nudum. et solum corpus eius
et animum contemplamur: ut sit ad spe-
ciem honestus: ad cursuram vegetus.
et advecturam validus. Iam primum
in corpore si sit argutum caput. si ven-
ter modicus: obesa quoque tergora lumbi-
at quam thorax: Animosum pectus hone-
stum: Postea si duplex agitur per lumbos
spina: Volo enim non me prolixitate
verborum prosilire perplexat: Si
velis igitur et in hominibus contem-
plandis. noli illa aliena estima-
re. sed ipsum hominem penitus con-
sidera. ipsum ut meum Socratem pau-
perem expecta / aliena autem voco

que parentes pepererunt. et que fortuna lar-
gita est. Quorum nichil laudibus So-
cratis mei admisceo: nullam gene-
rositatem nullam prosapiam. nullos
longos natales. nullas invidiosas
divitias. Hec enim cuncta ut dico aliena
sunt / Sat Porthaonio gloria est qui ta-
lis fuit ut eius nepotem non puderet.
Igitur omnia similiter aliena numeres li-
cebit. Generosus est parentes laudas.
Dives est: non credo fortune magis
ista dinumero. Validus est: egritudine
fatigabitur. Pernix est: abit in senec-
tutem. Formosus est: expecta pauli-
sper. et non erit. At enim bonis arti-
bus doctus. et adprime est eruditus et
quantum licet homini sapiens et boni
consultus. Tandem aliquando ipsum virum
laudas. Hoc enim nec a patre hereditari-
um est. nec casu pendulum: nec a
suffragio annuum. nec a corpore ca-
ducum. nec ab etate mutabile. Hec
omnia meus Socrates habuit et ideo
cetera habere contempsit. Quin igitur
et tu ad studium sapientie accingeris.
vel suscipis saltem: ut nichil alienum
audias: in laudibus tuis sed ut qui
te volet nobilitare: eque laudet: ut
Actius Ulixem laudavit in Philocte-
ta. primo eiusdem tragedie sue
principio. multa prius preterite pri-
nomina celebri. Clarum quam potens
pectore. Achivis classibus auctor
gravis. Dardanis gentibus ultor
Laertiade. Novissime patrem nomine
commemorat. Ceterum omnes laudes eius
viri audisti: Nichil inde nec La-
ertes sibi. nec Anticlea nec Arcesius
vindicat: Hec tota ut vides laudis
huius propria Ulixi possessio est. Nec
aliud te in eodem Ulixe Homerus
docet. qui semper ei comitem vo-
luit esse prudentiam. quam poetico
ritu Minervam nuncupavit. Igitur Ulixes
at eadem comitante. omnia orre-

da subiit: omnia adversa superavit: Erumpe ea adiutrice. ciclopis specum introiit. sed egressus est. solis boves vidit sed abstinuit. ad inferos descendit sed ascendit. Eadem sapientia comitante. scillam preternavigavit. ut arreptus est Caribdi conceptus est: nec retentus. circes poculum bibit: nec mutatus est: ad lotophages accessit. nec remansit. sirenas audiit nec accessit:

29 et apuleius: eleganter quidem et splendide. et utiam audiatur. Si enim in summis cultum quis perlaborat. et que exteriora sunt reputet aliena: perfecto optimus erit. status singulorum et omnium vigebit corporis. et racio prevalebit regnante undique mutua caritate: ut sit caro subiecta spiritui: et spiritus plena devocione deo famuletur. quasi processerit: ut timore capitis omnia abeunt membra: ut destitucione membrorum aut ignavia languorebit caput. Ista siquidem apertum insanitate prevenit. Iram et inferiorum delicta bonum principem demerentur: et peccata superiorum: subditis sunt occasio et auctoritas delinquendi Unde illud: Omne caput languidum. et omne cor merens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Mansuescit itaque princeps ab innocencia populi: et populares motus reprimit innocencia principantis. Placando namque deo: omnis creatura mitis est: et servit homini. et eo indignante: omnis creatura armatur in ulcionem eius: corvus etiam pavit visus famulatum impendit prophete: ut peteret danielis feroritatem. nature dedisit leo: et collectam nesciit esuriem Unda siccis nisterium calcantibus pedibus: adversus pueros suavis ignis in fornace: non prestitit votum fidei Aer imbres et terre fructum negat. et celum ipsum in impios euomit ignes suos:

30 Ceterum dum ista persequimur vos insidiantur gnatonici: et in invidiam felicium: quecumque sunt dicta retorquent. ut mendacium auctoritatis nos reos faciant: minantur nos legem imposuisse principibus et colla eorum iugo importabili oneasse. Veritas siquidem inimica est illis. inimicicias dum compararat: amatoribus veritatis: quo ut gregem consequatur ancillinum blandiciis aut ope erubescunt: ad singula clamat gnato: seu bona seu mala sunt: probare. hic: vere: Pallescat super his: ex stillabit amicis et oculis rorem: saliet: tundet pede terram: Ut qui conducti plorant. in funere. dicunt et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic derisor non plus laudatore movetur Et nescio quo omnes ipsos et probos expugnat et qui adulatorum nequiciam detestantur: a quibus et si non sit laus quesita: nichilominus oblata delectat. Ipsius dum veritati insisto. nequaquam placere possum. sed nec ob eorum contemptum dignor non adquiescere veritati. Non est tamen quod in possunt opponere: nisi quod mithi. et illis non conveniunt. et quod interdum aliorum amicorum. dum in manibus eorum labitur in

aure suggero: ne te decipiant.
animi subdole latentes. hii qui-
dem imperatores sunt. curialium
nugatorum. Quorum si vitium offe-
deris omnibus aliis reus eris. Conve-
nientium ergo consilio convenerunt.
ambitiosi. cupidi. superstitiosi. et simi-
les. dicentes sibi bella parari. et
me in eos. ut dici solet. animad-
facundiam exerte. cum tamen id minime pro-
posuerim: nisi aut eorum iniuri-
is urgear. aut auctoritate supe-
rioris amici. ad hunc stilum licet
hebetem impellerer. Et quia
magis affectat animus. ut curi-
alibus tedeus nugis: illis quibus
placent faciam locum. Nam et de
aliis tacerem: non possem ferre
quietes gnatonis: qui sibi nil
actum credunt. dum aliquis resti-
terit. cum oculos non obdu-
cant ad tenebras. reprobato o-
leo peccatoris. Sed si quis ef-
fugerit: non tamen gnatonis exem-
plum principalium virorum conscius hostis.
valeat ergo cum tam tolerabilibus
nugis. dum gnatonicorum factio
habeat semper in malam rem: et
fiant iugiter novissima illius
deteriora prioribus. Dectos dies suos
exoptat. et cum. et si conferendi
pectoris angustia. et oris avidi-
tas infaciendi non licet penetrasse; quod
possit omnibus impertiri. Tu quoque
ambitiosos. et invidos arceas quasi
domui mee. latentes egredi vel
si tamen premissi libelli placuerit:
expectanti denuntia: et in verbo
tuo calamus urgebunt: ut in
publicum prodeant. Non enim omnes
aggrediendi sunt pariter nec posset
confertus eorum cuneus facile ex-
pugnari: nec ipse cohor-
tes leviter in unum cadant.

Virgilius li. 6 eneidos

Non mihi si centum lingue sint.
ora quoque centum: omnia nugarum perire
nomina possem

Quod achademici modestiores 1
fuerunt. aliis philosophis. quos te-
meritas excecavit. ut darentur in
sensum reprobum. De errore aca- 2
demicorum. et quos eorum licet imita-
ri. et que sint dubitabilia sapienti.
Unde dicti sunt achademici. et quis 3
timor. aut passio metus. secundum A-
gellium et stoicos. in sapientem ca-
dat. Unde dicta sit philosophia. et de sancto 4
pitagora. et doctrina eius: qui ytha-
licis philosophandi auctor extitit.
De fonte generis philosophorum. et auctori- 5
tate socratis. et dogmate platonis:
et opinione eius post mortem. De 6
aristotile. et opinione eius. et stu-
diis. et quod variis disputationibus
eius. dubitationem achademicorum
nouit. et de regula eorum. Quod 7
alia sensus. alia ratio. alia religi-
onis auctoritate probantur. et quod fides
in omni doctrina. aliquod stabile
tamen vendicat. quod probari non
debet. et quod alia per se. doctoribus non
testibus. alia rudibus et quantum du-
bitandum sit. et quod plurimaria. vitatis
inquisitionem. plurimum impedit.
Quod unus unica via est philosophandi: 8
et eundi ad beatitudinem. et de tribus
gradibus. et de tribus sectis philosophorum.
De arrogantia multitudinis im- 9
perite. et qualiter legenda sunt ea que
prodesse poterunt et obesse. et quod
ingenio et exercitio sine gratia. sapientia
non contingat. Omnes scripturas 10
esse legendas. et de benedictione
que primigeniis. data est. et filiis
noe. et quod romani auctoritas nullius
gentilium prevaleret. Quid sit vere 11
philosophari. et ad quod finem omnia scriptura
referatur. De scepticis in- 12

gatorum qui sapientiae verba putant. et
quod aliter legendi sunt libri divi-
ni. aliter gentiles. Quae sunt ne-
13 cessaria. et quasi claves philosophandi.
et quod simplicitas amica veritati est.
et quid sit aut prosit adnotatione
14 sapientiae: relinquere priora. De
septima clave discendi. In quo
15 consistat et finis. et summum bonum con-
16 stituant: et qui per labores nituntur
ad voluptates. De amore divi-
tiarum. et quod in eis animus non quiescit.
17 De ambitione. et quod cupiditas
stultitiam comitatur: et quis sit ordo
circueundi. et de diversis viis ambi-
18 tiosorum. Quod ambitiosi dissimu-
lant se velle quod maxime appe-
tunt. et quibus excusationibus comportu-
19 tegant. De his qui impudenter ir-
rumpunt: sine dissimulatione ambi-
tionis quos neque ratio neque aucto-
20 ritas reprimere potest. De legibus secu-
larium principum: quibus curiales et
officiales arcentur ab honoribus eccle-
siasticis. et quibus exemplis de cha-
ritate et abrenuntiatione nituntur optinere.
21 De ypocritis. qui ambitionis labem
falsa religionis ymagine nituntur
22 occultare. De isdem. et de Ezechi-
ele qui thesauros: quos ostentavit
23 amisit. Quod Cartusienses.
dum moderationis habenis avaritiam
cohibent et magni moris nova
religio dum omnium mundana contempnens.
et de crastino non cogitans repellit
omnem avaritiam excludit: ab ipso
[illegible]ctarum nota et nomine longius ab-
sunt et qui sint seculares: aut reli-
giosi. et quae regula canonicorum. et
quae ociosorum et quibus sit finis ipso-
24 [illegible]scos. De invidis et detractoribus.
25 De libertatis amore et favore:
et de his qui libere dicta: pacienti
animo maiorum tulerint. et de dif-
ferentia ledorie: et stomatis.

gressus aula curialium
declinassem consortia
nugatorum. nisi me
in ipso limine ab-
euntem: tue preceptionis
detinuisset auctoritas. Sed cum
tibi cordis mei angustias de-
nudarem: et de temporis: et vite ia-
ctura conquererer: omnia mea quo-
ad deus aliud revelaret statum-
que meum reformaret in melius:
forti animo perferre precepisti. sua-
dens. ut more laborantium qui can-
tilenis et vocum dulcedine labo-
ris tedia propulsant aut minuere-
rem temporis que dispendia compensa-
rem. Nam et itinerantibus via facilior
videtur et brevior: si iocunde nar-
rationis sermonibus: aut vocis dul-
cissone modulos recreent. Sic et
me lectionis: aut alicuius officii
studio: iubes insistere: et si aliud
non conceditur: de meipso: et variis
fortune formis conqueri saltem in-
et nugis: Grandes cum profectus est
ad philosophiam aspiranti: virtus in se de-
ploratione defectuum. Adhuc quid tibi re-
deam: continuo fugerit: quia omnes
cum valemus: recta consilia egrotis
damus: tu autem si hic esses aliter sentias.
Si sic captivatis: quorum orga-
na in salicibus suspensa sunt: quo-
modo vera canticorum: quae cantari
nequeunt: aut non solet in terra
aliena. Licet cum verbis iniurias
captivatus ignoret aut suo pre-
non possit officio: vixque est admodum
qui professus. et talibus officiis suf-
ficiat mores gerentium sibi ple-
rumque: constet plurimum ad usum
vero se impassibilem videri
imparem conspectum: cum ego. hic
sub potestate constitutus. vel invitus fa-
ciam plurima. necessitate ob-

sequendi sunt et in his · que ipse volu-
tatis et sapiencie instinctu ge-
randa sunt : in vix tempus indul
geatur ad pauca : dies et nox
inter his et aliis occupacionibus sus
figuntur : ut nec rei familiari
curam impendere liceat · et tu hor-
taris ut scribam · Homo quidem impe-
ritus sine sciencia et sermone · et
vnde quod non accepi aliis errogabo :
Namque si postulat sibi · perornatus
arator luciferi rudis exclamat
melliterra perisse fronte de verbis
Si itaque vis ut scribam : da : vel po-
tius : ab eo ; qui scienciam dedit e-
scienciam impetra · Vnde scribam :
da tempus expeditum · et necessitudo
inexcusatam : exclude molestias .
Nam si exigilio puer · et tolerabi-
le desit hospicium : caderet omnes
actibus preterea vereor : ne dum
ad obsequium devotus accingor : di-
spendium pudoris faciens : cum
lorum provocem linguas · que mala
aliena facillime carpunt · et bona
difficillime imitantur · Quod autem
si aliud non licet · nisi ut de forte
calculo · in et omnibus contra · sua-
dente quidem mentis angustia ·
facillimum est · cum teste Gregorio
nazanzeno : nichil facilius vi-
deatur hominibus : quam aliena lo-
qui · vel aliena curare · sed a propo-
site me tu : arbitror videre animum · deum
cum sapiente : mentem componere
ut ad omnem fortune impetum quere
lis exclusius sentiat vacuus ·
quam volubile pretorium mediis
neutri opponet · Vnum cum cum statu
sui qualitate rixatur · nisi for-
te de peccatorum corrupcione · lacrimis
ingemiscat : Rondum plautus
ingressus carcerem : de me quidem
multo queri possum : qui exige-
tibus culpis meis · in id mise-
rie protectus sum : ut in flagella
paratus videar · et ob meum noctem

doloribus perficitur · et qui me comedunt
non quiescat : Sed ergo dolor meus
in conspectu meo sit semper : putas ne
posset calami · vel stridencium plectru
le suavitate mulceri · ut faciam hoc
ut credis : auctore deo : quod hortaris
et inter varias opes et delicias na-
torum · quibus affluis : et ieiunii pe-
ctoris : et avide lingue · quasi atque
munuscula · tuo non consecrabo :
Non enim de subtilitate sensuum aut ver-
borum venustate presumo : sed de sinc-
ritate devocionis · ante ad quamvis ora-
tore contendam : certus quod ea-
pauco sapientum · et eloquencium arge-
to acceptabis : discipulus illius qui
duo minuta vidue · pompose ob
Clacionibus divitum pretulit : Erit eadem
favore digna simplicitas · et non
que sensu prima facie · verba signifi-
cat : sed ex quo sensu · vel ad que sen-
sum fiant : fidelis lector attendens :
Sic enim iugis · seria immisceantur
et falsa veris · ut ad summe utili-
tatum · omnia ad expposito referantur :
ver Moveat si qua eorum · que hic scri-
buntur · aliter inveniantur alibi : cum
et hystorie · in diversis gestorum casi-
bus · sibi invicem repugnantur contrarie
sed ad unum · utilitatis et honestatis
perficiunt fructum Nam periculum veri sta
tuendi · in non facio : sed que apud
diversos auctores legi : ad utilitate
legencium · sine invidia quidem cercius
posui · Nam et apostolus · nec omnes
scripta sunt : vera sunt aut : sed quecumque
scripta sunt : ad nostram doctrinam scripta
sunt : licet veritas eorum de quibus
loquitur ad illa sola possit arctari : que
in lege scripta sunt · et prophetis de quorum
veritate nemo ambigit · nisi · qui
fidei katholice · non concordat · Que-
dam vero · que in libris auctorum non
repi : ex usu quotidiano · et verum
experiencia quam de quadam morum
hystoria excerpsi · Si qua vero ad
sensuoris physice excitacionem videntur

accedere: achademicorum more investigandi animo quam pertinacia contendendi. Sic constet esse proposita: ut in examinatione veritatis suum cuique iudicium liberum reservetur et nullius scribentium censura auctoritatis ubi sua potior refragatur. Propositum tamen est in his precipue versari unde principaliter error non contrahitur et ad illorum diffinitionem presumptione temeraria. Non assurgere in quibus sine periculo non erratur. Nemo autem in iniuriam suam reputet proprie dici: cum nulla sit derogatio personarum sed fugiendorum sola concussio vitiorum. In quo quidem me prestitum iri obsequium tam malo quam bonis arbitror dum in his applicari quod faciunt: et hi notabilis vitiis possint prestare ut probentur. Sed hec hactenus. Cur autem achademicos preteris placeat imitari: sermo subiunctus aperiet./ Achademici modestiores fuerunt aliis philosophis

Antiquos quidem philosophos floruisse ingeniis et studio profecisse iam non celebris opinio est: sed omnibus in omnem persuasa sententia. Ad res enim expertas ferme incomprehensibiles studio et exercitatione viam sibi fecit ingenium et illorum beneficio plurima publicata sunt posteris quibus gaudemus et miramur inventis. Mundum dimensi sunt celum suis regulis subiecerunt nature varias scrutati sunt causas et universitatis opificem deserentes quodammodo sunt celi contemplati. Tum ergo mole gigantea subvecti et iam non humanis viribus roborati intumuerunt: induxerunt quoque bellum contra deum de vigore rationis et libero confisi arbitrio: ac

si secundum fabulas celo captivo: celestium quibus efferebantur brachia iecturi. Deiecti sunt itaque: dum allocuerunt et dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt: et obscuratum est insipiens cor eorum ut qui omnia scire pronuntiaverunt: pretiosissime errarent in maximis: et variis distracti opinionibus: certam minime ignorarent. Si tamen vero fabularum instrumenta vilescunt licet et ab hoste doceri sapientis animus non detrectet cum peculiaris populus dei auro argento vestibus et toto egiptiorum ornatu resplendeat. Si gentilium numquam figmenta vilescunt: sic dum in campo Sennaar fundamenta babilonis iacit impietas dum turris elatio et contradictionis machina in celum erigitur: de alto principaliter a deo facta est linguarum divisio: subtracto quoque impiis verbi commercio: ex necessitate secuta est secessio populorum. Sic et philosophi dum ingenii sui machinas: suo quodam theomachie genere in altum erexerunt: eis vere incommutabilis et indeficientis unitatis subtracta est veritas. et ignorantie nebulis obvoluti eorum qui ab una et singulari veritate exciderunt: maiorem notitiam perdiderunt ut in sensum reprobum dati esse convincerentur ab operibus suis: et tamquam recedente duce spiritu scilicet veritatis dispergentur in varias sectas errorum: et insanias falsas. Et ideo quidem miseriores effecti sunt: quod in his defectum suum minime agnoscebant. Hinc est quod dum providentiam suam stoicus veneratur: omnia necessitatis lege constringit. epicureus econtra: dum restituetur libertatem: dispositionem evacuat: et omnia casibus fluctuare

Stoicus dicit omnia fieri ex necessitate
Epicurus dicit omnia fieri a casu
Achademicus dicit de omnibus dubitare

Nos aper auditu precellit aranea tactu
Vultur odoratu lynx visu simia gustu

Frā h. 2 r 91.
animalia quinque excel-
sciora sunt hec

Exigione

contendit Exigione consistentes
utriusque utriusque cultores et de singu-
lis fere rerum articulis dimicant
et quam palladis sacrificio astricti:
solas paradoxas locuntur: aut kirri
adoxas. et eas usque que veras esse
confirmat: Academici vero veritatem
propiciunt falsitatem: in eo quidem mo-
destiores sunt: quod defectum suum immune
diffitentur. et in rerum ignorancia
Epoca: fere de singulis dubitat. Sed
quidem longe tucius est: cum incta-
tamen diffinire. Achademicorum quoque
iniuat opinionem: quod non modo eva-
clides porticus. et accedentem in summa
ingenio solum virorum laude recepti-
tandem ad eos transierunt. sed et
alii plures. quos pontrum longum
esset. Nunc ergo prefedi sunt aliis:
quos asserendi modestia: et tantorum
virorum commendat auctori-
tas. De errore Achademicorum

Non tamen omnes qui a Acade-
micorum censentur nomine: 2
haut dico modestie regulam tenu-
isse. cum et professio stulta sit: et pro
parte tamen visui pateat quam error.
Quid enim ineptius. quam fluctuare
in singulis et nullius rei habere cer-
titudinem et nomen philosophi profiteri.
Nam qui de omnibus dubitant eo quod
nichil sciunt certum: tam a fide quam a
sciencia alieni sunt. licet enim fi-
des. ad sciencie bravium non perve-
niat. dum quasi per speculum veritatem
absentium contuetur. sed tamen certitu-
dinem. caligine ambiguitatis exclu-
sa. Porro si de singulis achade-
mici dubitant: de nullo certus est.
nisi forte et hoc ipsum incertum habe-
at. Cum contrariis existentibus
in eodem: eta idem. possit et du-
bius: et certus esse. Nam dubitat
incertum habet. dum hoc ipsum nescit.
an nesciat. Cum vero homo in

ceteris animalibus precellat: quod ratione vigeat
et intelligencia. Nam in sensibus
qui huius anime sunt corporis eo dicit
fatale superatur. neque linci valeat equi-
ri. perspicacia oculorum. sive auditus
valeat. vultur aut canis odoratu
: gustu simia. aranea tactu: ad in-
quam discernendi. et intelligendi vi-
bus: homo precedat. quis primatum
bestiis: aut pocius quis non inferi-
orem. et ut ita dicam quis non bru-
tiorem. credat hominem. cum racio-
nem discernit. intellectus non sapit.
cum et bruta ad quandam racionis ymaginem
quodammodo videantur assurgere.
Nam et canis suos discernit affectus
bus suorum memor est. familiaritatem
cum homine. ab experiencia rerum: et
usu contrahit. et amicitie precetere
quasi fidem: familiaribus exhibens.
racionis et intellectus quodam nobi-
litatur ingenio. Sed et inviatam
memoria: tamen seculo tenacit. resident
rinocerum qui et unicornus est. virginis
integritatem. sic agnoscit: ut dum eam
illius se amplexibus capiatur. Odorem
panthere. cetera sequuntur animalia
et quod mirabilius est: pisces in gur-
gitibus: ad sonum auri conveniunt
unde et senectus luxurie imperator Nero
retibus: aureis ut dicitur retibus piscabatur.
Quid multa: torva leena lupum
sequitur: lupus ipse capellam. et
florentem citisum: sequitur lasci-
va capella. et in hunc modum vo-
luptate sua trahuntur plurima. quod
ut credo evenire non posset: si de
affectibus suis. vel bruta animalia du-
bitaret. qui ergo ad singula nescii
sunt: qua temeritate. vel impruden-
cia philosophandi professionem accipiunt.
Nam sicut ab eo quod notum est no-
cio: sic et racio. ab eo quod ratum est:
Idem est certum. et firmum: gramatici
denominant. et profecto mavis est
racio hominis. cui nichil persuaderi
potest: qui semper. et in omnibus opini-
onum lubricio vacillet. Quid enim

Linx
Sus
Vultur
Simia
Aranea

ei philosophia confert: qui semper fluctuat
opinionibus: et cui mundande fe
licitatis via rationis lumine extin-
guitur et quasi oculum eruit: ut
caecius et certius pergat viator
cui censura est viam: Ratione et plu
rimum abest illi qui errat: Quid
potius sequetur qui tanta contrarieta
te distrahitur. Sane ad patriam nemo
pervenit nisi qui unam sequitur viam:
et qui omni verbo aurem accomodat
numquam quietus erit: Ratione similior est
letargico: aut insipienti: sive insa-
no: quam philosopho: qui cum se comperit nec
meminerit: an dormierit dubitat: et
an cibo saciatus est: an ieiunus sit nescit.
et nullius eorum: que egit. vel in pro
ximo scienciam habet: Deinde quam
nam viam in philosophie investigatione
prosequatur: cui ratio nichil persuadet: quod
teneat aut sequatur. sed est ad omnia
semper incertus: Talis utique achademi-
cus cum nec brutis animalibus va-
leat adequari: nec dignus est hominis
nedum philosophi: vel honore vel nomine.
Et quidem adversus istorum ineptias:
magnus pater et fidelis doctor ecclesie.
augustinus: sed acutis validis rationibus:
et sermone elegantissimo copio
sius disputat: Verum ad illos qui
de singulis dubitant: qui sapienti
faciunt questionem: acutis scripto teste
cum sint: nec eos ut augustinus pro-
sequitur: cum et ipse in operibus suis.
achademico temperamento utatur
frequentius: et sub ambiguitate propo-
nat multa: que alii confidentius.
Magis vero temerarie disputanti:
non videntur habere questionem
michi tamen non videtur quisquam:
eo loqui securius: qui ita circumspectus
est in verbo: ne prolabi possit ad falsa.
Sunt autem dubitabilia sapienti. que
nec fidei. nec sensus: aut rationis
manifeste persuadet auctoritas: et que
suis. in utramque partem nituntur
fundamentis: Talia quidem sunt: que
queruntur de providencia. et de sub

Que sunt dubita
bilia
sapienti

stancia: quantitate. viribus. efficacia.
anime. et origine anime. de fato: et fa
cilitate. nature. casu: et libero
arbitrio: de materia. et motu. et prin
cipiis corporum: de progressu multi
tudinis. et magnitudinis sectione:
an tamen omnes animas non habeant: an
eos duntaxat alogos tandem nunc
vocat. De tempore. et loco. de numero.
et oratione: de eodem. et diverso. in
quo plurima attritio est: De divi
duo. et individuo. de substancia.
et forma vocis: de statu universali
um. de usu. et fine. ortu quoque virtutum.
et viciorum. an omnes virtutes ha-
beat. qui unam habet. an omnia
peccata equalia. et equaliter punienda:
Item de causis rerum: et adiunctione
causarum. Vel repugnancia et de fluc-
tione occeani: de ortu nili: de hu
morum animalibus corporibus aug
mento: et diminucione. ad motum
lune. de variis latentis nature
secretis. de officiis et variis figura-
rum causarum: que in contractibus: aut
quasi contractibus: maleficiis:
aut quasi maleficiis: aut aliis
rerum formis. varie oriuntur. De
natura et operibus animi: de unita
te et primis rerum initiis. In quibus
humanum ingenium deficit: an an
geli omnino: sua non habeant: aut
qualia habeant corpora: et que
pie queruntur: de ipso deo: qui to-
tius nature rationalis. excedit
investigationem. et superiora que
iuste potest concipi: exaltata: Po-
ssent in hunc modum enumerari
quam plurima: que sic dubitationem
sapientis admittunt: ut in du
bitatione ipsa vulgum precedat: In
his itaque facile crediderim acha
demicos. tanto modestius dubi
tasse: quanto eos temeritatis pre-
cipicium. diligencius precavisse reperio

Adeo quidem: ut eum apud scriptores
in locis non possim dubiis: verba qui-
dam primo ambigua: qualia sunt hec: si for-
te fortisse et forsitan proferuntur: a-
chademica dicuntur. usi temperamento:
eo quod temperatores aliis achademicis
fuerunt: qui omnem veritatem sub tene-
brarum diffinitionis sublimem notam et
precipicium falsitatis: Unde dicti sunt
achademici et cuius timor
aut passio mentis secundum agellium
et Stoicos in sapientem cadat.

Achademici quidem dicti sunt
ab achademia villa unde plato ex-
titit oriundus: qui eandem sue nati-
vitatis locum et studendi usu et dis-
cipulorum frequencia: multorum quoque suorum
celebritate: fecit insignem. Illum vero
locum ceteris pretulit. eo quod ad incipien-
dum timorem. quo vicia reprimuntur.
et agnita condicione sui modestia
facilius servaretur: maiore visus est ex
frequenti terre motu. quo sepe colliditur
esse ydoneus. Timor enim sicut modo
sue cognatus est. ita familiaris est insi-
pienti. Non ille tamen. qui mentem
turbat: et quasi turbine quodam ra-
cionis: et intelligencie perstringit
oculum. sed qui compot animum. et
qui humilitatis fomes: hominem red-
dit ad omnia virtutis officia apciorem.
Unde in libro noctium atticarum
scribit agellius vir elegantis elo-
quii et multe sciencie. se aliquando navi-
gavisse cum quodam philosopho eo quidem nobili
inter stoicos: Illius autem commagistri pre-
in sentencia sedit: timori locum non
esse in animo sapientis. cum omnia ex
necessitate proveniant. stulti quod sit timere
quod vitari non potest. et cum timor sit rei
medium: ut vir prudens: fortitudinis
vires pararet. et robore paciencie
quasi solidissimo animi invicti cli-
peo. omnia tela necessitatis excipiat.
Cum ergo navigium turbato mari
ventorum vehemencia. celo quoque minaci
periculosissime iactaretur. philosophus
vi timoris expalluit. Deinde cum tempe-
state subacta securitas prebuisset colloqu-
endi ut fit. et garriendi locum. sociorum
unus dives: luxuriosus. asiaticus ce-
pit compellare philosophum: et illudere ei. eo
quod contra professionem suam timore pallu-
erat. Turpe. qui minime qui philo-
sophabatur. mansisset intrepidus. in eo quod
impendebat exicio. At ille: aristippi
socratici responsum tulit: qui cum in re simi-
similiter. et a consimili argueretur: re-
spondit illum pro anima nequissimi ne-
bulonis. merito non fuisse sollicitum. se
autem debuisse timere pro anima aristippi.
Dimittens ergo questione depulsa: accer-
sit agellius. non exagitandi animo:
sed discendi familiariter querens: que
causa esset causa timoris sui: cum preceptum sit
discipline stoicorum. ne mortis timeatur
adventus. quam constat esse indubium
terminum vite. Ille autem. cum discenti
aviditate quavis attentum vidisset
hominem: librum epicteti stoici: de ma-
tica protulit. In quo scripta erat ea que
congruebat decretis zenonis et cri-
sippi. qui dicuntur fuisse principes stoicorum.
Cum ergo librum in manibus agellius
tenuisset invenit stoicos placuisse non
esse in potestate hominis ut visas. Quas
fantasias appellant in animum veni-
ant aut recedant et cum venerit
ex terribilibus: aut cetera: Necesse asse-
rit moveri animum etiam sapientis:
ut paulisper: dilatetur leticia. metu tre-
pidet tristicia contrahatur. dilatatur
leticia: cupiditatibus moveatur tanquam
hiis. et similibus passionibus preveni-
entibus racionis et mentis officium.
nec tamen ideo constituit mali in mente
versari: nec approbari ista. aut eis
aliquem indulgeri consensum. Hoc enim
esse voluit in potestate. id quod interesse cen-
sent. inter animum sapientis. et stulti.
quod stultus consensum mentis: passioni
cedit. Sapiens autem. licet eas neces-
sitate paciatur. retinet tamen. de vo-

Differentia inter animum sapientis et stulti

[illegible] in polic' li 3 c 13 refert eandem historiam

nabilis appetendis . vel fugiendis
verum et sinam inmutanda incte studium:
Victoria passionum est ex gratia dei
Hec quidem illi auctore agellio . et
aparte elegant et vere . Erras tu .
si victoriam passionum . que necessarie
sunt reprehensione et castigatione : citra
graciam . viribus suis ascribis : eo quod so-
lius miserentis dei est . non utique curren-
tis hominis aut volentis . ut hec in psu
iusticie continet ; hoc aut suffraat de-
monstrare . quod timore racionali : mo-
destia dispensatur : et perfandi prima sternitur
et disponit via . Siquidem scriptum est
quod initium sapientie : et finis mo-
destie . timor domini .

Pitagoras

Primum vero philosophie nomen : a pitagore
ytalico : inventum est . qui tante fuit
auctoritatis . apud antiquos : ut pro
indiciali opinione . sententias omnes
superaret : et quod satis . ad qualibet
sentenciam roborandam : si hoc ipse dixi
xisse docetur : ipsa itaque vox pro
omnis . usurpacione quadam . pro racionis
explebat officium : Fuit aut hic matrem
samius . negociatoris dimites filius :
cui nomen maratus erat : sed pu-
te longe dicior : eo quod negociatoris pris .
tanta nequiit adquirere . quanta filius
contempnere maluit : quam habere . Ma-
gnus itaque sapientie formatus incre-
mentis : egiptum primo : mox babilo
niam : ad perdiscendos siderum motus .
origineque mundi spectandam . profectus .
summamque sacramque consecutus erat : In-
de regressus : cretam : et lacedemonam .
ad cognoscendas minois . et ligurgi
inclitas ea tempestate leges : conten-
derat : Quibus omnibus instructis :
ad crotonam urbem . animo resolu-
tum : et solius virtutis opa indigente .
Fortune siquidem indignatus . deserere
arma . que ad usus locrenses . in
feliciter sumserat : mutasset quod vitam
luxuria . nisi eis pitagoras plurimus
obstitisset : Ex quo patet . quod homo
prae homini . cum virum persone auctori
tas iam lapsum : ad surgere incho

uis vite renovaverit populum .
Laudabat ergo . virtutem quotidie :
et vicia luxurie denudabat . et casus
urbium perditarum enumerabat et causas :
Tantum quoque studium . ad frugalitatem
multitudinis provocabat . ut aliquos
ex hiis luxuriatos esse : incredibi-
le videretur : Matronarum vero sepa-
ratam a viris doctrinam . et puerorum
a parentibus : frequenter habuit . Do-
cebat nunc has pudiciciam . et obsequia
in viros : nunc illos modestiam . et li-
terarum studium : Inter hec velut geni-
tricem virtutum . frugalitatem . omnibus
ingerebat . Consecutusque disputacio-
num assiduitate erat . ut matrone
auratas vestes ceteraque dignitatis sue
ornamenta . quasi luxurie instrumen-
ta deponerent ea quod omnia delata
in Junonis edem . ipsi dee consecra-
rent asseverantes . vera ornamenta
matronarum . pudiciciam non vestes esse .
In iuventute quoque quantum profligatum
sit : victi feminarum contumaces ani-
mi manifestat . Sed trecenti ex iuve-
nibus . cum sodalicii iuris sacramento
separatam a ceteris civibus vitam a-
gerent : quasi cetum clandestine co-
niuracionis habentes . adversus pita-
goram . civitatem in se converterunt .
Que eos cum in unam domum convenis-
sent cremare voluit . In quo tumul-
tu sexaginta ferme periere : ceteri
in exilium profecti sunt . Ab hoc itaque
philosophorum genus ytalicum . nomenque
philosophie exortum est . Tantus autem
extitit in illa parte philosophie . que specu-
lativa vocatur . ut ei quisquam
philosophancium vix potuerit adequari .
Tantus innocencia . ut ab omnium ani-
mancium temperasse credatur edulio .
Tantus in cultu virtuose iusticie :
ut populos illius partis ytalie . que
antiquitus magna grecia dicta est .
eciam post mortem hominis . eius auc-
toritas rexerit . Illi vero antea
sapientes dicebantur . qui videbantur

Italici

alijs prauitores esse interrogatus quid se profitetur: philosophum se esse respondit id est studiosum vel sapiencie amatorem: quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Denique cum ad propulsandam laborem morum xx annos egisset crotone: metapontum migrauit ibique decessit. Cuius tanta admiracio fuit ut ex domo eius templum facerent: ipsum quasi pro deo colerent. nacti forte occasionem ex verbis eius dicentes domum philosophi esse sacrarium sapiencie: et verissimum dei templum. Traditur ac persuasisse hominibus esse animas immortales: et post dissolucionem corporis vite precedentis premia recepturas. Impie tamen fabulam nulle animorum per sua dyxi dei induxisse.

Ytericum vero philosophorum genus est quod ionicum dicitur et a grecis vel terroribus traxit originem. Huius princeps fuit tales milesius: unus illorum septem qui dicti sunt sapientes. Iste cum rerum naturam scrutatus inter ceteros emicuisset: maxime admirabilis extitit. quod astrologie numeros comprehendens solis et lune defectus predicebat. Huic successit anaximander eius auditor, qui anaximenem discipulum reliquit et successorem. Diogenes quoque eiusdem auditor extitit et anaxagoras qui diuinum rerum quas videmus effectorem diuinum animum docuit: Cui successit auditor eius archelaus. cuius discipulus socrates fuisse perhibetur. magister platonis. qui teste apuleio. prius aristocles dictus est. Sed deinde a latitudine pectoris plato et in tantam eminenciam philosophie et vigore ingenii extitit. et omnium morum ve-

tustate. eloquii quoque suauitate et tota pre subiectis est et quasi in throno sapiencie residens precepta quadam auctoritate nisus sit. tam auctoribus quam successoribus philosophis preponi.

Socrates

Et primus quidem socrates vniuersam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes physicis id est rebus naturalibus perscrutandis maximam operam dederint. Probe quidem et sapienter cum ad voluntatem suam omnia retorqueri. parum posset nouisse opera dei: que sunt omnia valde bona et creatorem suo consequntur similia: nisi quis id precipue agat ne ipse sit malus. Preclara igitur vite mortisque fama socratis philosophie sue reliquid plurimos sectatores. qui pertiti sunt verba eius in varias sectas, de quibus in sequentibus pauca dicentur.

primus ad mores ordinauit

Plato

Porro et tante multitudinis dissidencia, plato qui preeminebat auctoritate consilium et in se attencionem omnium diuinus prouocat et tenuit. Sunt qui platonem credant non aristonis filium: sed augustiore conceptu natum; eo quod appollinis figura matri eius persona se miscuerit. quem constat a salone sapientissimo fundatore legum atticarum traxisse originem. Natus est autem mense qui apud atticos targelion dicitur. die qua apud delon latona peperisse creditur appollinem et dyanam: pridie quidem socratem genitum ferunt. Talis igitur et de talibus omnibus. non solum herouum virtutibus prestitit: sed equipasse dicitur deorum. platonis sororis filius speusippus domesticis documentis instructus et pueri eius acre in percipiendo ingenium: et admirande verecundie indolem laudat. et pubescentes primicias labore atque amore studii imbutas refert. et in viro harum incrementa virtutum conuenisse testatur. Ex hiisdem genitoribus glaucus.

Salone

Tales. Anaximander. Anaximenes. Anaxagoras, diogenes Archelaus Secta philosophorum. Aizles

Ionia

et ad amatus. cui sic fuerunt doctores. Habuit in prima literatura Dioni-
sium. in palestra Aristonem Argis oriun-
dum. Tantos progressus ei exercitacio
contulit: ut pisticie luctando certamina
vicerit. Picture non aspernatus est arte.
Tragedias quoque et ditiri iambis se
utilem finxit. Iamque carminum con-
fidencia elatus certatorem se profiteri
cupiebat: nisi Socrates humiliatorem
tumidam cupidinis: ab eius animo ex-
pulisset. et vere laudis gloriam cuncta-
rum inserere. Et antea quidem Era-
clidis secta fuerat imbutus. Verum
ad se Socrati dedisset. non solum ingenio
atque doctrina ceteros socraticos vicit: sed
etiam labore et elegancia sapien-
ciam illustravit. eique varia asserto-
ne sensuum. et maiestate verborum
plurimum adhibuit dignitatis. So-
crate quidem excedente. se ad Pita-
gore contulit disciplinam. Quam
et si racione diligenti. et magnifi-
ca videbat instructam: tamen eius
continenciam et castitatem magis capi-
ebat imitari. Deinde Theodorum
Cirenensem adiit. ut geometriam dis-
ceret. Inde Egyptum perrexit. ut astro-
logie vacaret: ibique a plerisque cre-
ditus est. didicisse oracula prophetarum.
Unde rursus in Ytaliam rediit.
et Pitagoreum Tarentinum Architam
secutus est. atque ad Indos. et ad magos ma-
gos. animum intendisset. nisi eum per-
de metuissent bella tardassent. Qua-
propter annuente Parmenide. et Ze-
nonis. diligencius executus que
apud magnos philosophos admiracioni
fuerant singula: in libris suis
collegit. universa docens prius studia
philosophie. non modo non esse contraria. sed
invicem necessaria sibi. eo quod mutuis
auxiliis universa consistunt. Multi
adiutorio eius rotiusque sermonis in
philosophia floruerunt. Patrimonium in ortu-
lo qui achademie iunctus erat.

in duobus ministris. et patera qua
diis supplicabat reliquit. Anu-
lum tantum habuit. quem puer auricula
gestaverat. in nobilitatis insigne.
Tres adventus eius ad Siciliam. ma-
li diversis opinionibus acceperunt.
Primo ut hystorias nature cog-
nosceret. in ethna. et incendiorum
intelligeret racionem illuc profectus
est. Secundo petitu Dionisii. ut Sira-
cusanis assisteret. et ut municipa-
les provincie illius. disceret leges.
Tercio ut fugientem Dionem restitueret
patrie sue. venia a Dionisio impe-
trata. Sed in hiis omnibus adeo di-
ligens extitit: ut a studiis. aut of-
ficiis philosophie. nullo unquam tempore suspe-
deretur. Itaque cum studium philosophie partim
in accione. partim in contemplacione
versetur. Socrates activam excoluit. mo-
res instituens. quibus feliciter ad bea-
titudinem vita tenditur. Pithago-
ras contemplative institit. per quam
ingenium exercetur. et propagatur
sciencia. Proinde Plato utramque
iungendo alteri. philosophiam perfecisse
laudatur: quam in tres partes distri-
buit. ethicam. phisicam. et logicam
i. moralem. naturalem. et racionalem
qua verum discernatur a falso.
et sine qua discerni nequeunt. que vel
in accione. vel in contemplacione
versantur. Putatur a nonnullis
quod in peregrinacione sua. Ieremiam pro-
phetam viderit. audierit quod in Egypto
et legerit scripturas propheticas:
sed supputata racio temporum que
in cronicis continetur hystoriis.
docet eos nequaquam contempora-
neos extitisse. Cum ortus Platonis.
vix etatem illam apprehenderet.
et inter labentibus centum annis.
tempus quo prophetavit Ieremias attin-
gerit. Et scripture prophetice post
mortem Platonis. annis ferme

sexaginta: regnante Ptolomeo qui
librorum studiosus a Ierosolimis septu-
aginta assumpsit interpretes, Egyptum ve-
nerit. Opinio tamen illa convalu-
it: quia in libris Platonis inveniuntur multa
dictis consona prophetarum. Nam in Thimeo
de constitutione mundi subtilius investigat
manifeste videtur expressisse Trinitatem
que deus est, in efficientem causarum
constituens in potentia dei, in sapientia
formalem, finalem in bonitate, que
sola induxit eum, ut omnes crea-
turas bonitatis sue participes fa-
ceret, prout natura cuiusque capax
beatitudinis esse potest. Unde et hic in libro
visus est intellexisse et docuisse
summum deum opificem universitatis
et formatorem deum unum esse asserunt
quem ab insigne bonitatis et dilec-
tionis affectu deum bonum genitorem que
propter infinitatem maiestatis potentie
sapientie et bonitatis sue tamen
invenire difficile, quem inventum
digne profari impossibile. Eundem quoque
remuneratorem sperandum in se
esse, et volentium se videre astruen-
dum sapientem esse cultorem dei;
philosophum qui animo et voto accedit
ad sapientiam; et eum esse amatorem
dei, qui sicut constitute universitatis
causa est admirabilis; ita bibende
felicitatis idem est fons indeficiens
et singularis. Moyses auctor est
quia in principio creavit deus celum
et terram; et in medio eorum aquam
collocavit et aerem. Plato quod ab
initio, ut mundus qui solidus et vi-
sibilis futurus erat, videri posset
et tangi, deus iecit duo prima mun-
dani corporis fundamenta: ignem et
terram et eis concordi proportione me-
dia sociata insolubili vinculo inter-
cerat, nisi tamen voluntas conditoris
que sola tanta similitudinis nexu fide-
lissimum est dissolutionem admittat;
Omne siquidem quod vinctum est natura

dissolubile est; sed ut bone conciliacionis
federis peccat, non est voluntas dei: vo-
luntatis bona duntaxat. Ait Moyses:
Qui est misit me ad vos; et illum
singulari verbo et prerogativa signi-
ficationis censuit esse, qui semper idem
est, ut ei nec preteritum transeat, nec futu-
rum immineat, sit quoque immunis omni mo-
tu. Nam illa subsistendi dignitate
est verbo: que cum tempore festinant
ad non esse, et singulis momentis per
varios motus sui consistunt in mor-
tem. Et de homine quidem Plato,
quia vita eius non status est, quod verbo
substantivo debeat exprimi, sed
transitus de utero ad tumulum, et quasi
fuga aut umbra exponendi. Pla-
to quidem id quoque solum proprie dicit esse
quod semper est idem, nec motibus va-
riatur. Hec vero sunt abnoxia mo-
tui, non quidem sunt, sed videntur
esse, et neque manent, sed iugiter
evanescunt et fugiunt nec spectant
appellationem. Sunt preterea Platonici
et nunc multa quidem, ut sint omnino
inexcusabiles, deum veritatem dei
in mendacio detinent. Magnus pre-
sul Augustinus auctor est, si hi que sub no-
vicius concepta legi, recolo fideliter, quod
in libris Platonicorum inventum sit
quod beatus evangelista Iohannes altius celo
intonuit, et quod lingua nec ipse pro-
queat, licet auris ut cuique possit
audire; inventum est in quaque quod ait
abunde evangelista: In principio erat
verbum et verbum erat apud deum et
deus erat verbum, et cetera usque ad locum
quo ait: Et lux in tenebris lucet
et tenebre eam non comprehenderunt.
Ego quidem non nisi a me paterna scripta
legeretur, nequaquam alicui infidelium
concessum crederem: ut in tante lucis
oraculum apparerent; quem oculus
mundanus non sufficit intueri. Apertum

In principio erat verbum
libro confessionum
7 c 9

tum: et familiaritatis intime privilegium astruunt: quod omni fidei bonique operis perseverantia. tum philosophi enarraverunt non modo 6

¶ In cogitationibus sed opibus suis. Conscripsit libros plurimos: et politicam hominis vitam: contemplationi non preposuit: et contemplationis actionique actionis unitatem non extinxit. Cuius liber qui de doctrina dogmate eius est contemperatur: in laudem eius origenes. Plurimum augustinus omnium philosophorum attestationibus fieri sufficiunt. De morte eius diversi diversa scripserunt. sed probabilius est eum quod innocenter vixit: et philosophie precepta: pluribus fuerat inscriptus: vitam visum non cessisse. Nam quod de eo nonnulli tradunt. quia verecundia motus emiserit spiritum: eo quod nautarum propositam non potuit solvere questionem: constat

¶ nomine errare compositum. Verum quod de eo: grecorum loquuntur fabule: sic de homero non platone valerius maximus refert. Ex eo tamen: et sic vulgatum est: quia fuerunt et homerus et quidam platonis dicunt. Fuit excellencia sapiencie. sermonis elegancia et latitudine pectoris. nam cunctos nobiles: extitit e polinomiis extitisse. ·81· Decessit autem octuaginta annis et uno expletis: in tanta veneratione omnium et integritate auctoritatis: ut diu dubitatum fuerit diis. an semidiis esset potius aggregandus: sed tum etate illa deficiente. multa virtutum eius: et tamquam incredibilia quedam: ad antiquitatis fabulas vigerent. propter quod inter semideos vocandum: labeo scribit. ut quedam maius homine. minus deo fuisse doceatur

Aristotiles

Sol celo visus est cecidisse: quando dictus philosophorum princeps plato rebus excessit humanis. et qui lucernam videndi coniunctam defleverunt quod ad thronum sapiencie. cui ille diu presederat. sua arbitrabantur studia referenda.

¶ Sed cum ei aristoteles discipulus: vir excellentis ingenii plenum imp eloquio: sed multos facile superans: in docendi officium successisset: qui velut [illegible] sidus effulsit hominibus: et quibusdam multiplicis philosophie preceptis velud variis sapiencie radiis illustrat orbem et tamquam oculorum detersa caligine: ad continuendam veritatis speciem. mentes hominum reparavit.

¶ Doctrinam hanc peripateticam condidit. sic utique dictam: quod deambulans disputare consueverat. plurimosque discipulos preclara fama excellens: et arte suadendi. omnino ad hunc preceptorem. in suam heresim congregavit. tractavit quidem omnes philosophie partes et precepta dedit in singulas: sed partes sic venerabilem se reddidit in eis suum: ut a possessione illius vitam omnes alias exclusisse. Ita tamen in aliis viguit: ut nomine commune omnium philosophorum: anthonomastice id est excellenter sibi proprium esse meruit. Sicut enim urbs romana maronem poetam exprimit. sic et philosophi nomen ita aristotelicum placito contractum est:

¶ Fuit autem facundus eloquio. sed uberior sensibus. et doctrina omnium sententiis obviare. Hic etiam quod primo studiorum quatuor in agro altiori et exoterico dicitur distinxisse: Nam familiares et quasi domestici admittebantur in agricultura: exoterica [illegible] non vero extranei sed hospitibus patebant.

Peripathetica

et peregrinis. Fuerunt qui eum incubi
demonis filium crederent propter
agilitatem corporis: perspicaciam
ingenii: et glorie appetitum: quam
multiplici industria. omnibus prope
consciverat. Testatur de eo vale
rius maximus: quod supreme vite
reliquias. senilibus ac rugosis ue
tustis (?) breves. in summo litterarum otio:
corpus custodiens a deo ualenter.
pro salute patrie incubuit: ut eam ab
hostibus armis. solo equatam. in
lectulo athenienses iacens quondam.
macedonum manibus: quibus abiecta
erat eriperet. Ita urbe strata. atque
euersa. allexandri quod familiarita
te. qua uestibita est: amplius (?) motu est
opus: Licet autem nomen: et librorum
turbator habeatur: non minus subtili
tate: qua auctor celebris est: sed minus
suauitate dicendi enaluit: adeo
quod dicit plenius. multo proximus fuis
se uideatur. Cum laudis fuisse ani
dissimum. vel ex eo constat: quod cum the
odoti discipulo. libros artis ora
torie ut eos ederet concessisset: mo
leste ferens postea. tantum laudis
et glorie titulum. se alii cessisse. proprio
volumine quibusdam rebus insistens:
planius sibi de hiis. in theodoti
libris dictum adiecit. Unde valerius
maximus. Nisi me tam late. et
tam patentis scientie. uerecundia te
neret: dicerem dignum philosophum. cuius
stabiliendi moris: alterius animi
prius traderetur. Ceterum gloriam: ne
ab hiis quidam. qui contemptum eius
introducere conantur: negligi. Nam
et voluminibus nomina sua diligenter
adiciunt. ut quod professione lauant:
usurpatam memorie assequuntur.
Hec est enim disputationibus efficax et
ut achademia moneat: magis ratio
num qui collisione uerborum. Licet
cum peripatheticis. non achademicis
eruscat. eo licet probabilitate de sin
gulis: maxime aperuit plato
nica. qui velati erant. fere de

omnibus dubitatio. Siquidem post mortem
platonis. eusippus. sororis eius filius.
et xenocrates dilectus eius discipu
lus. in scolam que achademica voca
batur: eidem successerunt. et ob hoc
ipsi. et successores eorum achademi
ci appellantur. a loco. sicut platoni
ci. a magistro. Ex quibus valde nobi
litati sunt greci. plotinus: iambli
cus: et porphirius: catholice ueritatis
ut dicitur pessimus impugnator. In
utraque vero lingwa. greca scilicet et
latina: nobilis extitit apuleius.
affricanus magnus: in primis. et qui ve
nustate morum. et dicendi copia:
socratico fonte: et torrente ploti
no facile redolcat. vel tenuiter sa
pienti: Ab hiis fluxerunt. et alii mul
ti qui dubitabilia discutere sic ut nulli
prudicacitur maluerunt. quam ausu
temerario diffinire. maxime cum et
cultam credere. ueritatem eorum. de quibus
in utramque partem. probabiliter disputatur.
Unde et achademicorum antiquissima
regula est: ut quisque quod sibi occurrerit proba
bile suo iure defendat.

ut enim nonnulla que sensu uel ratione
aut religionis persuadet auctori
tas. horum dubitatio. infinitatis. et
erroris. notam habet: aut omnis ignorare
et aut sol splendeat. albeat nix.
ignis calcat. homines est: sensu indi
gentis: At vero an tuaains (?). binario
maior sit. quin quod totum. et medie
tatem eius contineat. querere. et an
quaternarius sit duplus binario. in
discreti est. et cui est ratio otiosa. aut
deest omnino. Cum vero an deus sit
deducit in questionem. et an idem
potens et sapiens sit. an bonus.
non modo irreligiosus: sed perfidus

ce: et pena docente. digne construi-

primaria .1. Sunt enim in omnibus philosophicis
disciplinis quedam prima: et ut ita
dicatur tractatum verbo: primitiva principia:
de quibus eorum auctores ante dubitare
non docet licet: nisi hiis quorum la-
bor in eo versatur ne quid sciant.
Nam sicut quedam se corporeis sensi-
bus ingerunt ut apud sensatos la-
Subtiliora .2. tere non possint: quedam subtiliora
sunt ut nisi familiarius adhibita
et perspecta diligentius et pertractata
sint non sentiantur: sic sunt aliqua
tanta sui luce perspicua ut latere
non possint rationis aspectum: sed
similiter videantur ab omnibus magis
tamen et minus pro capacitate et vi-
.3. ribus singulorum. Alia quedam sunt
que quasi quodam scrutinio indigent
et quia istorum consecutiva sunt di-
ligentiusque perscrutantium latere non possunt.
Et hiis tamen et illis quedam videntur
anteriora esse: que ratio philosophie que
in fidei fundamento constituunt: petens
ut in spe proficiendi ea sibi gratui-
to concedantur. Sic et geometre pro-
petitiones quasdam: quasi totius artis
iaciunt fundamenta. deinde communes ani-
mi conceptiones adiciunt et sic quadam
acie ordinata: ad ea que sibi sunt
demonstranda procedunt. Sed et petitiones
ipse adeo consentiunt rationi: ut pro-
terve contraire videatur: quisquis eas
vel hostium non concedit. Hic tamen
nequaquam agitur de hiis que ad cul-
tum religionis pertinent: quia et ibi no-
nulla quodammodo petuntur: que ut
fides amplius valeat: experientiam
rationis excedunt iuxta illud: et si ra-
tio non exigat: debentur pietati.
Ut cum sacramentorum ubi ratio deficit
adhibeatur fides: multis beneficiis
magnisque miraculis promeruit Christus
cui non credi impium est: sicut ap-
probabilibus dissentire pertinacie est.
Experimento didicimus cum in infinitum a-
pertissimis negaverit. qui ab omni pre-
to ad omne predictum oppositum po-
ssit lucrativo contendi. Nam sicut

in edificiis uti necesse est aliquid fixum esse
et stabilium cui erigenda structura
possit inniti: sicut in omni doctrina
aliquod stabile initium procedendi
necessitas consultissime rationis ex-
poscit. Alioquin quicquid opifex ad-
iecit nutat. ac si in lubrico are-
ne aut bituminis quis edificat
aut scribat in fluminis lapsu. Nam
cum cetera certiora faciunt fidem er-
go nichil sequitur nisi aliud an-
tecedat. si motus omnis a quiete
procedit: quis potest ei probationis esse
processus: qui numquam quievit
ad nulla adquiescit. Ei namque cui
omnia eque probabilia sunt: nichil
probari potest. Sed eorum que perspicua
sunt alia sunt omnibus nota alia
doctioribus tantum communisque studii pro
facultatem. Nam numerum omnem parem
esse vel imparem ita publice no-
tum est: ut nec pueros lateat quibus
licentia etatis indulget ludere
par impar equitare in arundine
longa edificare casas plostello
adiungere mures. Hoc autem quod omnis
multiplex: quoto loco distat ab
unitate tot superparticulares sui ge-
neris antecedit hiis dumtaxat
innotuit: qui huius operam impe-
derunt. Mathematicis aut consul-
tior novit quia diversa sunt idem
quod esse et esse rei. Et sic in singulis
disciplinis quedam sunt opificibus
innotescunt: que non modo
vulgo: sed aliis philosophis occultantur.
Habet et religio quelibet principia
sua: que aut ratio communis aut
pietas persuasit: quibus proficit in
cultu dei et morum eruditio ad
celsitudinem obtinendam. Est autem
unum omnium religionum principium
quod pietas gratis et sine ulla
probatione concedit: deum solum
potentem sapientem bonum ve-
nerabilem et amabilem esse.
Nam epicureorum deum esse ne-

gantium. et tamen subiciencium omnia:
iam pridem auctore deo homine ex
plosa sententia est / Obmutet ergo
principiis. aut rebus per se notis: sive
de hiis ambigere: insensati: est aut
vecordis: sive quod deterius est cuncta
si: Sed nec de hiis dubitare licet
que ex principiis consecuntur. Dum ca
bi. sed probatum sit: Multum namque
sunt questionibus agitanda. dum
illorum ad principia: vel consequencia
eorum consequencia pateat Nam de sin
gulis istorum dubitare. non est inutile
Sit quidem in talibus. donec apprehe
dat veritate: Academicorum proba
bilium disceptatione utebantur. Cuius
cum refert: aut quorum interest. sic
semper. et omnia querebant discentes
et numquam. ad scienciam veritatis perve
nientes: quia nichil certum habere
noverant Hac ergo lege achademi
corum proscribit cicero. ut cui perhaudi
ipsorum est: dum res obscura est. querat
dum probabiliter elucescat veritas: ad
quiescat. At cum hos que sectemur
probabilia. nec ultra id quod probabile
occurrit progredi possumus: et re
fellere sine ira iracundia. et refelli
sine pertinacia. paratissimus Hec
cum duo inimici veritatis plurimum
adversantur si at vera dicenti quis
succenseat: aut pertinaciter in falsi
tatis defensione laboret Nam
ut ait ethicus impedit ira animum
ne possit cernere verum / et veritas
ipsa incarnata. recessit ab eis.
qui in corozaim et bethzaida
spiritui sancto pertinacius restiterunt:
sed et iudeos pertinacia excecavit.
ut ad hunc oculos eorum velamen te
pli teneat: quod in domino paciente
scissum est. a summo usque deorsum /

Virtus unica via est perhaudi
et eundi ad beatitudinem / et de
tribus generibus hominum et de
tribus sectis philosophorum

Veritatem quia non omnes: omnia po
ssunt. et spiritus ubi vult spirat:
et frequens est ut eorum que a docto
ribus proferuntur. multitudinis sit mul
tiplex intellectus Ex quibus socratis et
platonis. secte multe profluxerunt.
omnes tamen ad unum. sed quasi per va
rias semitas properantes. Illud at
quo omne racionabilium vergit in
tencio: vera beatitudo est. Nemo et enim
est. qui non velit esse beatus: sed
ad hoc quod desiderant: non una via
omnes incedunt Una tamen est omnibus
via aperta: sed quasi strata regia
funditur in semitas multas: Hec at
virtus est. Illuc nisi per virtutem: nemo
ad beatitudinem pergit. Citra virtutis
opera forte quis. et paulo dubio sine
operibus. ad beatitudinem trahitur sed eo
nullus: nisi virtutis passibus pergit:
Virtus ergo felicitatis meritum est feli
citas virtutis premium / Et hec quidem bona
sunt summa. alterum vie alterum patrie.
Nichil enim virtute prestancius. dum excol
pugnat a deo / nichil felicitate me
lius: dum cuius regnat et gaudet
cum deo / Sed aut hec omnibus aliis
prestanciora. quia virtus omnia agenda:
felicitas omnia optanda complectitur.
Felicitas tamen virtuti prestat. cum in
omnibus prestancius est propter quod aliquid:
quam quod propter aliquid / Non enim felix
est quis ut recte agat Sed recte agit:
ut feliciter vivat / Unde et socraticum
illud. in saturnalium libro laudatur.
Alios homines: propterea velle vivere.
ut ederent et biberent / se bibere atque
esse: ut viveret. Unum est et singulare
summum omnium bonorum / beatitudo est /
Sed ab eo est. aliud quodammodo quadam
dam collacione summum: et corpore super
ius aliis: quod ad illud quod vere
singulariter. et unice summum est. fami
liarius accedit / Ceterum ad mentis
apprehensionem: in philosophia duce humana
infirmitas convalescat / Quisquis

virgilius in Bucolicis

Quilibet vult esse beatus.

Virtus est via ad beatitudinem

Beatitudo est summum bonum

Fortitudo

Virtus

philosophia

Virgilius in Georgicis: Felix qui potuit rerum cognoscere causas / Atque metus omnes et inexorabile fatum / Subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari

Philosophia

enim sine ea ad beatitudinis viam tendit, quasi in lubrico tendens ad alta presumptuosius cadit. Unde eam divinarum et humanarum rerum compotem esse Crisippus asseruit. Nec enim quod satis posse laudari, que vicia expellit, virtutes cudit et confert, et humana infirmitate divinam quandam reparat integritatem. Et ut sensum suum expressius proferat, omnes qui non ab illa vel ad illam vigilant, quod tamen ab illa est, brutis animalibus dicit esse conformes. Mirum et stupendum contra naturam miraculum: in corporibus humanis brutos homines esse.

3 genera hominum

Tria vero genera hominum qui homines sunt; alios enim brutos esse asserunt.

Fruuntur / Accedunt / Aspirant

Alii enim iam iocunditate sapientie perfruuntur, et hii sapientes sunt; alii accedunt ut fruantur, hii sunt philosophi; alii aspirant ad accedendum, scilicet qui non dum sunt et esse philosophi concupiscunt. Constat enim esse tempore plurimos qui non dum philosophantur et vitam philosophorum si non opere saltem desiderio emulantur. Ego sententiam eius tanto securius approbo quanto eam michi videre video sancti spiritus auctoritate subnixam, dicente propheta: Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Sapiens fruitur

In quo michi tres premissos ordines manifeste videtur expressisse. Unde enim Plato sapientem dicit esse cultorem dei, quis alienus habendus est sapiens quam ille qui moratur in iustificationibus domini: et inlicentem se conscientia bonorum operum vere felicitatis saporem tota mentis aviditate iam pregustat et sentit. Procul dubio nequaquam illius expers est cui agnita beatitudo dulcescit et ei concupiscibilem cumulus adest, qui minima gustat et videt quam suavis est dominus.

Philosophus accedit

Philosophus autem tamquam interior dirigitur illuc ut sapiat eodem auctore amator dei est et vicia subigens usque ad veram beatitudinem possit accedere. Hec enim homines beatificant, si et vincendum solvantur vincula; quasi quibusdam gradibus contemplationis lucidum et indeficientem fontem boni dicitur inniscere. Felix qui potuit rerum cognoscere causas, et ut ait poeta: Nobis ubicumque fuerimus placent incitamenta virtutum. Felices anime quibus has cognoscere primum inque domos superas scandere cura fuit. Credibile est illos pariter vitiisque locisque altius humanis exeruisse caput. Non venus et vinum sublimia pectora fregit officiumque fori militieve labor. Non levis ambitio perfusaque gloria fuco magnarumve fames sollicitavit opum. Admovere oculis distantia sidera nostris etherque ingenio supposuere suo. Sic petitur celum, non ut ferat Ossam Olimpus summaque Pelion sidera tangat apex. Nullum enim officium est militie aut domini quod non philosophia pertractet: quippe que sola excludit vicia et sine qua nichil recte vivit homo.

Ceteri pe. Sicut autem moratur in iustificationibus, id est in contemplatione mandatorum dei, sapientem facit, nam et propheta dicit: a mandatis tuis intellexi; sic animum contemplandi aptare eadem philosophia necessarium est. Hec sunt qui non dum contemplent aptantur contemplandis, approbantque quod suspiciunt in aliis, et in actore deo desiderant conformari. Est ergo genus eminentissimum eorum qui in iustificationibus occupantur. Secundus quorum animus expeditus est et ad ipsum cum amore occupatus in illis. Infimus qui desiderant expedire ut has ipsum concupiscere possunt: quod et si adhuc non sunt, desiderant tamen esse philosophi. Horum personam induerat propheta dicens: Concupivit anima mea d. i. t. i. o. t. Eius namque

Sapiens – fruitur
Philosophus – accedit
Aspirans – aspirat concupiscunt

tanta est pulcritudo. Quod si ut ait
plato. uideri posset oculis corporis:
amores sapientie. inestimabiles homines
inflammaret: adeo quidem ut primo
aspectu. uniuersi omnes in amorem
In libro quintiliani de institucione oratoris. septima discrecionis clavis ponitur amor doctorum. quo preceptores ut parentes amandi sunt et colendi. Sicut enim illi corporum. ita et illi quedam sunt genitores animorum. non quidem de se spiritus propagando substanciam: sed quasi sapienciam mandatorum mentibus gignunt. in melius reformando naturam. Et hic quidem pietas studio plurimum confert. Nam et libenter audiunt quos amant et dictis credunt. et eis similes concupiscunt. et pio facientes affectu in ipsos cetus scolarium. leti alacresque conveniunt. Emendati non irascuntur. laudati non erubescunt ut sint. et ipsi karissimi studio mereantur. Nam ut doctorum officium est docere: sic auditorum prebere se dociles. Alioquin neutrum sine altero sufficiat. nam sicut hominis ortus ex utroque gignencium est confectus: et frustra sparseris semina. nisi ea permollitus foverit sulcus. ita eloquencia coalescere nequit. nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hec quidem quintilianus in preceptis eloquencie. sed multo melius sunt ad institucionem sapiencie applicanda. Perfecto nec eloquencia. nisi preceptorum sapiencie comparatur. et in forum

illorum qui aures audiendi habent. non modo ridiculosos sed quodammodo vesanus irrupit: quecumque philosophi ut loquentur diligencius non instruxit. Preter alias claves. quas ad intelligenciam scripturarum. ticonius posuit in lucem profertur liber qui de doctrina christiana inscribitur. sed ne quamquam istis obviat. omnes porro versantur in una istarum. eas itaque studium querendi complectitur. Ceterum de tradicione gentilium: sermo fuerat institutus. ita tamen ut ad institucionem fidelium. ex opposito referatur. Una tamen est et singularis. et quasi clavium clavis illa que aperit. et nemo claudit. claudit et nemo aperit. et sine qua ad intelligenciam veri nullus accedit. quam quisquis non apprehendit. aut non tenet: potius insanire crediderim: quam philosophari.

In quo Epicurus et sui summum bonum constituant, et quod per multos labores itur ad voluptates

Multa quidem sunt et difficilia quibus philosophancium probatur virtus: quia ad summum non est iter: nisi per ardua. In spe tamen perficiendi omnia mansuescunt. et dum labores pensantur utilitas. mens ad omnia roboratur. Et quidem ad summum tendunt omnes: sed via dispari. Nemo tamen ut opinor. illuc sine labore pertingit aut tendit. Cum enim sint tres philosophancium secte. que et ipse scinduntur in secunitas multas. omnes et si dissimiliter laborant. tamen in assequendo finem quem statuunt. Ubi quidem epicurus et totus grex sodalium eius. vitam beatam asserit. que semper tanta iocunditate letatur ut tristicie et perturbacionis non metuat. vel ternis motus. Vera quidem diffinicio est. et quia nichil potest esse rotundius. Ab ea tamen plebs que eum sequitur. defluxit in voluptates. reputans se carnem vesti. beatissimam esse futuram. Agi-

De 4or clavibus Ticonii

Epicurus

Wm li. 2 c 26

Nichil prope ... dici quod ... pervertere ... possit

esse autem in persuaderi nequit
hoc aliquem habuisse. de sancte
Socratico. qui tantam morum de
cent puritatem. ut apostolus cre
ditus sit. non humanum modo. sed
divinum spiritum habuisse. Sed quia
facile est. amore vel ore. nisi pi
entium dicta optima depravari ad
compendium iniuriae tracta sunt. que
salutis esse debuerant instrumenta. ad
siquidem opinata et ... hoc utique
sedatus homo non sentit. quam amoe-
noris ... vel est iocundius vel suavius
parasitica vita: aut eorum qui epu-
lantur quotidie splendide. qui venus
estuant. splendidis vestiuntur vesti
bus. denique omnia que mens. lingua
manus appetit. cogitare loqui et
facere. et in nullo contraire sibi. aut
motum reprimere ipse voluptatis vi
tam esse hominis. vera et summa felici-
tate gaudentis. Sed inquid hec sine
labore reperiuntur. quod obtines ne sit
vincantur. veritatis ... fortis
interiacet ut rebus itaque ceteris
adhibendum. opulentia necessaria est. hijs
cum egens ita non vitibus. quia desunt
aut parat sepe ne desint. sed potenti-
am esse inter multos competitores.
et tanta eventus aviditate. eas for-
tune aspectabit. Omnibus itaque opus
est. ut serventur. Exigitur ergo
ut potentia. Neque hec gratis. idem
sine labore. et sollicitudine adquiritur
et in hijs contempni. durum quidem
est. et intollerabile. eo quod amor eo
modi mutatus est homo. ut etiam
qui non agit. ut bonus sit. bonus
videri velit. et in estimacione sui.
aliorum errare iudicia. Nam ut bo
nus sit non commodi quidem. sed in
sti amor efficit. Queritur er
go vendica commercium. sed hoc pa
nisi fame beneficio protenditur
leniter evanescit. At illam que
gloriam parit. et propagat exul
tis surgit articulus. sed ma
xime a virtutum operacionis

convalescat. Patet ergo. quam laboriosus
sit transitus ad beatitudinem per voluptates.
que sufficientie causa. divicias conge
runt. ut potenciam intrantur ampli
tudines. querunt dignitates ad re
verenciam. ad fugam contemptus. et
conciliande celebritatis gratia. aspirant
ad gloriam. Hijs in omnibus. non
ea vita. quam epicurus describit.
ad quibus. et que tristicie sit. et
totius perturbacionis ignara. Aut
cum hec. in unum quelibet. non con
currit. quos pollicentur effectus
Immo et sepissime. tam qui re-
gione consistant quoniam votis
contraria operantur. Si michi non
credis: liber de consolacione philosophie.
revolvatur attencius et plane
cernet hoc contrarium credere. Et licet
liber ille. verbum non exprimat incar-
natum. tamen apud eos qui veneran-
tur. non mediocris auctoritate
est. ad reprimendum qualem excul...
vate ... dolorem. congrua eius
medicamenta conficiat. Nec inde
quidem. nec grecus sub pretextu religi
onis. medicine declinet usum
ad sapientibus in fide. et in perfidia
despicientibus. sit nunc racionis con
fectio artificio perficiat. et nulla reli-
gio quod misceat abhominari audeat.
nisi qui ... est. Sine diffi
cultate profundus est in sententijs.
in versibus sine lenitate conspicuus.
orator vehemens. efficax demonstra
tor. ad id quod sequendum est. ... probabi-
liter suadens. ... quasi stimulo ... im
pellens. Si hunc ut necesse est ad ge
neris ... ista laboriose nimis
queri ob aliud: et ... gratia
... Illud in ...
queritur gratia. ... et com
pendiosius poterat inveniri. si
non aliunde quam a se queratur
Etiam fere malicia invalescente
non queritur. sed ... du-
cibus ... : etiam si occurrat

Nam cum omnia bona sapientie acce-
ssoria sint, ipsam quoque constet super
salutem et omnem pulchritudinem ap-
petendam, ipsa ceterorum collatione vi-
lescit, et sola sunt accessoria eius
in precio. Ceterum cum philosophatur ut sa-
piat, nam ut rebus habundet ac
temporaliter floreat, vendibis multos. et
si non philosophatur tamen philosophos imitari velim
facilius est ut dicie philosophantem impe-
diant: quam ut philosophie compendia conferant. Deo
enim et mammone fideliter non servitur.
Nec necessarium ut quisque propria deserat:
ut paupertatem spontaneamque ample-
ctatur, ut studio vacet. Nam philosophia
ipsa labor videtur inutilis nisi
fructus opulentie consequatur. Alios
ut sciant curiositas excitat, alios
ut scire videantur elationis stimulo
vanitas urget. Alios ad questum
cupiditas inflammat. Rarus est
qui caritatis aut utilitatis pede sa-
pientie vias scrutetur ut doceatur aut
doceat. Nam ad immunde volup-
tatis aut vane utilitatis incrementa
omnia referuntur. In hiis enim finis
est anime aberrantis. Philosophia interim
viatica est, pauciorum tamen quamquam
via longe videtur esse compendiosior.
Nam ut dici solet: amor nugarum ne-
minem unquam divitem fecit.

Qui solas divitias congerere credunt. 16
nichil in vita potius credi vo-
lunt: vitia quidem ceteris protulerunt ut
eos indulgentia compleatur. Iussa
probantur a divitiis. Nullum enim piacu-
lum est si spes dolosi animi refulge-
at. Ipsa fere namque vivat amor
pecunie: et res pene impossibiles
ad possibilem redigit facultatem.
Avaro nichil vile videtur aut sordi-
dum, et sibilante populo semper con-
solatur, immo et sibi applaudit:
simulat nummos contemplatur
in archa. Petronianum illud in
gestum omnibus credas. Quisquis

habet nummos, secura naviget aura:
fortunamque suo temperet arbitrio. Uxorem
ducat Danaen, ipsumque licebit Acrisium
iubeat credere quod Danaen. Carmina com-
ponat, declamet, concrepet omnes et
peragat causas: sic quoque Catone prior.
Iuris consultus paret, non paret habeto-
que esto quicquid servius et labeo. Multa
loquor: quidvis nummis presentibus op-
ta et veniet. Clausum possidet archa
Iovem. Quid itaque questum faciat nulla
pars mundi videtur inaccessibilis et ipsius
torride zone estum maior avaritie
ignis contempserit. Unde est quod hic mutat
merces surgente a sole ad eum quo
vespertina tepet regio. Hic toto impe-
tu fertur in hostem: concutitur horre
cruento: Itala mors venit: aut voit
terra leta. Alius superbis gaudet assi-
dere liminibus ut ex familiaritate
maiorum facilius ad opes que deside-
raverat accedat. Si plus versatur in aliquo
ministerio: sui autem sufficit vel minima.
Curiola curialium esse conscriptum. Sola
quidem conscripto questuosa est ut ini-
unctum locum parsimonie facit. quam nullum
vectigal uberius. Quis enim commodissime
parcat: que loculi exhibent alienum? Mi-
litatur maurra usque ad canos, immo
et illos consumit curia. Ubi ipsa est ut que
curia perduxit ad canos domum redeat
vel exclusus. Si emigraverint: fame pe-
reunt: quia ut ait Sydonius eos non tam
bonum pascit quam panis alienus. suavior
enim est: et quoddam ab alieno immane
dulcedinis habet. Nescit uti suo qui
semper avidus est alieno. Si honesta fun-
guntur officia: pasti partes non erubescant
complere vel mimi. quemvis indignam
patiuntur: antequam evocat: apud Var-
ronem Trebium cogetes discumbentem.
Nam et hunc idem propositum et semper cadu-
cus est: ut bona summa putet aliena
vivere quadra: et ea patienti perferre
animo: que nec Sarmentus iniquas Ce-
saris ad mensas nec vilis Gabba tu-
lisset. Innumerabiles vero sunt quibus
palam aut clanculo imperatur ad questum.
Et quos non subigit amor pecunie interdum
superat cupiditas specierum: equos vestes.

Auaricia est { immoderatus appetitus aliena / tenacius sua conservare.

ames armatas: venaticos canes.
innumeros greges armentorum. et pecorum.
et variam mundi supellectilem. quem per
singula avare curas humanas excedit.
plerique pecunie perscrutantur: et totius
hominis vires exhauriunt. in adquiren
dis his aut tenendis. Nam in his duo
bus articulis. furor totius avaricie
constat. quod immoderatius appetit alie
na. aut sua tenacius servat. Et qui
dem immoderatius appetit. quisquis.
quod decet. legem necessitatis excedens et
usus exposcat. tenentur quoque avi
dius: que usui subtrahunt. Ea vero
que sine usu possessoribus elabuntur.
inutilia sibi esse. quis dubitat. avariciam
vel ullo modo fugiendam. sed detestan
dam constat quod a celestibus procul secta
tores suos: a consortio divinitatis. et
visu celestis beatitudinis removet. et
elongat. Omnia siquidem que celesti
bus vicinniora sunt minus cupiunt.
et congregant pauciora. Volatilia ce
li. neque serunt. neque metunt neque uel.
neque congregant in horreis. neque pe
num construunt. sed omnem excludunt
sollicitudinem crastini. E contra mu
res. et reptilia congerunt in futurum
et in cavernis perhibentur esse. quibus
terra est in cibum. et eadem parte vivunt.
timentes neque eis terra deficiat. in quibus
tamen ipsa procul dubio resolventur.
Censeat unusquisque quod vult. ego ava
rum posse fieri compotem voti. non
credo. nisi forte. et eciam. fame
licum. et siti aridum. et languente ple
ne voluptatis iocunditate frui cen
seat. Siquidem ceterique famelicus
est: sed periculosius esurit avarus. qui
semper indiget. et saciari non potest.
Avaror cum est hiatus mentis quem corporis.
et hunc nisi semper. deus infundat: omnino
nequit impleri. Nam cum una spiritualis
virtute propria sit corporalia complecten
dat. ut nulla quantitate distendat.
ut res una loco occupato. altera
impedimento sit. quo minus illa con
hondatur. et quo plura concipiuntur.
eo pluribus locus est late clausus

est. quia res corporalis. duas que spiritus
est. implere non potest. Totum enim undique
angustum est ad hanc quantitatem. Ergo quo
patent. cum in eo toto anima non qui
escit. nisi forte in augusto clausum
ergastulo. spinis suppositis incuba
tem. eciam quiescere nobilem opi
natur.

Celitiac nituntur aliqui. et
si non maculam edibilem tamen
avaricie notam. Nam et ab alie
nis videntur abstinere. et suis cum
res exposcat. libere uti pati sunt:
Sed tamen de fonte malorum. oritur
aliquam venam vena. quo semitas
eorum. a beatitudine vere felicitatis defle
ctat. Sicut enim in orto deliciarum
de uno fonte oriuntur flumina: que
fecundant suavissimi odoris agrum.
cui dominus benedixit: sic in loco hor
roris. et vaste solitudinis in terra
scilicet oblivionis. quem illi inhabitant.
qui sui obliviscuntur in mundo ve
lut stupidus. ludorum vanitate.
captus in theatro. quasi de fonte
uno omnia pullulant. capita vicio
rum. aut putei cupiditatis est. Nam
vero sicut patrum diffiniunt auctori
tates. ut dicitur cupiditas est. amor
eorum quos quis amittere potest invitus. Eo
aatur ei stulticia comes. suaden
do amari. et queri. quod teneri non
potest. Et est stulticia. eorum que facienda
sunt: viciosa ignorancia. Secundum
librum magni Augustini. de libero arbitrio
Competit si cum nescias. quod sciri non
potest. in nomine stulticie mihi cadit.
at cum sui ignorancia. quibus teneri
convincit ad stultos: si in bonis. que
minora patenter sunt. maioribus
prefert. stulte indicat. Si vicia se
quens propter suam delectationem faciat:
stulticie maledictione dampnatur.
Si ergo error fuerit cupiditate sic
causas: precipitium multiplex via
patet. non aberrare potest ut homo.
quid sit sequendum ignoret: et ipsum

1. ad Thi. 6. Radix omnium malorum est
cupiditas

inimicis abeuntem. formam cupidita-
tis inflammet et quod adhuc peius
est verba iniquorum. dum homo se
condicionis ignarus. et debite subiecti-
onis detractans iugum. fictam quandam
affectat libertatem. ut possit omnia
sine metu. et impune. quod vo-
luerit facere. et quodammodo eam esse
sicut deus. Non tamen quod divinam
velit imitari bonitatem. sed deum
dando impunitatem malis: ad
suam vult maliciam inclinare. De
radice ergo superbie. surrepit ambi-
cio potencie scilicet cupiditas et ho-
noris. ut hinc vires habeat. et
ne spernatur. hinc proveniat reveren-
cia. non vilescat. Nemo enim est qui
non gaudeat libertate. et qui vires
quibus eam tueatur. non optet. nil
est. quod non impunitatem eius in-
veniat. si locus assit. Servitus enim
quedam ymago mortis est. et libertas
securitas vite. Inde est quod ad conci-
liandam potenciam. effundunt opes.
et quanto quis potencie cupidior est:
tanto eas facilius expendit. Cum
vero potencia nacta est: erigit
in tirannidem. et equitate contemp-
ta: nature et condicionis consortes.
inspiciente deo deprimere non veretur.
Et licet omnes occupare non possint.
principatum et regna: a tirannide
tamen omnino immunis est aut nullus aut
rarus. Dicitur autem quia tirannus est
qui violenta dominacione populum premit.
Sed tamen. non modo in populo. sed in
quantumvis paucitate potest. quisque
suam tirannidem exercere. Nam et si non
populo. tamen quantum quisque potest dominatur. Non
enim de hiis institutus est sermo. qui sunt
animo animi defecati. et subiec-
cione cotidiana gaudentes. aliam
immutata posse refugiunt. Vita potius
politicorum exprimenda est. Numquid
michi dabis in illos. qui non ve-
lit. vel una potencia anteire.
Rarus est qui nolit sibi ius esse in
aliquem. Rarus est. qui sic subditum
tractet. sicut se vellet tractari.
si subderetur. Dum ergo ambicio

innotescit. calcata equitate. prodit
iniusticia. tirannidis percursus ceterum
omnia quibus illa crescit exequuntur. Cui
ergo fines non prevalet. viribus nititur
alienis. Est videre quamplurimos ante-
pos statum. honorum processus. adherere
potentibus. se reipublice immixtos
immiscere temptantes viam. qua
se possint elatiore vel gradu in al-
tum tollere. quo palam possint aut sal-
tem posse. racione consorcii videantur.
Effundunt propria. labores immensos
aggrediuntur. et perferunt. instant absequiis.
et blandiciis sollicitant quos
captant non verentur. Nullum ergo of-
ficium gratuitum est. Non dux. aut iudex.
centurio. aut decanus. seducet pro-
curator campo. nisi ad precium fiet. Et
hec de prophanis tolerabilia. dum que
publica sunt. ambicio non corrumpat.
Nam quoque publica sunt. pietati
debent et fidei conservari. Ceterum
hec ambiciosiora sunt. et vix a-
liquando gratis in aliquem cadunt. Quid
poterit de hiis. que sunt ab insti-
tucione. tamen supra dicta sufficiant.
Domesticas calamitates. et thala-
mum sapiencie. corruptum fornicato-
ribus. et sanctuarii interioris rece-
ssum. in prostibulum permutatum: sine ge-
mitu et lacrimis nequeo deplorare.
Domus namque oracionis deo prohibente
negociacionis facta est domus: et tem-
plum fundatum in lapide adiutorii:
in latronum speluncam versum est. Si-
quidem cuilibet data est iurisdictionem.
aliis palam. aliis clam occupantibus
eam. Nam et ipsam occupanti concedit.
eo forte quod in unius bonis est. Non
est enim inventus vir probatus. qui accin-
gatur gladio. super femur suum. ad
presumpcionem ambicionis reprimendam.
Illa namque. machinas multiplices eri-
git ut eam expugnet. nemine defen-
dente. Alius de nobilitate confisus.
aut viribus prestatum. violenter in
sedem irruit. et si forte pulsat ad ho-
stium. parietem. aut limina. sub fores
non veretur. Nam et sedicionem

contrectabit in moyses . et alienum ig-
nem in templum inferret . et vasa
sanctuarii contaminabit Alius spatiis
in latitudine divitiarum . simone
ducente ingreditur . non invenies ibi
qui eum et pecuniam suam . ire iubeat
in perditionem Alius in muneribus . ad
petrum reformidat accedere . clauso
tamen . per impluvium auri : ac si per te-
gulas impeter illabatur . ingrediens
danes . sic in sinum ecclesie . perinde desce-
dit incestus Alius obsequio . qui mu-
neris ignarum adest : at si obsequia
non credant in muneribus reuocem Pro
facto nullum indignus est numquam quam cu
homo . seipsum . homini devovet servi-
tuti Alium collusione quadam . voca-
tis liberalitas prevenit . sed postmodum
collatam gratiam . suo giezi plenius
compensabit Alius agit ne ipsum pu-
lsare oporteat . sed ad ingrediendum
compellatur invitus . et quasi ab
nubilam lucernam dei . ut eum impune
irrideat fraudulentus . Dum siquidem
alius simulavit . Ambitionem namque
multis indiciis prodidit . et se dudum
potentem . insignem . velle fieri co-
fessus . sed alia via . sed in alio statu .
sed in minori periculo . maiore libertate
Voluit esse nobilis inter laicos : aut
certe magnus in clero Ubi hec principum
curiarum . quesivit gratiam . familiaritatem
iniit : ab eis quascumque suscepit
functiones Utrimque forte plateas
aut consignandi suscepit officium aut
civilis custodiam . et publicas claves
erarii . aut vacationis varias cau-
tiones : aut si aliud nequit : ut tre-
dibus prefectus obtinuit Non tamen
quod ad eum pertineat de egenis . aut
de pauperibus curam gerat . sed quia
fur est : et loculos habens . quos ava-
ritia solvit ad tempus . ut sub
ymagine pietatis . eos sacrilegus
faciat et de mendicitate et mor-
te egenum . preciatas sibi divitias
paret Si cum vere compassionis mo-
veretur affectu . sua fidelius . et
utilius pauperibus erogaret . Quam

ad dispensationem aliam . mercator
impurus accedit Nam palam emunt
omnia nisi modestia venditoris
impediat Adeo cum sacris altari-
bus avaritie prophanus iniunctus ardor
ut hi omnia quasi quadam parodia
permutant . et quia per se non veniunt
in commercium : licite et iuste credunt
adquiri . si permutata fuerint aut co-
Compta Crudeum Nunquid in foro
approbante pretore . non veniunt . que
iure antiquo . sic possident a laycis .
ut transeant ad heredes . et titulo do-
nationis . aut permutationis alicui
ab eis . Ius ergo advocationis . aut
patronatus ecclesie . quod prohibet distra-
hi . Nam quod beatus ambrosius . heresim
simoniacorum . quinti dicit in talibus
permutationis detrectum nisi prestantur esse
et quod in sola utilia . et inter hunc bar-
dos debeat obtinere . At constitutio
apostolica inhibens . ne illi qui dum
ecclesias ambiunt . quo facilius sub-
introeant . ius advocationis querunt
admittantur in ecclesias . quarum ad
vocatio fraude quesita est . ad hunc
dictum referunt . et nequaquam esse ipse
fundi : sed pro loco et tempore dispensandum
Ut eum ait beatus Cyrillus . in epistola
ephesine sinodi : dispensationis
modus . nulli umquam displicuit
sapientum Si dispensationis mo-
dum queras . probabilis quidem est
si erga divites . erga nobiles .
erga potentes . aut curiales ri-
gor canonum temperatur Nam de
moribus ultima fiet mentio . et
istis lex canonum nequaquam posita est
Iustitie siquidem liberi sunt . et eo
dicuntur spiritum ut necesse non habe-
ant esse sub lege Statuit ergo lex
quod placuit latori Nam isti
privilegii participalis . gaudentes
beneficiis . que sibi ambiunt . sibi co-
petere opinantur Episcopos ad prima
beneficia obligant . et de futura suc-
cessione . pacisci non verentur .
Restat itaque . ut tristi pactio re-
pleatur eventu . et illius qui sp

committetur et datur in nece-
ssarium ambit successionem. Si cum
adhuc movetur. adulantur. ve-
xant et multipliciter conterunt posse-
ssorem. Possessio namque parit
adversarium actioni in rem. Si vero
quispiam praelatorum. sive conductici-
us minor. eis pro voto. non ob-
audierit: amaras illico audit
hystorias eo quod indignum. et con-
tumeliosum sibi reputant. si tps
et inhonesta petitio. repulsam
alicubi passa fuerit. Ergo. diversarum
sectarum feruntur remigio. Indi-
ficant in provinciis singulis. vix
quot nidos habeat. vel ipsum sci-
unt. Diurna ad peragranda ali-
cuius orbis plagas eis comparantur
hospicia. et in tanto numero: vix ipso
spaciolo uno donabitur horridu-
lus comes. Nam si quis hoc fecit.
probate liberalitatis est virtutis et in-
signis prudentiae. si quis tot quot
cuique suo contexit altaria: ut quasi
ritu Memphitico. cotidianas
hostias. novis possit altaribus
immolare. noluit in sacerdotio
onerari. et servire altario. qui
de altario vivunt. Ne ut populus
arguit dicam lupinant. Sed perso-
natus quosdam introduxerunt.
quorum iura. ad aliud onera. ad
aliud referuntur. emolumenta. et
non apostolus dicat. qui non laborat.
non manducet: qui minimum meri-
tus plus percipit. et labores alienos
ociosus. aut flagiciosus ingredi-
tur. Quis ergo dicat in hac emenda-
bienna. cum non vos sacra sit. sed
prophana. symoniam posse committi
hunc cum ut vulgo dici solet. per
argenteum pontem. turpiter a sor-
dibus: que tuscutem. vel ponte
aureo prosequitur.

ecce ad aliquid pretorium pro-
uendum. aut cogitur aut con-
ueniuntur. talia ut dicat hosti dome-
stico. amice ascende superius. Stupi-
di itaque obstupescunt. nomen digni-
tatis abhorrere refugiunt omnes. et
ut audiunt impellantur: more
ut dicitur arietis. ut fortius feriat
retrocedentes. cum suspiriis: gemi-
tibus et singultibus. interrumpenti-
bus simulantes lacrimas. retroce-
dunt. Nolo siquidem etc. qua scilicet
hos trahit. et compellit invitos:
et quos notat ambitum repellit. Ni-
titur ergo rationibus. et auctoritatibus
docere quae eos oportet. non doceat.
Non sum inquit medicus. et in
domo mea. non est panis. nec pe-
nes me thesauri sunt. Unde in
novitatis articulo. nova et vetera
indigentibus proferam: Possum uti
quod uti excusatione prophetica: quia lo-
qui nescio. et quia puer ego sum.
et si non aetate. tenera tamen scientia.
ut levitate morum. Sordidis vestibus
ab initio indutus sum: et eas nun-
quam sanguine agni. aut vestibus.
studui dealbare. Numquid ergo
sancta tractabo pollutus: aut quod sa-
cerdotem oportet. polluta mundabo
Nam legem indesinenter contempsi.
et scandali. increpante Ezechiele.
Pollui non cessavi. Mea ergo pre-
varicatio: populi deceptio est. Ruina siqui-
dem populi: sacerdotes mali. Facti
sunt enim in laqueum populi. existen-
tes in specula. et sicut rethe extente
sunt. ad involvendas animas. Detestetur
me Aggeus parabola mistica. sacer-
dotum proclivium exprimens et male
doctus. quia populus. a sacerdotum
moribus. facilius vicia contrahit.
quam virtutes. Interroga inquit
sacerdotes legem. et dic eis. Si tetigerit
sancta. vel sanctum contigerit.
alicuius vestimentum. si sancti-
ficat enim ex eo quod contingit:

Et cum dixissent sacerdotes quia
nos sanctificat. dixit ad eos rursum
Si inmundicia contigerit vestimentum
mei. utrum polluat eum. Et dixe-
runt quia polluit. Tollerabilius
ergo est me mori. Ipsius eo sunt vi-
cia quia in multos vicium diffi-
di pestem. Adhuc si persona esset
insignis. quamquam laudabilis. si non certe
curie nexibus illigatus: me in-
theas durissime repellit ab aditu.
non serens syon edificari in san-
guinibus. et urbem in iniquitate.
principum suorum. hec aut nulla e-
aut compulsa. aut simulata ele-
ctio hanc quoque preterea. precensa di-
sputacione prosequitur. postremo
se promoveri non posse. sine suspicio-
ne. symoniace pravitatis. cum
ob hoc ius. et auctoritatem sig-
lli. aut comitis curulis. aut servi-
li emisse videatur: liceat alia-
mente. ad obsequium potestatis. sicut
presens testatur deus: qua dilatum ho-
norem respuit. teste consciencia
accesserit: et affectans ut per hoc
sine onere. sortietur honorem.
Aplicans quoque sanctiones repli-
cat et revolvit. quibus sepe testatum
est. ut a sacris ordinibus et omni
promocionis spe arceantur: qui unquam
secularis curie eunt officia: et
qui coles. aut sorules obscanda
cones. principibus prestant. aut quorum
electio. non est a clero in ecclesia. et
sine promulgacione cuiusque mundane po-
testatis canonice celebrata. Eos
si aliter electum fuerit: suo periculo ana-
thematis universalis ecclesia. prohibet
consecrari. Unum principium moveo.
noviss siquidem immemor sum. in
causa simili egregium facinus. egi-
sse memoratur Henricus fuerit
an robtus robustus non multum re-
fert. Unum ambiciosus quidam mo-
nachus: ad abbaciam quam perme-
rat vocaretur. et ille modesti-
am simulans. ut audivimus pete-

omnes refugeret recusaret hono-
rem. et se palam tante rei fatetur
indignum. plane inquit princeps.
indignus es. quia certe clarum data
mihi tanta pecunia. summam quam
expressit. emisti sed qui quidem pre-
non stat. quoniam pactio impla-
liberum me haberi iustum est. et tu
dominum videas. et qui dignus est.
Destitute perficatur ecclesie. sed nunc
hec longe aliter succedit. excusa-
tori ambicioso. hec enim. et alia
quamplura multiplicat. ut credatur
nolle. quod appetit: et tandem grate
accipe quod petiit. Unde tamquam
cor modestie singularis. rapit-
trahitur. et ad kathedram. co-
clamantibus turbis. concinentibus
choris. multitudine pressus. deduci-
tur. Nec prodest ignobilitatem pretendisse
carnis. aut sanguinis. eo quod impera-
tori non queritur successor. sed
piscatori. fabri filio: non augusto
Sicque accurata excusacio perdit. et
religiosus ex comunia. electo quod
dignitatis ascendere diucius recusat
rursus cum noluisse. qui distulit.
que vero de canonibus sibi opposuit.
habita racione. loci. temporis. et
persone. simili via. tendencium ad ho-
nores socia multitudo dispensat
Si de pueris uti nequeunt. aut
preteritis. futurum vaticinatur perfec-
tum Sicut callidus mango. dum qui-
durius preclusit equum. aut pul-
lum probitatis incognite. gradarium
promittit in futurum. et fructus gre-
ssibus. mollius incedente. precur-
sor laude. in stabulum incauti emp-
tatoris extrudit

[A]liqui
consistunt ex regione quasi lumi-
19 necquaquam dissimulantes
propositum. sed ambicionis. quasi ut
dici solet. insignia preconatus predi-
catorum deridet ignaviam. velut

militiam . qui militie sue titulos non
audeant profiteri . Hii licet impuri
sint et nec vitam suam velint corri-
gere . nec sciant instruere alienam .
nudis . ut dicitur pedibus . statim
irrumpunt . in sancta sanctorum . panes
domini propositionis . et carnes agni im-
maculati . assas igne passionis in
cruce . non modo illotis . sed pollutis .
si dici liceat manibus tractaturi
¶ Hii sunt qui licet primo aditu ac ia-
nuis . habeantur indigni : continuo
tendunt ad sacerdotium : festinant ad
thuribulum . et repulsis ceteris . sic sacris
altaribus incubant . ut iam non ad
formam . et exemplum probatorum plebi .
ordo ille videatur institutus . sed oc-
casio quedam . in habundantia
et scurrilitate vivendi . Nec putatur
officium . de stricto iudicio dei obno-
xium . sed scientia quedam . et minus
despicienda administratio . Credas
illud poeticum . voce preconis . omnibus
commisse clamet : exsolvemus sta-
bies [Jude c] quod omnes . qui in stadio
agone contendunt . anhelantibus
singulis : ne spatium accipiat alter .
¶ Votis ergo . et si non re . plerique
sunt rectores : quam illi quos
regunt Nam qui regi volunt . pre-
parati sunt : cum quinque : ut emanci-
petur a iugo rectoris proprii . talis
viribus querat diffugium . privilegio
siquidem apostolico . aut regio precepto .
plurimi tuti sunt . ne iudicibus
suis obtemperent . ne iustitiam faciant .
ne legi dei subditi sint . non repre-
hendo clementiam apostolice sedis :
sed hanc indulgentiam cuius . et lic
¶ dei . non arbitror expedire : Nichil
tale . in illa . tam gloriosa familia
cristi legimus : licet et in illis . conten-
tio facta sit . quis eorum videtur esse
maior Nullam emancipationem huiusmodi
ab apostolis factam meminimus . licet pau-
lum . et barnabam . audiamus ab invi-
cem discessisse Nullam in illa super-
na civitate . que sursum est mater

nostra . contradictionis materiam credimus . sed
nec hoc esse debere . nisi urgentissima ra-
tio flagitet . De hiis enim ut pace multi-
tudinis . et eorum qui illius fovent ini-
quitate loquar . ducam quod sermo neque
subtraham veritati : aut probabilitati .
dico ergo . quod indubitanter credo . quia
hii qui effrenate sapientia . huiusmodi ema-
cipationes quesierunt . a cervice sua
iugum cristi . et patris eius . si fieri pos-
set excuterent . plus dico . immo et
quidem in ipsis est excutiunt : et divi-
ne ordinationi fallaciter contradicunt
¶ Nunquid ergo illud apostoli Non omnes prophe-
te non omnes magistri . omnes enim prophete et
magistri sunt Ita ut studium antiquum
publicum . merito dicam . quod et saul inter
prophetas . et veneranda . sanctus Gregorius Na-
zanzenus in nulla historia tradidit .
vel tantum in ecclesia fuisse numerum ministro-
rum . vel tam viriliter congregatum
Unde religioni et doctrine christiane que
obprobrium nascitur . quod sacerdotia .
vel ministeria . ambitione potius . et
ad gratiam : quam meritorum iudicio referunt
¶ Omnes itaque currunt . sed cum eo ventum
est : unus accipiat bravium . Ille qui
in cursu ambitionis aliis velocior
extitit . et qui prevenit cicius petro .
et quemvis discipulorum christo ascendit
cum illico . et omnem celeritatem festina-
te vocationis prevenit . Hii sunt qui
crebris muneribus . insistant prelatis .
laterales . et familiares eorum solli-
citant . alienum primus se commendant .
applaudunt omnibus . et ipsos magnarum
domorum : non modo officiales . sed citu-
flones rogant . ut eis locum viderent .
meminerunt sui Hii sunt amici om-
nium . et qui non se . sed amicos in se
¶ desiderant promoveri . Hii sunt qui vitam
scrutantur alienam . negligunt suam :
infulatorum annos dinumerant . curiis le-
tantur . phisicos . et genethliacos . de
fatis presidentium consulunt : librant
humores . et qui instatem appendunt .
elementa vinarium . et quos diutius
superesse conspexerint : etate nostris

diunt expectare. et terminant terminis.
iam impletos mensuram debiles etate vel
morbo tabescunt. eciam successores. cum-
bus incrustant simulatis. et quan-
doque dispote vacillancium cathedris
insidiantur. turpique interveniente com-
mercio: occupatarum sedium sepe illi-
citas impetrant cessiones. Hii sunt qui
de se vadimoniis et promovendis:
nepharias obligaciones interponunt.
et tandem cum ad rem ventum est.
immemores fidei contra fidem date
seipsos ambicionis et avaricie stimu-
lis impediunt. et repellunt. Hic ergo
plerumque dum competitorum rixa non
desistit. sapiencia dei preoccultam et re-
ctam dispensacionis sue viam. fidelem
incognitum introducit. de quo nequaquam
presserat sermo. vel cogitacio. Illi
tamen ex contingentibus nichil omittunt.
nisi forte in eo contingencia pretermi-
ttant: ut ambigendo modum expre-
dunt. sed tamen in eo: aliquis est non
expressus ubi nullus est omnino modus.
Pulsant itaque et perpetrant pravitates.
si obsequia non sufficiunt. si intercessio-
nes non possunt. vires suas ambicio
erigit. sue et aliene facultates di-
vicias ondit. iam palam loquitur.
et in montem elacionis ascendit. et
clamat: Hec omnia tibi dabo. si a
fundamento fidei cadens: procidens me
hoc siquidem credendum est. cum certum sit.
ex auctoritate sanctorum patrum. quod per
heresim symoniacam. a sinceritate fidei
corruit: quisquis in spiritualibus. id est
rebus sacris. et ecclesiasticis. nummo-
rum avaricie committit. Nec refert.
quando pecunia intercedat. in contractu
vel ante. vel post. cum omni tempore ne-
gociantes in talibus. dampnatio
Symoniace pravitatis involvat. Hic
cum a Petro prohibitum sit. ob hoc accipere.
vel dare quippiam. numquam dare. vel acci-
pere erit licitum. quod est usquequaque pro-
hibitum. ut enim ait Tharasius pat-
riarcha. dare est quemque dare. et acci-
pere quemque accipere. egregium quidem

dam in talibus accidit in apulia
temporibus meis regnante rogero
siculo. contigit vacare ecclesiam Aucl-
lanam. Campanie. apulie. et Cala-
brie. Robertus iam dicti regis can-
cellarius presidebat. vir quidem in
rebus gerendis strenuus. et sue ma-
gna copia literarum expertissimus. et
acutissimus. in summis provincialium
facundissimus. corpore non impar eloquio.
decentibus omnibus. similogio preferens
et morum elegancia venerabilis.
eoque mirabilior in partibus illis. quod
inter longobardos. quos parcissi-
mos ne avaros dicam. esse con-
stat. faciebat sumptus in mensis.
et gentis sue magnificenciam ex-
hibebat. Erat enim anglicus natione.
Ad eum utique tres viri accesserunt.
abbas quidam. alter archidiaco-
nus laycus. tercius quidam. Regis
fratris sui clericus. causam agens.
singuli clam. pro iam dicto episcopatu gra-
dem pecuniam offerentes. et nemine ulla
adhibitis familiaribus: seorsum cum
uno quoque eorum. convenit de precio.
Empcio ergo et vendicio undique
perfecta est: de solucione implenda.
sufficientissime tantum pignoribus.
et fideiussoribus datis. dies qui pre-
fixus est. eleccioni solempniter
celebrande. Cum itaque ad diem.
archiepiscopum. episcopum. et multe venerabi-
les persone convenissent: prefatus
cancellarius. competitorum causas.
et quod cum uno quoque eorum egisset
exposuit. dicens se expiande ex
eorum sentencia processurum. Damp-
natis ergo competitoribus symo-
niacis: pauper monachus. et tocius
rei ignarus. canonice electus. ap-
probatus. et introductus est. Illi tamen
coacti sunt. solvere id. in quo se ob-
ligaverant. usque ad novissimum qua-
drantem: Utinam ita agatur cum
pristinis viris. qui omnes sedes affe-
ctant: attencius quidem et cautius sig

quas edoctus . aut sagittas tamen
formellas leporum . aut ferarum late
bras . deprehendat Sed cum credatur sic
excluduntur . et illi . qui dissimu-
lata ambitione ardent ut validius
irrumpant in sedem: atque sicut
ipsi fatentur . fuerant repellendi .
Sed quidem iustum erat . ut de se sibi .
contra se credatur tamen cum in eis
lateat: nemo fidelius novit plu
res tamen incautius ambiunt et
imprudenter . frustra cum ut que
intra eorum excipias . aliquem oppones
titulum Set cum procul dubio quam cla
more et conductio prevalente de
bitur convenientibus exemplis
et sanctionibus primum Regum nobilis
est sed nec parentibus extitit . aut
alicubi delectate . sanguinis glari-
amor est: iteremiam: et preciso
rem dum habens auctores . Puer est .
et monstrat seniores . a daniele
pueri condempnatas felicitatibus est
nec scolas frequentasse legitur
apud Coniugatus est . et apostolus unius
uxoris precipit virum eligendum Oy
minuria matrimonii . suas reliquit ux
orem . et Iohannes a nuptiis . ad
evangelium traditur revocatus
Expertus aut parens eliusus est . sed
aaron vicarius moysi: qui erat impe
ditioris lingue . et sacerdotum le
gitur instrasse Si moderamina
desiderantur exempla . valerius
invencio fidei et morum auctor ex
titit . et exemplar martirium consecra-
tus sectatus est . sed ozee mandante
deo . amplexibus meretricis adhe-
sit Insipiens est: sed pusillipendere
mundi decreverit deus . salvans creden-
tes Persecutor est . et petrus gladium
exercens . servi phariseis sacerdotum
auriculam amputavit . Meticu-
losus est . sed ionas ad ninivi
tes missus est accedere . thomas
ad Indos tenetur functionibus
publicis alligatus . sed matheus

de thelonio assumptus est Vinolentus
est et deditus gule . sed dominus ipse di
ctus est potator vini et vorator
carnium non ad quesit maioribus
sed et paulus in faciem restitit pe
tro . Contentiosus est et inter discipu
los ihesu facta contentio memora-
tur garrulus et linguosus facundus
habeat . cum et apostolus sic dictus
est seminiverbius: Militiam arma
tam exercuit . sed martinus inlia-
cuo legitur militasse Vir san
guinum est . sed moyses egiptium in-
terfecit et abscondit in zabulo Ma
nifestum est homicidium et samuel
preter populo rege pinguissimum
interfecit Perfidus est . et periurus . sed
petrus perfidiam periurio cumulat
Mutus est . sed hec zachariam a sacer
dotio non exclusit Cecus est sed
et paulus videre non poterat quando eum
ananias dominus consecrat Ex egestibus
culpis depositus est . sed multi tales
restituti sunt . et per modum calice dei
Corpus in perferunt Surdus est . sed hoc
cum pronunciari legem dei . non prohibet
predicator cum queritur . non audi
tor reprobus est . sed de pastore
pastorum . catholica recolit quia nec
speciem nec decorem habens apparuit . qui
excludendus videtur tamquam
leprosus et nec humano dignus
aspectu . persona despicabilis est
sed in simili repulse titulo ad-
iungus martinum . non audiunt catholica
defensorem . Errat in fide hoc
fuisse dicitur cipriani . valitudinarius
est sed gregorius in summo languore
romanam optime gubernat catholicam .
super hiis et variis est . sed talis fuit
Brictius turonensis corpore et me
bris debilitatus est sed hoc egregio
confessori pannonio legitur accidi
sse condempnacionem aniculis tulit
et filiorum zebedei petencium primatum
est petitio reprobata Heresim quis
docuit sed augustinus se manicheum fuisse

fatetur / coluit ydola. sed et marcel
linus martir insignis. in papatu
turificare compulsus est. forte non
dum est cristianus sed dum cathecuminus
esset. beati ambrosii sunt ut tra
ditur electio celebrata Persequutus
est ecclesiam dei. sed et paulus. ap
postolus. factus est predicator. electio
defuit sed et apostolo non petentibus
populis missi sunt Non vacuit
sancti sedes in qua possit intrudi
accedat presidenti. Non et augustinus
valerio yponensi. non tamen successis
se. quam accessisse describitur. Quare
vero est dispersa poterit congregare
et nimbit non distrahet congre
gata Ut peraurus commissa comple
tur. ad omnia ineptus sed sam
psom mandibula asini philisteum
expugnavit Potens est et inde deus
de lapidibus suscitare filios habrae
Est adhuc dubium esse non debet.
quod kathedra episcopalis. sanctos reci
pit aut sanctos faciat Nam et cum saul
inunctus esset in regem insiluit in eum
spiritus domini prophetavit quod et mutatus
est in virum alienum. Caiphas quamlibet
sacrilegus. et qui cum iudeis conspirave
rat in necem salvatoris cum esset ponti
fex anni illius prophetavit. ut constet
ipsum ab officio prophetie gratiam quam
de moveat accepisse Cum ergo sedes
suavis et dulcis dignum est et sine
labore omnia desiderabilia conferant
cum nec superflua sollicitudo est dies
laboriosos. et noctes insompnes
ducere. ut ad sacrum presule accedat.
Dulcius est iacuisse thoro tenuisse
puellam treicias digitos incrpuis
se liram. Aut si hoc nimis videtur
arduum ipsum tactus lire sonum elia
cus suum laborem habet. et indu
striam exigit tamen est exultare
gestiente ad sonum lire et voce ca
nant et portas omnium sensuum volup
tatibus aperire Histerium pharaonis
studia deridentur si quid audit
incognitum quod prophanum sit condepnatur

aut si inodicus est contempnitur Nam
ut ratione aut auctoritate reprobetur
frustra expectatur Si ratione vel
auctoritate utitur: consuetudinem
quam abrogant et quod sectantur obiciunt
Dicunt quod precium alterum ad alterum. Hoc
est cur pallet. cur quibus non prandeat
at pallet. Hoc est. doctores qui tuos
cunctis tenuisse licet. et psallant in
sobrios: hii qui bibunt vinum Verum
ambitione tanta episcopalis dignitatis
dumtaxat oppugnatur. eo quod iam summus
et minimus. eadem est dicendi presiden
di quod libido Cum cum aspirare non au
det ad kathedram. pari aviditate et
eisdem machinis perfectus archidiaco
natus. et alias aggreditur dignitates
Indulge ei modicum audebit ampli
ora. procedet paulatim. rem in secus.
quod audentes fortuna iuvat. et ti
mor animos convincit esse degeneres
Nemo repente turpissimus fit Si paulu
lum successerit eis nichil est quod se
fieri posse non speret Tandem ita
quod quod petitur optinetur. sed ut dici so
let. deo irato Tunc crassos tra
sire dies. lucem quod palustrem. et si
iam misera vitam gemere relictam
Novam ergo concipiunt sollicitudinem.
et seram. eo quod temporis iactura.
reparari non potest Quod in claust
lium pluteis continetur excutiunt
litteratorum expilant scrinia cor
rogant cedulas. verborum flosculos
legunt. orationculas conquirunt.
et modis omnibus elaborant ut
videantur scire quod nesciunt Nam
prout sciant aut in virtute proficiant
non dum solliciti sunt umbram
dumtaxat virtutis affectant. quam
semper virtuti pretulerunt utique nichil
miserius quam in alieno fulgore
gloriari et constat esse inopem
debitorem: qui solucioni celebrare
Non potest nisi novi gratia creditoris
Verumptamen sic tempus redimere gestiunt
ut tibi saturnus vere illis videatur
accurrere cum imperio ingerens humidum et molle lutum

est · iam nunc sperandus · et cui sin-
gendus siue sine vota · tibi ludi-
fluus : aures contemptue · sonat
hic vitium prorsa malique eudit ·
viridi non tota fidelia limo : hic
cum nonmodo adversus prelatos alios ·
sed omnes qui antedicendi officium
presumpserunt · quam disciplinam sororum
impleverunt · ad pigriciam operandam ·
qui stimulum libitas vitas edidit · Cum
ergo · nova et vetera proferret · qui scriptu-
rarum nova · et vetera contempserunt ·
noc est quod error generantium · sub pre-
textu ultimus expresse · quia vivendi
forma · a quinientium similitudine ne-
quaquam trahitur · sed a verbo dei · cum
unus via · bene ambulat · et erecto ca-
lle · adversae felicitatis patriam pergit · Non
quod cum quis a multis peccat · peccatum non
est · sed ideo gravius · quia cultum Nec
delinquentes culpam sociam minuit multi-
tudo · sed pergravat · eo quod vilibus suis
aut corrigatur obstat · Non tamen adusque
iusticiam dei · ambiciosorum multitudo
prevalebit · non modo divina sed huma-
na iura armatur · lex et prophetae euan-
gelium · et omnes regule patrum · illo-
rum detestantur audaciam : inextinguibilis
tamen adversus deum aggrediuntur · Eru-
besce sidon · ait mare · et tu clerice
quod sentis · tu laicus sic legibus ig-
narus · ambiciones tuas arguit et
compescit · Obstupesce propheta · cum
asina te sessorem suum revocat · et
tuos convincit errores · Brutum
al. homo stupidus · angelum videt
tenentem gladium · i. spiritum · qui latet
in littera · et tu cecus in tanto lumine
scripturarum ruis in mortem · Eru-
besce ergo · obstupesce subsiste · et
a maledictione · ad quam avari-
cia stimulante festinas · recede ·
et qui contempnis moysen · et prophe-
tas · vel asinam · quam ambicionis tue
calcaribus urges · audi · Mira-
culo siquidem opus est · Balaam

etiam · non corripit · nisi asina loquitur ·
Noli erubescere · quod te sic increpavit ·
sic possedit · fuit ipsius ignea ambicio ·
ut prophetas et divinis oraculis indicium
asine preferas · Terreris forte · et con-
tremiscas ad vocem asine · sed nequa-
quam compungeris · Hoc enim divini
verbi est et dominum illius · qui solus in
mentibus electorum ignem caritatis accen-
dit · Unde liquet quia utiliter
asinam audit · quamque verbi dei contempnit
vocem · Audi tamen et asinam uti-
lia suadentem · quia et in ea · ad eru-
dicionem tuam spiritus loquitur · Procedit
angelum · cohibentem illicitos gressus
tuos · et eum obedit tibi · Nimia via
ad honores ecclesiasticos ascendendum sit ·
que via fugienda · canones docent ·
contempnis tamen · quia in via man-
datorum dei · non vides angelum tenen-
tem gladium · ut occidat te · Eadem
incedit asina homo · cui collatum
stolidus et tardus · et qui verbi et ex-
empli tui calcaribus exigendus
est · ut faciat legem : videt angelum ·
timet et subsistit · et consilium dei ·
tibi enunciat · loquitur in casu · ita ·
Tu omni dulcedine veneracione · et singula verba
eius repone · et exsculpe in tabula
cordis tui //

a It ego imperator Justinianus 20
maxime in omnibus sunt dona
dei · a superna collata clemencia · sa-
cerdocium et imperium · illud quidem divi-
nis ministrans · Hoc autem humanis pre-
sidens · ac diligentiam exhibens · ex
uno eodemque principio · utraque pro-
cedentia humanam exornant vitam ·
Ideo quod nichil sic erit studiosum im-
peratoribus · sicut sacerdotum honestas ·
cum utique pro illis · ipsi semper deo sup-
plicent · Nam si hoc quidem inculpa-
bile sit undique · et apud deum fidu-
cia erit plenum · imperium autem

vite et competentes experiret. traditam
sibi rempublicam erit conservatura quam
bona omnia quidquid utile est. Quando
conferens gerunt. Nos ergo maiorum ha-
bemus plenitudinem bona vera dei dog-
mata. et circa sacerdotum honestatem.
quam illis obtinentibus. ordinem qua
per ea. maxima nobis dona dabuntur
a deo. et ea que sunt firma habebimus.
et que necdum venerunt adquiremus. Si
autem omnia gerantur. et completur
si vobis principium fiat decus. et amica-
bile deo. Hoc autem futurum esse credimus.
si sacrarum regularum observatio custo-
diatur. quas iusti. laudati. adorandi.
inspectores. et ministri verbi dei tradi-
derunt apostoli. et sancti patres custodi-
erunt. et explanaverunt. Sancimus
igitur sacras per omnia sequentes regu-
las. dum quispiam. sequenti omni tempore.
ad ordinacionem episcopatus perducitur. consi-
derari prius vitam eius. secundum sententiam ap-
postolicam. si honesta. si inculpabilis
et undique irreprehensibilis sit. et in
bonum testimonium habeat. et sacerdo-
tem decens. et neque ex officiali. aut
ex curiali veniat fortuna. Neque
ex idiota mox clericus. deinde prius
aliquid perfectus. episcopus appareat. aut
in virginitate degens a principio. aut
uxorem si quidem habens. ex virginitate ad
eum venientem neque filios odibiles.
alioquin. qui preter hec aliquid agit.
et ipse cadat sacerdocio. et qui eum ordi-
nat. contra episcopatum sortabitur. hac
legem offendens. Sed neque ineruditus
existens. sacrorum dogmatum. ad episco-
patum accedat prius autem. aut mo-
nasticam vitam professus. aut in clero
constitutus. non minus mensibus sex.
uxori tamen non coherens. De cetero
autem. nulli permittimus a portione
legis uxorem habenti. talem imponi
ordinacionem. Sicut bonam gra-

vel gloriam. in eo qui ordinatus
est quecumque. ita eciam in eo calump-
niam. qui frustra accusavit puni-
mus. Si autem aliquis dicat con-
sensum se esse alicuius illicitorum ei in-
prius inveniatur apud ordinatorem. qui-
que licet ex amicicia fiat. et undique
innoxius appareat. Quod si pe-
humi contradictionem non passus.
is qui ordinem facit. legittimam ex-
aminacionem. imponi cause curat
ad ordinacionem. fiat quod ab eo
sit periculo esse. Sed is qui contra
legem fit. cadat sacerdocio. et qui
sine probacione ordinacionem impo-
suit et ipse similiter sede cadat sacerdo-
tali. Item Leo. Si quemquam
ad episcopatus gradum. pervenisse eo auctore
re contingerit precibus hominum indicti-
bus. nuda electionis sentencia..
sentens omnium iudicio proferatur. Nemo
gradum sacerdotii. precii venalita-
te mercetur. qualiter quisque me-
atur non quantum dare sufficiat.
estimetur. Pro facto enim quis locus tut-
et que causa poterit esse excusat.
Si veneranda dei templa pecu-
niis expugnantur. Quem murum
integritati aut vallum fidei pro-
videbimus. si auri sacra fames.
veneranda penetralia perserpit.
Quod denique cautum esse poterit.
aut securum. si sanctitas incor-
rupta corrumpit. Cesset altaribus
imminere. profanus ardor avaricie
et a sacris aditis repellatur. pia-
culare flagicium. Itaque castus
et humilis. eligatur nostris temporibus
episcopus. ut locorum quocumque venit
omnia vite proprie integritate puri-
ficet Nam pretio sed precibus or-
dinari antistitem. tantum ab ambi-
tu debet esse sepositus. ut querendus
cogendus. rogatus recedat invitatus

tatus effugiat. Sola illi suffragetur
utilitas ecclesie sancte. Presto cum indi-
gnus est sacerdocio. nisi erat ordina-
tus invitus. Sed sane quisquis hac
se et venerabilem antistitem sedem
pecunie interventu subisse. aut siquis
ut alterum ordinaret. vel eligeret ali-
quid accepisse detegitur. ad instar
publici criminis. et lese maiestatis
accusatione proposita. a gradu sacerdo-
cii retrahatur. Nec solum deinceps
honore privari. sed perpetue quoque
infamie dampnatum decernimus. ut
eos quos facinus par coinquinat. et
equat. utrosque similis pena co-
mitetur. Item iustinianus constitucionum
novella. omnibus illud servari
sancimus. ut nullus per suffragium a-
liquis muneris. episcopus consecretur.
Siquid autem tale commissum. et dan-
tes. et accipientes. et eorum media-
tores. dampnacioni subiciantur.
Et propterea. qui dat. et qui accipit.
et mediator. sacerdocio aut clerici
honore removeatur. Quod autem
per hac causa datum est. ecclesie illi vendi-
dicetur. cuius voluit sacerdotium
comparare. Si forte laicus media-
tor. per hac causa aliquid accepit.
in duplum id ecclesie restituat. Item
Omnes quolibet venerabiles domus
gubernatorem. aut aliam quamcumque
sollicitudinem ecclesiasticam agentem.
dare aliquid illi. a quo constituitur.
aut ulli persone liceat. pro commissa
sibi gubernacione. Unde qui dat. aut
accipit. aut mediator fit. clero
mudabitur. Acceptis. vendicandis
venerabili loco. Si autem secularis
sit. qui accepit. aut mediator
est. quod datum est duplum. eidem vene-
rabili loco. a bono praestatur. Item
sanccimus id opus fieri. episcopum or-
dinare clericos. mox in tribus de-
creta facere personis. propositis sacro-
sanctis ewangeliis. dicentem ipso

decretis. quia neque propter aliquam do-
nacionem. aut promissionem. aut ami-
ciciam. hos elegerunt. sed et scientes
eos. recte fidei. et honeste vite esse.
et litteras nosse. et quia neque uxorem
neque concubinam. neque filios habent neque
Item curiales. aut officiales esse. Item
Sed neque curialem aut officialem fieri
permittimus. Unde ex hoc venerabili
clero. nulla iniuria fiat. nisi forte
monasticam vitam aliquis eorum. non
minus xxv. annis impleverit. Tales
enim ordinari precipimus. quarta parte
substancie. sibi retenta. reliquis partibus
curie. et fisco vendicandis. si in cle-
ro constitutus. monachorum conversa-
cionem. vitam impleverit. Item ab episcopis
deo amabilibus. secundum divinas re-
gulas. religiosos clericos eligunt. cum
multa fieri inquisicione. et boni te-
stimonii viros. ordinari sancimus.
litteras divinas scientes. credentes. sed
nullos magis in sacris ordinacionibus
diligimus. quam cum castitate viventes.
aut cum uxoribus non cohabitantes sed
quondam seculi principes. Nam hec eccle-
sie doctores. hec latius prosequuntur.
Que nimis videntur ardua. que
dicuntur a bono. vilescunt. utique quia
vel istos non audit. acrior est hypsica.
et dulcissima remige surdior. et qui
multo precipitandus est. prostratus ab
angelo quem contempsit. in infimum
inferiorem Dathan abiron. ignem
suo succensos. et extra tabernaculum
elatos. deo mandante. audiebatis.
sed hic templum dei. et sacra sectorum.
moyse repugnante. de lege domini
prohibente. nituntur irrumpere. Sunt
cessit eis soboles innoxia. replet altare
domus dei. alienum ignem accendunt
adolere thura nituntur prohibiti.
et dathanitarum. et abironitarum so-
cietate contracta. irruunt ut mo-
ysem. scindentes ecclesiam. sacerdocium
perturbantes. sediciones facientes
in populo. nisi ad sacerdocium

per mittantur arcendi. Cum enim sibi
conciliaverit gratiam potentum, de iure
potestatem sibi asserunt commissam: eo quod
princeps ut dicitur, legibus non subiacet,
et quod principi placet: legis habet vigorem:
Cum ergo populus ei, et in eum, omnem
auctoritatem suam contulerint, ei obvia-
re crimen maiestatis est: et maxima sub-
versio principatus: Siquidem sacrilegii
instar est dubitare an is dignus sit
quem princeps elegerit: Nec temerita-
tis effugit notam, et hunc circa agi-
si vel penam quisquis ex quacumque causa
voluntate principis evacuare paraverit.
Nullas leges credunt civilibus presen-
dis: hac Anaxarsi sententia: telis
aranee comparant: que infirma et
tenuia detinent, ceterum volatilia transmit-
tunt grandiora. Sic et iura civilia hu-
miliorum reprimunt voluptates: sed
pro facto potentioribus cedunt. Nam
ex transgressione vel contemptu legis tra-
ces non irrogat penam: sed nec
interpellatos quidem tanta dissimula-
tio perterrent. Adde his exquisita tiran-
norum exempla proponunt: quibus persua-
deant: potentibus permissa licere. Maxime
hii, si tibi locorum fuerint, ubi inve-
terata consuetudo obtineat: etiam si ra-
tioni adversetur aut legi: Narrant
quis tirannus domesticam suam, aut
familiarem in quam aliam sine electione
intruserit, quis electum ut ignotum et
indignum eiecerit terroribus et damp-
nis impulerit. quis aliam dei ven-
diderit pallam: quis metropolitanum
expulerit, reprobabilem consecravit, quis
episcopos religiosos in exilium egerit, aut
alios ab aliis coegerit exulare: Ille
aliam: et res sacras oneraverit mu-
neribus sordidis. quis indignis supp-
liciis torserit religiosos: quis vi-
lipenderit: et pessundederit clerum.
quis in provincias induxerit ferale
institutum. quis leges et canones
exterminaverit a finibus suis. quis
induxerit silentium episcopis: ut quis

flagicia impune, et sine ulla rep-
rehensione committet. quis ad usus ec-
clesie romane ditius et preciosius in-
venerit. quis omnia non tam sua quam
pensa lege titulavit. quis tandem
consueverit liberto licitum coequare.
Si quis autem in his commemorandis
copiosior est et inexplenda ma-
licia nequior: sanctior est fidei
et efficacioris industrie. Cum vero
pro utilitate fidei et sanctitate morum
de iure divino aliquid loquitur, aut
superstitiosus est aut inimicus, aut
quod capitale est principis inimicus di-
citur. quia ignis qui per septuagin-
ta annos babilonice captivitatis sub
aqua vixerat, demum extinctus
est Anthiocho vendente Iasoni
sacerdotium: aut quod beatus gregorius
testatur, quia pestilencie et fames,
concussiones gentium: collisiones
regnorum, et quamplurima adversa-
tis ~~pervenimus~~ pervenimus. eo quod
honores ecclesie ad precium vel humanam
graciam conferuntur. personis vero vilis
Si dicas Ozam percussum a domino
eo quod archam nutantem per simul-
erexit. Si regnante Ozia rege lepro-
sum fuisse dixeris Ysaiam: et eo mor-
tuo vidisse dominum sedentem super so-
lium excelsum. Si dixeris onera ta-
bernaculi humeris et plaustris le-
vitarum vectorum indicabat iniuria
et si qua sunt in lege dei similia
his agetur tecum: si non mutilat-
us retrudaris in carcerem: aut in ex-
ilium proscriptus vel condempnaberis
et tam ambiciosi quam fautores
eorum extreme dampnacionis vi-
debuntur. ferre sententiam
Unum tamen remedium tibi dominus pre-
stabit, quod cunctos sapientes et ti-
mentes deum consiliis: conservat vi-
tis. Inde est quod sentencia eorum
de te, quam auctore, non semper
obtinet. Si enim iniquis credentium fuerit
tu quasi lese maiestatis reus: hos-
tis publicus iudicaberis. Decuerit
atque publica evacuare iudicia. Et

dum professionis prezelator, ecclesiasti-
cam erigis libertatem, sapienciam sub-
iectis principum, et eos quasi stul-
tos et contemptibiles reddere machi-
naris. Pacius erit ut diadema de-
traheretur principis capiti, quam
principalis et egregie partis reipu-
blice dispositio, que in religione versatur,
illius subtraheretur arbitrio. Nam prelata
cupit Romana quisquis in urbe
Pompeium cupere parat. Et forte arro-
gancius prelatorum vota transgreditur,
qui sub ymagine libertatis principibus
appetit dominari. Nam siquis principum
superstitioni huiusmodi adquiescat, insi-
piens est, et ab illustrium regum vir-
te degenerat. David autem, sicut re-
gum narrat hystoria, et omnis Israel
ludebant coram domino in omnibus
lignis fabrefactis, et citharis et
liris et tympanis et sistris et cym-
balis; licet ei non defuerit cuius uxor
increpator. Hystoria namque memo-
rata prosequitur: Et egressa Michol
filia Saul in occursum David, ait:
Quam gloriosus fuit hodie rex Israel
discooperiens se ante ancillas ser-
vorum suorum, et nudatus est quasi unus
de scurris. Dixit quoque David ad
Michol: Vivit dominus, quia ludam ante
dominum, qui elegit me potius quam
patrem tuum et quam omnem domum eius,
et precepit michi ut essem dux super
populum domini in Israel; et ludam et
vilior fiam et plusquam factus sum,
et ero humilis in oculis meis, et cum an-
cillis de quibus locuta es gloriosior ap-
parebo. Igitur Michol filie Saul
non est natus filius usque ad diem mortis
sue. David vero sedit rex in domo
sua, et dedit ei dominus requiem undi-
que ab universis inimicis suis. Videtis-
ne quam diligenter puniri docet
hystoria huiusmodi contemptu religio-
nis cum arrogancia tumoris? Unde
devocionem fidei et humilitatis cultum
remunerat. Nam et David quietem
regni assequitur, et Michol prave
increpacionis merito sterilis obiit, et
nullum meliori generis et felicis ma-
trimonii reliquit fructum. Beate

quidem; tamen et Michol omnis aqua vel
ex omnibus interpretatur. Siquidem multi-
tudinis imperite consilium, et que popu-
lare iudicium sequitur, fructus boni
nec fecunditatem nec memoriam habet.
Verumptamen ad istos consiliarios magna-
tum audieris, nequaquam suspicaberis
Michol sine sobole decessisse. Omnes enim
filios Michol esse audies; et si non
carne, spiritu tamen contradiccionis illius
putabis processisse. Et quod istud facilius
tibi persuadeas, hii qui divinam evacuare
nituntur ut suam statuant auctoritatem,
sine liberis moriuntur, aut eos relinquunt
degeneres et ignavos. Procul dubio quis-
quis ecclesie deprimit ubertatem, aut
punitur in se, aut punitur in sobole.
Amittit gratiam filiorum, etiam ipsa cum hiis que
favore cordium prona impietas occupat.

Fit autem populi temeritate aut
licencia prelatorum, preceptis legitimis 21
et divina institucione reprimi possit am-
bicio, tamen domari non potest. Si enim in
manifesto non audet, clanculo serpit
et fraudulenter ingreditur. Si fores
ecclesie muneribus non aperiat, si necessi-
tatis aliena violencia reserantur,
confugit ad artes fallacie sue: omnia
que libertatem impugnat, que decreto-
rum statuta concellunt, et que religioni
contraria sunt, tota libertate spiritus de-
testatur. Simonem, ut simplices et
credulos circumveniat, audies vidi-
isse. Simulat et dissimulat, et astu-
ciam gerit sub pectore vulpem; stoico
quovis liberior est, Cathone rigidior
est quoque in cibo; simplicior Paulo
doctore gentium, sollicitior, fervencior
Petro; et ei vivere Christus est, et mori
lucrum; nec gloriatur in aliquo nisi
in cruce Christi, quam iugiter portat
in corpore, ut spiritus salvus sit, di-
ssolvi duntaxat cupiens et esse
cum Christo; mortificat ergo carnem cum
viciis et concupiscenciis, et non sicut
ceteri hominum, cum hominibus degens vitam

agit angelicam et in celestibus conversatur.
Clamant hii cotidie, sine intermissione
orant, clare tamen ut audiat hospes.
asperis et sordidis vestibus induuntur
et populum increpant. Arguunt clericos
de moribus corrigendis. sollicitant
principatus et prelatos testimonium sibi
adquirentes iusticie. si vite detrahat
aliene. Ut non fraus sub honestatis
specie convalescat. laudabilium virorum
collegia expetunt. arduas subeunt professiones.
ostentant difficilia. et fami-
liaris sibi proprii possibilia. et que
leviora sunt exequuntur. Se ergo
basilii benedicti augustini. aut si quis
parum est. apostolorum et prophetarum. faten-
tur successores: vestes cartusiensium.
cisterciensium. cluniacensium. induunt.
et qui dignantur esse canonici: glan-
tur in laneis tunicis et pellibus
agninis. Veniunt enim in vestimentis
ovium. intrinsecus autem lupi rapaces:
sed ut ait dominus. evidentissime cognos-
cuntur a fructibus suis. Non tamen
a fraude istorum: religionis vere de-
minuitur gloria. Nam indubitanter omni-
bus constat: quia nomina que profi-
tentur. et quorum pollicentur officia.
et honestissima et fidelissima sunt.
Nam religio in hiis: adeo vera.
adeo probata consistit ut nullius re-
prehensionis aculeos refundet. Si quidem
cartusienses. quasi avaricie triumpha-
tores. preipui ubique claruerunt. cister-
cienses: beati benedicti. quem omnium
iustorum spiritu plenum fuisse constat:
precepta et vestigia sequuntur. ad
cuiusquam Cluniacenses. religionis
formam. multis provinciis tradiderunt.
et canonicis sufficere debet. ad pleni-
ssimam laudem. quod regulam eorum. opo-
rtet omnes clericos imitari. Heremi-
te quoque baptistam salvatoris. et filios
prophetarum: institutionis sue. habent
auctores. fratres templi: machabeorum
exemplo. ponunt animas pro fratribus
suis. Xenodochi. sive hospitalarii per-
curatores apostolorum sequuntur vestigia
et ad perfectionis cumulum aspirantes
in eo fidelissime audiunt christum. quod
vivunt innocenter. et omnia que habent
pauperibus erogant. In hiis tamen
omnibus. fideles inveniuntur. et re-
probi. nec ob id religionis. aut pro-
fessionis veritas. deformatur. Que
enim professio est. aut que legitur com-
munior fuisse societas. quam in qua ma-
gistra nostra recepserit Angelum apo-
stantem legimus in primis fratribus
parricidium. prophetam reprobum. apo-
stolum proditorem. discipulos christi
perfidos nec tamen corrumpitur pu-
ritas persistencium angelorum. aut mi-
nus sancta est. societas invicem diligen-
cium fratrum. aut prophete gradus est in
electis culpabilis: aut apostolatus in
fidelibus contemptibilis. Aut di-
sciplina christi. per varios errores a-
berrancium. est infamis. Sicut ergo
angelus sathane. transfigurat se in
angelum lucis. et apostoli pseudo: ad
auctoritatem apostolicam aspirabat
pocius quam ad vitam. sic et ypocrite
ad supercilium pharizeorum confugi-
unt dilatantes phylacteria. et ma-
gnificantes fimbrias. et que in
lege dei scripta sunt: nolunt con-
tingere digito. nisi ut videantur
ab hominibus: a quibus honores.
aut alterius remuneracionis in-
crementum expectant. Unde est quod fa-
ciei pallorem inducunt: profunde
ab corde trahunt suspiria artificio-
sis et obsequentibus lacrimis: subito
inundantur. obstipo capite. lumi-
nibus inclausis: coma brevi. capi-
te fere raso. voce demissa. labiis
ab oracione mobilibus. incessu tran-
quillo. et quasi gressu quadam
proporcione composito. pannosi ob-
siti. sordes vestium. et affectatam
vendicant vilitatem: ut eo faci-
lius ascendant: quo se studiosius
videntur: in locum novissimum de-
iecisse: et qui sponte sua decresce-

ecclesie compellantur inviti. Hii sunt
qui siquid macule inheserit ecclesie
dei, perpetuatur publicis aspectibus
detegunt, ut ipsi ab omni macula vi-
deantur immunes. Hii sunt qui bene-
ficia que iure dei sanctis collata
sunt perdiant auferenda. Hii sunt
qui prelatibus persuadent ut propter vi-
cia personarum iure suo priventur
ecclesie. Decimationes et primicias
ecclesiis subtrahunt, et ecclesias ipsas ac-
cipiunt de manu laycorum episcopis in-
consultis. Hii sunt qui predia a-
vita subtrahentes indigenis vicos
et pagos redigunt in solitudinem
et in suos usus vicia quecumque con-
tulit ecclesias diruunt aut in usus
convocant seculares. Que domus
orationis fuerat, aut efficitur stabu-
lum pecoris aut opilionis aut la-
nificii officina. Et quidem maiora
impune faciunt et quam cornibus
gemine potestatis ecclesiam in cunctis si-
mul quiescunt et protegentur com-
bra venti lac noli cessant. Ad e-
liam namque romanam confugiunt
que pietatis mater religioni con-
fecit. Provide quietem implorant
opem eius protectionis impetrant
clipeum ne cuiusquam possit ma-
lignitate vexari et ut se possint
plenius exhibere et civitatis implere
munus ne decimas dent apostolico
privilegio muniuntur. Procedunt
ulterius ex quo sibi plura impune
liceant, a iurisdictione omnium ecclesiarum
scipsos eximunt et efficiuntur ro-
mane ecclesie filii speciales, et tantum
nisi ut prosoro reos ubique tene-
mant. Sed tamen conveniri non pos-
sunt nisi rome vel ierosolimis.
Deinde secularium potestatum implo-
rant auxilium et eis divinam gra-
tiam pollicentur. Sunt quasi medi-
atores inter deum et homines et
eos qui venia indigent suis ag-
gregant societatibus. Confessio-
nes excipiunt et claves ecclesie

usurpantes aut subripientes pe-
tro legatis presumunt et solvere et
presbitero falcem mittunt in messem
alienam. Potentiores tamen et dici-
ores favore vel mercede recepta
facilius exonerant et pecus alienis
humeros supponentes, iubent ab-
ire in tunicas et vestes pullas
quas illi se gessisse deplorant.
Amplificant viam domini qui neminem
vult perire, quam sicut apertam et pa-
tentem penitentibus sic solis de-
sperantibus precusam esse pronunciant.
Indulgent interim hiis qui criminibus
ardentius et tenacius involvuntur
peccatis in spe, dum tamen sibi in re-
demptionem eorum aliquid porrigunt
et audacter promittunt veniam,
eo quod sicut aqua ignem ita elemo-
sina peccatum extinguit. Penitentia
quoque nunquam sera est si tamen
vera. Consentiunt ergo moribus
iniquis et prelatorum provocantes
affectionem, assentationibus ob-
turant aures hominum ne increpa-
tiones audiant prelatorum. Ad hec
rumusculos inquirunt, tumultibus
gaudent, dissidentium secreta explo-
rant, et eadem nunc ad amicos perse-
runt, nunc ad hostes, utrisque grati,
utrisque perfidi, magis tamen ad ista
videntur idonei quia ab imagine
religionis minus habentur suspecti.
Quid in palacio, quid in foro, quid
in agris expediat, quid in castris,
soli creduntur nosse, qui universa hec
pertereunt videntur tanquam qui ubique
iugiter immiscentur. Si conveniant
proceres in curia, cives in foro, milites
in expeditione, sidemque concilium
aut sinodus convocetur, precipuam
sedium partem percipiunt, condemnabilis
ista religio. Claustrorum fracta cre-
das repagula, exhausta thochia
vel senodochia et aliis venera-
bilibus examina continentium eva-
lasse. Adeo quidem se religionis
speciebus turbis et publicis aspectibus

ingerit primas kathedras: recubitus
primos. primas salutationes usurpant.
et si eas non deferas: vehementi-
ssime indignantur. Si eis obloquaris:
religionis inimicus. et vitalis doctrine
impugnator. Feras itaque patienter.
si iniurias. et dampna intulerint.
Eorum licentiam omnium: apostolica et regi-
a auctoritate obtinuisse videntur.
¶ Nam hoc et iuris eorum deberi cre-
ditur. Sane qui resistit potestati:
Dei ordinationi resistit. nec ego apostoli-
ce maiestati. et regie. arbitror re-
luctandum: Miror tamen ut fidelium
pace loquar: quid rationis sit. quod decimas.
et iura aliena. usurpare non erube-
scunt: Inquient forte: religiosi su-
mus. plane decimas solvere: religio-
nis proprium est: et eas a deo perplus dun-
taxat religiosus exigitur. at qui
eas exigunt: irreligiosi sunt. Vos
autem quis constituit iudices super eos.
aut qui estis. ut contrahatis iudicium
servos alienos. Unusquisque suo domino
¶ stat aut cadit. Stabit autem. Eximun-
tur enim tibi. apostolico privilegio. cum bene-
ficio. de nutrimentis animalium et la-
boribus suis. decimas retinent. Ne-
pe apostolis omnia licent. sed omnia ab
apostolicis fieri. nequaquam expedit.
Esto quod illi. vobis hec. licenter concesse-
rint. vos. an recte petatis videatis.
Nempe qui petit. ut quod debet. non
faciat. iusticie spontanee non obedit.
Numquid de nutrimentis Abel. Deus
non respexit: Cayn fruges obtulit.
recte quidem. quia Deo debebantur.
sed in partitione inequa. dum divisioni
aliquid subtrahit. peccatum committit:
acceptantur pro illo munera eius. quia
¶ Ceterum animalium. cum Deo proferuntur. Et for-
te de animalibus. redduntur rectius.
quia sine cultura. et cura nostra pro-
veniunt. Plus enim laboris est. in
frugibus serendis et metendis.
Non cogitur dare de suis. quibus enim
de laboribus alienis. reddibitur et ra-
tionem. Eorum multa. Multis et lon-
gis allegationibus. videntur astruere
qui alios decimas dare non prohibent.
dum ipsi ab eis dandis immunes sunt.
quia adeo religiosi sunt. quod in capite
derogare possunt: constitutioni divi-
ne: et in eo licenter. ingrati
sunt. gratie Dei: quo eam amplioribus
¶ beneficiis opprimuntur. Eorum enim
que sola gratia proveniunt. ut sunt fena.
et sponte nascentia: non censentur
obnoxia religioni. Primo quidem.
dum religio paupertate gaudebat. et
in aliorum necessitates aut resus-
effundebat. consecta inopie sue: in-
dulta sunt privilegio professionibus:
que veritate cessante. et frigescente
caritate. potius avaritie. quam reli-
¶ gionis instrumenta creduntur. Certe
enim. quia omnes hii privilegiati. que
sua sua sunt querunt. et illud quod
predicatur in publico: aut omnino
abest. aut in abditis latet. Inde est.
quod ea ad unicum compendium avaritie.
privilegia trahi conspiciat. felicis Adri-
anus. volens ea omnino revocare:
licentiam eorum. hac moderatione com-
pescuit. et que de laboribus usur-
pant. circa novalia duntaxat intelli-
getur. Gre enim gaudere poterunt pri-
vilegiis sine gravi dispendio. inter
alienis. Verum tamen est. quod tanto pat
[illegible] sustinuit. et quia patrum
canonibus refragatur: mirabile est in
oculis nostris: Milites namque templi
sui favore. ecclesiarum dispositionem
vendicant: occupant per suppositas personas. et quo-
dammodo. sanguinem Christi fidelibus mi-
nistrare presumunt: quorum fere professio
¶ est. humanum sanguinem fundere. Non
equidem. quod eos viros sanguinum dicam
tam. qui pene soli. inter homines
legittima gerunt bella: cum et Da-
vid. non propter bella. que legittime

expectabat. cuius sanguinis dictus sit. sed
propter cruorem. cuius sanguinem uocem
tex effudit. Ut enim canonibus cau
tum est laicis quamuis religiosis nulla
de rebus ecclesiasticis. legitur attributa fa
cultas. ecclesia utique vere religionis in
dicium: si ab illius rei dispositione spa
verit. quam sibi deus prohiberet. Certe
non licet. Sed nec de rapinis. non di
co ecclesiarum. sed nec quorumque si
delium nimis hospitalitatem. impleri
dum arbitror. quia panem sacrilegum
odit deus et aspernabitur oblaciones
que offeruntur ex sanguine. et quo
ciens innotatur a talibus. claudit au
res suas. ut non pateant ad preces
eorum. De hijs. que in fraudem insti
tucionis dei committuntur a talibus. ad
presens nequaquam. Immo est institutum.
licet omnino iniquum sit. quod amore pe
cunie illecti ecclesias. quas episcopi
claudunt clauserunt aperiunt. Diuina
suspensis celebrant. sepelliunt mor
tuos. quos reiecit ecclesia. et semel
in anno faciunt. ut toto anno. cerno
nens populus. ad eorum ecclesie ob
sequium. et quia toleranti non
subdesinat. ecclesiam contempnat. Insuper
et. cum ecclesia. collegiorum suorum. in
ergo ecclesias collegiorum suorum. in
ta priuatur. abolitiones criminum
portant. et interdum predicant euange
lium nouum adulterantes verbum dei.
quod annunciant. non ad gratiam. sed
ad pecuniam uincentes ad voluptatem.
non ad veritatem et tandem eum in lati
bulis sero conueniunt: Dic de virtute
locuti. dum agitur. errore. et
labore nocturno. si sic itur ad pa
tellas. et vana est. doctrina pruny.
que artam. et arduam. monstrant
viam hominum. tendenti ad vitam. Cum
vero istis ecclesia indigeret. nulli
omnino equius commouentur: qua
veri vere religiosi. in quorum in
iurias. hec omnia refunduntur. Out
reuset propterea. sed religiose professi
onis adusus hanc ypocrisis labem.

iustius amaricantur. Hos enim hoc seculo
esse dicitur ypocrite. sed et cistercienses.
aut cluniacenses. aut hij alij quorum
ventriloqui et ventilogui. habitum in
duunt. et vitam incedunt. Nam clau
strales. qui plane vere religiosi sunt.
cum professionibus seruiunt. absque malicia
simplices sunt. Nulla vita fidelior. nulla
simplicior. nulla felicior. quam eorum.
qui in claustris simul degunt. abiectam
suam gaudentes. obedientes prelatis suis.
in omni subiectione et reuerencia. nec
appetentes. sub obediencie nomine domi
natum. aut fraudandi aut vagandi
aut otiandi licenciam. vasa sua possi
dentes in sanctificacione et honore.
prestolantes in silencio. et paciencia. sa
lutare dei. a detractione. et murmure
alieni. compescentes a bore suo in quiete
verbum. quod salutare pot aras suas. gra
tia miscentes cum deo colloquia. et quasi
qui angeli terrestres sunt: tocius indaue
perturbacionis ignari. Si quid ante est.
quod eos contristare videatur. ad caritate
fraterna refendum est. qua et in celis an
geli vivi quodammodo lapsibus compaciuntur.
et super uno peccatore penitenciam agente
congaudent. Cum vero prophetas imitari
nostro tempore quo totus exinanita
est. et astream relictis hominibus ad ce
los constat redijsse. sit arduum. vita
claustralium. ceterarum professionum incomparabi
liter antecedit. aut quod melius
crediderim: rectissime et tutissime professionum.
Qui vero ad complendas necessitates
eorum egrediuntur. seculum. et in eis
fideliter versantur. et si non seculo
rum: plane utiliorem exercent. et vita
maxima. laude digni et reuerencia:
nequaquam ad epicureorum: nil ypo
critarum faccionem accedunt. Nam ypo
critas. epicureos rectissime aggre
gabiles. qui plurimam profitentur et prope
seruiunt voluptati. Cum lites foueant.
priuilegijs abutuntur. seruiant cupi-

Vita claustralis optima

ditati. caritatis officia. nequaquam exerce-
ant: propterea querat gloriam. nonne secundum car-
nem ambulat. licet se spirituales men-
tiantur. multo expectantes intuitu: car-
nis principes. futuri gehenne illius qui
spiritus est: et quia amantes gloriam intumescentes
altissimo conformari voluit. aut presi-
derectus et precipitatus est in lacum. damp-
nationis eterne. Vane insani sunt. qui
hac via incedunt. et insensibiliores
omnibus gentibus. qui et probis et vite-
bonis preferuntur. et eterne. maxime
cum ille. qui pro peccatoribus: peccatum sustinuit
fieri. et familiarem se exhibuit pub-
licanis et meretricibus. cum ypocritis partem
habere nequiverit/ qui non indige-
bant iustitia eius. quod planum est hiis
qui altercationes. quas cum phariseis
exercuit: diligenter attendunt. Utitur
tamen phisicorum exemplo locum tenere
communis.

22 Difficilium aut impossibile asserunt
Aeg. sapientes: in presenti gaudere cum mundo.
et in eternum exultare cum christo. et pla-
ne miserrimum est. torqueri cum mundo.
et nichilominus cum dyabolo flagellari.
Si ergo in hac vita tantum sperantes
sunt. ypocrite tristes. qui exterminant
facies suas. ut pro bonis hominibus appareant.
et quasi principibus tubis. iustitie sue
opera preconiantur: a deo frustra retribu-
tionem expectant/ qui in presenti receperunt
mercedem suam. De hiis enim. qui verbo
et habitu tenus honorant deum. ex sen-
tentia eius constat. cum ipse elongat
ab eis. eo quod cor eorum: ab eo elongatum
est. Et ipsa opera eorum: dispendium sa-
lutis afferunt. et babiloniorum princi-
pi. sathane famulantur. Omnia enim que
ostentationis gratia fiunt: perficiuntur
in mortem. Legimus narrat hystoria.
quod cum ezechias rex ... : per manum
De Ezechia ysaie filii amos: signum incolumitatis
et salutis: a deo accepisset. umbra
orologii. retrorsum cedente. decem gradi-
bus. quod nature videtur adversum. cum
umbra procedere soleat. non redire

misit berodach: baladan filius bala-
dan. rex babiloniorum litteras et mu-
nera ad ezechiam. Audierat enim
quod egrotasset ezechias. Letatus est
autem in adventu eorum ezechias
et ostendit eis. domum aromatum.
et aurum et argentum. et pigmenta
varia. unguenta quoque. et domum
vasorum suorum. et omnia que habere
poterat. in thezauris suis. Non fuit
quicquam. quod non monstraret eis ezechi-
as. in domo sua. et in omni potestate
sua. Venit autem ysaias propheta ad
regem. et dixit ei. Quid dixerunt
isti viri. aut unde venerunt ad te.
Cui ait rex. De terra longinqua ve-
nerunt de babilone. At ille: quid
viderunt in domo tua. Ait ezechi-
as. Omnia que sunt in domo mea
viderunt. Nichil est. quod non monstra-
verim eis. in thezauris meis. Dixit
itaque ysaias ezechie. Audi sermo-
nem domini. Ecce dies venient. et
auferentur omnia. que sunt in domo
tua. et que condiderunt patres tui
usque in diem hanc. in babilonem. Non
remanebit quicquam. ait dominus. Sed et de
filiis tuis. qui egredientur ex te.
quos generabis. tollent. et erunt
eunuchi. in palacio regis ba-
bilonis. Huius prophetie quidem hystoriam
secundum hebreos. auctore ieronimo.
veritas liquet. cum ananias azari-
as misael cum daniele captivati
sunt in babilone. ibique castrati.
ut in palacio regis. secundum morem
gentium ministrarent. nisi forte re-
pugnet. quod pueri sine macula a
rege iubentur introduci. ut li-
tteram et sermonem caldeorum. et constat
quod non tantum thezauri regis inde in
babilonem translati sunt. sed ma-
gna pars vasorum templi domini in
ierosalem. asportata legatur.
Et prophetata. Eleganter tamen
cum deus regi miraculum indulsisset.
babiloniorum dicuntur nuncii. cum

muneribus accessisse: quia tunc pa-
ruae. quibus salutatur animus con-
fusionis quidem per admirabilem cle-
menciam dei. plus eius clarius inno-
tescat. Sed tunc inprudentis est exul-
tare quia hii non modo suspecti ha-
bendi sunt: sed quasi hostes pru-
dentissimi studiosius devitandi sunt.
Cetera tamen dona serviunt. Cuncta ergo
aromata bonorum operum virtutis
aurum. argentum eloquencie. cogita-
cionum pigmenta. unguenta mi-
sericordie. et utensilium suorum aptitu-
dine ornatur. et decorem. et si qua
in thesauris bone consciencie ca-
rius et utilius reponuntur: audiat
verbum domini sciat quod pro certo. quia omnia
que militie videbantur ad gloriam
confusionis stipendium. et mortis
accepta sunt. Apud quod eciam filio-
rum successio. babiloniorum castratis
principi. quia ea que alias meliorum
virtutis habent. et fructum. domini in-
anis glorie causa sunt. inutilia sunt
actori. Christus enim remunerator ip-
pocritas aspernatur. et solus vitas
in bono cultum acceptat. cuius oculi
nullo fuco. nulla malicia perstringi
possunt: quia videt in abditis. et
cordium profunda scrutatur. species di-
scernit a rebus. ne qua superato
mendosum tumeat auro. Unde
et ypocrisis nomen accepit. que
quidem speciorum indubitata species.

potentarum autem nomen. et nota
cautissime. et fidelissime declinant.
cartusienses. et magni montis
nova professio. in antiquis robustis
culmine salvatorem primo solida-

ta. Ut quid cartusienses. cupiditati
sue. primo necessitati. limites prefixe-
runt. et modica omnibus habentibus. certam
avariciam cohibent. et ut dum ipsi
necessitati aliquid subtraxerint. ne sub
obtentu illius. quippiam avaricia
moliatur. Magnum procul dubio vicit et
inter precipuos mirandi. cum non modo
professiones. sed iam senescente mundo
in tanta multitudine labencium seculo-
rum. pauci prosperent homines. qui sa-
cietatis sibi aliquos prescripserint terminos
Necesse est semper. deesse aliquid cre-
veri. et ipse hyatus desiderii. aliquid
ulterius iugiter affectantis imperfec-
tionis signum est. Quidam dico. defectum
potius ducerim. consciencie manife-
stum. Quodam igitur modo: eo quod glo-
so prefatus est: qui providet. unde vale-
at saciari. quidem. et si neminem
vel admodum paucos gentilium asse-
cutos credam. hunc tamen nonnullos in-
stitisse proposito: certum habeo. cum et eciam
dicat. certum voto pete finem. sine
quo immensum. animi humani co-
natus perditur. et in id quod omnino
nequeat apprehendi. Porro magni
montis incole. vitam pauperem ele-
gerunt. et non modo avaricie. sed ipsius
nature. quodammodo domitores. omnia
necessitatis impia. excluserunt: abie-
cerunt sollicitudinem crastini: omnia
mundi oblectamenta contempnere. pa-
rum est apud eos: quamquam ad por-
tas eorum pulset ymaginem. exclu-
ditur et confusus abscedit. mendi-
Quippe. solus deus ingreditur cuius
innituntur gratie iactantes cogita-
tum suum in eum. qui pullos enu-
trit. et dat iumentis escam. pullis
quoque corvorum. lilia vestiat agri. et eius
beneplacitis spacientibus in se. aut constitucio-
nibus. obtemperantibus legi necessaria
prestat. ut nichil desit hiis. qui
se eius. non subtraxerint voluntati
Totam ergo sollicitudinem suam et
omnem in cunctis proiciunt. cui fidelibus
cura est: cito quod providencie demittat
angustias. ut vita eorum. tota-

nonullis temptacio videatur. Certum si-
quidem patres genus temptacionis
diffiniunt: cum quis agendorum habe-
nas divino dumtaxat committit iudi-
culo. humano vero dum auxilio desti-
tutus. Ceterum ego vitam placentem
deo arbitror: cupiditatis ignaram:
insistentem innocentie. et prodi-
gam in opere caritatis. Quid ergo
in hiis aut in illis sibi palliata
ypocrisis vendicabit. cupiditate
Eradicata. Regula namque verissima est.
quod de radice caritatis non oriuntur
mala. et de cupiditate deducta
planta nequaquam bona proveniet. Nec
est quod displiceat deo ubi sincere volun-
tatis victima immolatur / aut quod
eum non offendat. si cum qualibet pingui
oblacione ipsam eis quis subtraxerit
voluntatem. Ergo qui suam volunta-
tem facere disponit. et irritat deum
et qui sua postposita illius se subicit
voluntati: altissimum placat. Cum eo
siquidem solo. id est iusticie summa consistit.
Unde illud in evangelio iudicium
meum inquit dominus iustum est. quia
non facio voluntatem meam. sed vo-
Cluntatem eius qui misit me. Scriptum est
quoque in Leviticis. Omnis oblacio que
offertur domino absque fermento fiet.
nec quicquam fermenti ac mellis a-
dolebitur in sacrificio domini. Superbie
namque fermentum offertur et mellis.
Cum quis neglecta humilitate et amari-
tudine mandatorum. quippiam offert.
ad nutum proprie voluntatis. Cui vero man-
datis legis propriam subicit volun-
tatem. quicquid offerat tumorem fer-
menti. et mellis a sacrificio prohibitam
Excludit dulcedinem. Isti itaque proprie
voluntatis immemores quietem
iugiter. quomodo placeant ei cui
se probaverint. laudem que ab homini-
bus est contempnentes. nec haben-
tes nec volentes habere divicias que
querendi sunt habere. cum ypocritis par-
tem: quod tamen mirabilis

tam ad carthusienses divertisse. Di-
cturus est aliquis. ut a sanctorum co-
horte evolatum ascenderit. et propterea
conversus retrorsum. quid quesierit
operum testimonio declarasse. At
ille iudicium suum habet. nec tamen
unquam committere potuit. ut sanctissi-
Professionem gloriam denigraret. De ma-
gno monte neminem adhuc assu-
mi audivi sed utrumque aut unquam
assumitur. aut tales qui nullo de-
colorent actu. honorem singularis emi-
nencie vetustatem. Alii basilium
alii benedictum. hii augustinum.
at isti singularem magistrum habent. dominum
ihesum christum. Licet autem duas istas
professiones minime tamen quam meruerunt
concedam. nichil deo teste in
scilicet sigillacionem aliorum in profe-
ssionibus suis vite incedentium per-
tuli. Sancti sunt utique cistercienses
cluniacenses sancti. sancti monachi.
et canonici regulares. et in hiis
sicut stella a stella differt in clari-
tate. sunt alii aliis sanctiores. et
quamvis professionem professio antecedit
in quibus carum forte reperiantur.
qui possunt sanctis superioribus ad-
Coequari. Plane virginum primus gradus.
et singularis gloria [illegible] est. in con-
tinentibus tamen et coniugatis forte
sunt aliqui. multis virginibus preferen-
di Confessoribus martires preferendos.
catholica confitetur ecclesia. et tamen no-
nullos confessores aliquibus martiribus.
forte quo ad aliquid non videtur
Coequari. Nec est quod se aliquis
secularium. unius sancti similitudinem can-
didatis professionibus conferat. quod vix
est ut quispiam talis. vel ignavo
cenobite possit equari. Si quis
enim in nobis a septembris idibus.
usque ad pascha ieiunet omni die. no-
cturnis assit vigiliis. iugiter ab-
stineat. ab esu carnium. omnem ve-
nerem quendamque nesciat. horis
competentibus nunquam desit

aut rara. et si quo iusta causa sobrie-
tatis limites non excedat tantum
ponat. silentium custodiam ori suo. et
diurnos excessus deleat. satisfa-
ctione quotidiana. et que precipitur
in iniunctum. et sine murmure exple-
at. et non solum verborum sed et verbe-
rum acrimoniam sufferat patienter.
ut quorum tondente se obmutescat.
Clericus vero in eum. quasi virtutis egre-
gie et singularis initium hominem ad-
mittetur. et eum reverentia prosequi-
tur tamquam vere apostolicum virum et
expressum christi imitatorem. Hoc autem
est ignarum ex necessitate his faciunt
cenobite. nam in eo a studiosis di-
fferunt. quod illi ex dilectione con-
terunt ea. ad que isti stimulo necessitatis
urgentur. et sepe inviti. Sunt et
in habitu quidam quos seculares non
audeo nominare. cum nichil seculare
sit decencius in talibus. nisi quod se-
culo nequaquam amore federatur af-
fectu. Sicut enim preputium nichil est.
et circumcisio nichil. sed observacio
mandatorum dei. Sic ut religiosorum
pace dicam: monachatus nichil est.
et canonicatus nichil. mandatorum ob-
servacione deducta. Hoc igitur ta-
men presumunt. si quis legem observet
Si vero sine his quispiam observat
legem eum nequaquam dixerim
secularem. Verumptamen genera morum
religiosis sunt seculares interius.
quos vestis pulla ab aliis non di-
~~scernit~~ scernit. Pulla enim iactura
nominis nisi secularis sit et vita.
Indignantur aliqui quod de religi-
osis ego habitu secularis. et talia
tamen pretor ista promdo. et dum
commendo cenobitas. me aliis de-
trahere criminantur: Adversus hos:
non recusarem. sed benedictum appello:
qui scit gyrovagos. et sarabai-
tas arguit: sic manifeste comme-
ndat cenobitas. Auctor michi ie-
ronimus est. licet enim nonnulli

monachorum minus benigne audi-
ant. eo quod clericos quo ad aliquid in-
sius est pretulisse. Auctor est nequaquam quod
vestis nequaquam religionis dignitatem
faciat. sed in animo habitu. qui timet
deum. et operatur iusticiam acceptus
est illi. Iheronimus quoque ait. Vestes pullas
eque vita ut candidas. Ornatus
ut sordes. pari modo fugienda. quia
alterum delicias. alterum gloriam redo-
let. Non absque lineo amictu ince-
dere. sed precium linearum vestium non ha-
bere. laudabile est. Et manifeste
videtur exprimere. sectam temporis
huius. hominum scilicet qui irregularem
quandam. regularem profitentur. quos
ac ex verbis eius. possis agnoscere
audi quod in continenti subiungat. Alio-
quin nequaquam ridiculum. et plenum de-
decoris est. referto marsupio. quod su-
darium. et orarium non habeas glori-
ari. Sunt qui pauperibus parum tribuunt.
ut amplius accipiant. et sub pre-
textu elemosine: querunt divicias.
que magis venatio appellanda est quam
elemosina. Sic bestie. sic aves. sic
capiuntur et pisces. Modica esca
in hamo ponitur. ut in eo matro-
narum sacculi protrahantur. Est utique
melius non habere quam tribuas quam
ut tribuas. petere impudenter. Non
sunt fratres hospitalis et alii. quid hec
de me querantur: qui enim hic loquitur
doctor ecclesie est. et forte ad eos ie-
ronimus non respexit. Ipsi licet ego
non noverim noverunt regulam suam
Novi tamen regulam veritatis. quia
nichil constat. quia religio munda
et immaculata. apud deum et patrem.
hec est. visitare pupillos. et viduas
in tribulacione eorum. et immaculatum
se custodire. ab hoc seculo. hec autem
politicorum omnium est. et huic ad istos
agitur. si eam fideliter servant
Porro in sacro ordine dei. dignitatum
regularium: in scriptura exprimit dominus
prendebam dum in conspectu meo

semper q. a. e. m. n. p. h. d. t. mend
et mariа corrupta a turbis. et in
evangelio sedens secus pedes
dominum: ut audiret verbum eius: At ut
de ypocritis sermo claudatur, quod
Job. 20 beatus Job de hiis proruncit: proferatur
in medium. Hoc inquit scio a principio
ex quo positus est homo super terram.
quod laus impiorum brevis sit et gaudium
ypocrite ad instar puncti. Si ascenderit
usque in celum superbia eius. et caput
eius nubes tetigerit. quasi sterqui-
linium in fine perdetur. De invidis
et detractoribus.
Vere quam miser est finis ypocritarum
2x qui sacro testante eloquio
perdentur ut sterquilinium: quo in-
mundius. Frustra ergo affectaverunt
umbram bonorum operum; nam
si bona erant, revera nequaquam
perderentur. ut desideria carnis
implerent. que adversus spiritum concu-
piscunt. multa sustinuerunt. in fame
et siti. in frigore et nuditate. et
similibus. quibus xpistum prosequi non
poterant margaritam. Non enim in
sola immundicia vel gula consistunt
opera carnis. sicut apostolus ad galatas
loquens. ea in multis viciis mani-
festa esse commemorat. ut sunt. forni-
cacio. immundicia. avaricia. impudi-
cicia. luxuria. ydolorum servitus
veneficia. inimicicie. contentiones.
emulaciones. ire. rixe. dissensiones.
et similia que qui committunt. reg-
num dei non possidebunt. Sive ergo ad
finem immundicie vel luxurie. vel
luxurie vel luxurie. sive ad inanis
glorie. vel avaricie cupitum opera re-
ferantur. quia finiuntur sine suo.
mortem incurrunt. Unde idem a-
postolus Non efficiamur inquit. in-
anis glorie cupidi. invicem provocan-
tes: invicem invidentes. Haec vi-
cia. quibus falsa iusticia innote-
scit. prudenter. et eleganter ex
presserit. cum arrogancie timor. faci-
le provenit. Unde sibi preminere vic-
toriam opinatur. et livor illos in-
videat. quos superiores putas esse
vel pares. Quo quidem nichil con-
siderimus esse miserius. licet nul-
la miseria numquam moveat mi-
sericordiam: et hoc recte. quoniam
calamitas eorum qui sponte beati-
tudinem abiecerunt. Quamvis enim
comparatur eis. qui a felle ma-
licie. malunt esse miseri. quam beati.
virtutibus superiori (?) placuit:
beatitudinem consistere in virtute
et nullam. sine caritate. posse esse
virtutem. Cuius utique fructus iocun-
dissimus est. apostolo testante. qui ope-
ribus carnis hec opera spiritus. que
ad vitam proficiunt. evidenter oppo-
suit. que sunt. pax. paciencia.
longanimitas. bonitas. gaudium.
mansuetudo. continencia. casti-
tas. Qui ergo hos virtutis ramos.
a terra cordis sui sustinuit. et
radicem caritatis. de qua oriuntur
confirmant: qua nam via abstitu-
dinem pergunt. Plane nichil est.
quod magis caritatem impugnet.
quam venenum invidie. Est autem
invidia ut prius placuit: tristi-
cia ex apparenti prosperitate alicuius
iniuria. Sicut detractivi. vel presu-
mens. apparenti quorum prosperitate
contristatur: nequaquam deturpatur
invidie macula. Nam et bonis
displicet cum in prinicem multorum.
succedunt hiis qui ad mala ver-
guntur priores. Si ergo livor
bonis affligitur alicuius: planum
est. quod a caritate plurimum distat.
que sua non querit sed proximorum.
Caritas in bonis nichil suum: in ma-
lis nichil reputat alienum. Ma-
lis compatiens alienis: bona sua diffu-
dit in proximos. Nam et animos
vovit. ut idem velint. idem quod

valent / Ait magnus pater augustinus
Tolle invidiam · meum tuum est · et tuum
meum Et forte non erit aliquid meum
vel tuum · sed omnia una erunt Spa-
cium est · quod quis sibi vult adesse / idem
proximo abesse desiderat Et quod sibi
vult abesse proximo abesse desiderat Et
si non assit vel absit · inficiat cru-
ciatur Et sepe in eo quod non desiderat
quod illud proximo videt adesse torquetur ·
Bene quidem tu et eciam dicat quod in-
iustius invidia nichil est / que primus
ipsum auctorem rodit · excrucians
animum Nec leve tormentum credas quo
nullum gravius potuerunt Siculi exco-
gitare tyranni Hestem hanc licet
poetica nube figmenti · naso depinxit ·
eleganter quidem et vere Pallor
in ore sedet · macies in corpore toto
Nusquam recta acies · livent rubigine
dentes · pectora felle virent · suffu-
sa lingua veneno Risus abest ·
nisi quem fecere dolores · Vix quoque te-
net lacrimas · quia nil lacrimabile ve-
nit Nec fruitur sompno · vigilanti-
bus excitata curis Sed videt ingra-
tos · intabescitque videndo successus
hominum · carpitque et carpitur una Sup-
plicium quoque suum est / Non est autem magis
descripto · licet rei incorporali corporis
composicionem · auctor ascribat · eo
in eo figure · que sarcosegra (?) · vel
sarcographia dicitur · unde constat quod
rebus incorporalibus · corporis linia-
menta · licenter attribuit Hoc quod
pocius attendendum · quod nulla vis
hominum · aut nature · flamma restringit
invidie Nam et palladis viribus ·
et forma mota · describit invidiam ·
et sororis felices thalamos · soror
stimulata · ferre non potuit · et ut
promissam numini vel germane fidem
servaret · nullo precio potuit incli-
nari Sepe mori voluit · ne quicquam
tale videret / Ad parricidium · fratrum
in fratrem procaces excitavit invi-

dia · ut nec impune venerare licue-
rit gratiam : quam fratribus innocenti monstra-
bat insompniis Ergo servitute dam-
pnatur innocens frater · pater orbita-
te · et ut disposicionem gratie dei enervet
in se famem (?) · servitutis iugum · calami-
tatem exilii : calumpnias egipcias (?) ·
femineas pharaonis · a iusto iudice iniqui-
tas impetravit Manus ioseph in la-
boribus servierunt · et successio cophi-
ni in luto et latere · ipsisque paleis reputa-
Cum digna videas multos eisdem livo-
ris urgeri stimulis · ut quos possunt ·
obiaces opponant gratie · et disposicionem
altissimi nitantur impedire Si for-
te quod sompniando quierunt · aliqua
prosperitas obstant · reluctantur · et qui
sortem prosperitatis exponunt · si non
occidunt · incrustant ipsam sinceritate ·
et ut fratrem prosperant scelus: innocen-
cius tunicam induunt cruentatam Hanc
enim in multis video disposicionem · qui ad
omnia · felicioris aure momenta vo-
cantur Sibi quoque vellet adversari fortunam
quam alii gravius leduntur · Et ut esopo
vel aviano credas: videbis qui sibi
oculum altero erui gaudeat / quam utrique
privari proximum Nec est quamvis deliniendi
invidiam nisi miserrimus fias Cele-
bre namque est · ab antiquis proverbio · quia
Sola miseria vacat invidia Conforta-
que hominum miserima est · cui non in-
videtur Refertur plato cum eius discipuli
invideret · socrates interrogasse quo
racione posset homo declinare invi-
diam Cui socrates Esto inquit ut ter-
sites Quod ego torquentur invidi ·
alios miserie sue · volunt esse parti-
cipes undique querentes · ut noceant ·
et ipsam innocenciam : quidam putat
esse mortis ymaginem Unde nas
ut abavo distas omnes · notam i-
videndi ait · et si non aliqua nocuisses
mortuus esses Quo nichil magis
doceat · et plenum aut vivum auctoritate
vel moribus gravem Unde socra-
tes · non ille antiquus · sed quem
auctorem gestorum · cassiodorus interpretatur

Senec[illegible]
Sola miseria caret invi-
dia

bita laudet hystoria. quod ingressus Iulianus
tonsores et cocos a palatio expulit.
non modo imperatoris sed et philosophi opus
egit. Ut autem detraheret atque dilacera-
ret. neque philosophi neque principis sunt cum
eum ex quacumque causa cessant opera.
Decurritur ad maliciam detrahendi. Hec
est cotidie indubitata plerisque invidie. et
caritatem ab ecclesie manifesto iudicio prote-
statur. Et nunc quidem bona aliena
putitur: nunc minuit. mala autem fin-
git que non sunt. at magnificat
et extollit si qua sunt. caritas non
agit perperam. At hec sola pravitate le-
tatur. Cum apostolus apud Romanos vicia gentium
multa enumeraret. novissime et quasi
in culmine malorum. sive profundo-
rum vectus d[...]: posuit detractores.
eos quasi tanquam singulari nota. divine
bonitatis hostes exprimens. quasi so-
los deo odibiles esse pronunciat. De-
tractores illos deo odibiliores. nunc
ceteros esse crediderim: qui latenti
odio. ut magis noceant cuique cre-
datur fidelius. laudes predicant alie-
nas. amiciciam simulant. subiectos
tum in talem sermonis: vel modicum.
quod precedentibus tytulis adiciatur.
felix et nato. felix et coniuge pretheo.
et cui si demas iugulati crimina pho-
ci: omnia contigerant. Nunquid tanti
parricidii labes omnes non primo for-
tune dotes. sed quamvis magnifice
virtutis tytulos grandes non oblitat.
Tale est illud oratoris. Iulium fortu-
natum fateor. virum forte. et quod con-
stat. strenue egisse quamplurima. ergo
tamen pacto. iudicium repetundarum
apud iudices iustos evaserit. mira-
rer quidem. si vis eloquii eius. magis
Sed incognita. Hoc iudice verendum
est. et quodammodo speciem boni operis.
et ut ita dicam. virtutis vitam extin-
guit. Et quidem de gnatonicis et
de adulatoribus: multa supra dicta:
sed quos deteriores dixerim gna-
tonicos. an detractores. non satis li-
quet. utrumque vicium est. apud anti-
quos. crimine morte mulctatum. Rex
et athaniensis thimagoram: inter
officia salutacionis. dario regi. more
gentis illius adulantem capitali
supplicio affecerunt. et lacedemoniorum
senatus caristolum interimi iussit. eo
quod magnorum virorum carpere facta
maluit. quam palam constancia vi-
ri arguere. Hoc cum apud bene
compositos semper licuit. ut quisque
suo iudicio uteretur. palam quod re-
prehenderet. quod nequaquam recte fieri
videretur. Et quidem hanc repre-
hendendi licenciam. caritate sub-
nixam. libertas apponebat. et tunc
mordendi températ rabies. prorsus
sciat et impedit. Ceterum detracto-
res et invidos. sic in curia vide-
bis habundare. ac si in eam quasi
totius orbis sentinam confluxerit.
Non est tecius quicquid. nisi
religiosissimum sit. quod livoris sti-
mulus non attingat. Ubique tamen
qui illustrioribus claruerit meri-
tis. invidie corrupto dente rodi-
[...]urit cum fulgore suo. qui pregravat
artes. infra se positas. extinctus
amabitur idem. Sed preter hec qui dum
prelatos subditi insectantur. Hec si
aut sermonum. ita et subditorum ex-
plorandum quod querulum est: et aut se in-
iuste premi. aut indigne remunera-
ri. studia aut officia. male admini-
strari causantur. Rarus quod invenitur
eis. qui in aliquo non detrahat pre-
sidenti. et si interdum omnia recte ge-
rantur. Comitos velage. revolve
tractatos. familiam fere. semper prin-
cipis familias: videbis ingratam. At non
modo in curia. sed in scola. sed in
claustro. sed in capitolio. modum
tenent. si tum domestica vicia. sunt
moribus aggreganda: mirabe-
ris obtinere. Venerabilis pater
gilebertus herefordensis episcopus

michi referre consueuit claustralium
morem que in se ipso sic fatebatur
expertum. Cum enim monasterium ingre-
ssus esset, feruens adhuc igne sancto
quem de nouo conceperat: magistra-
tuum suorum ignauiam arguebat. Nec
mora: prior(que) in modico: misera-
cione compluvium motus est. Nolebat
tamen preesse maioribus. Paulo
post: ad priores ascendit. prioribus
compaciens: quia tempore non cessant
abbates. Factus est et ipse abbas: et
compaciens coabbates. episcoporum vicia
cepit intueri. Tandem et ipse episcopus
coepiscopis preerat. nec tamen ipsum in die
vicio arbitror laborasse: sed vir
prudens. quod hominibus quodammodo inge-
nitum. eleganter expressit. Et forte
sibi hoc prelatus prius imposuit. ut
sic laborancium turbe sponte con-
sortus benignus audiretur. Sane
Julius cesar audita catonis morte
tandem compassus est laboribus. et
triumphis extincti. et egregium tunc
rebus humanis defleuit exemplum.
Publice tamen confessus est. quod et cato
virtuti eius inuiderat. et quod ipse catho-
nis glorie inuidebat. Nunc vero ad grauis-
sime inuidie. via expeditissima sit.
senex docet inuidia dum filium omnibus
obsequi [illegible] refert. aut quod
sequide [illegible] pro angustiis. quod
dentem [illegible] uel [illegible] cauti-
ssima [illegible] uel [illegible] solidi-
ssima uitas. Alia siquidem virtute ne-
mo detractionibus declinat aculeos.
liber cum reprehensionibus [illegible]
fama nostra minime aspernatur. Licet
inter [illegible] puniantur: famosi quod
libelli. Nam mala condiderit in
quem quis carmina. ius est iudicium-
que. et aduersus quiritatores per leges
est. accepta [illegible] de [illegible]
tia presumencium. et [illegible] obti-
nuit sublato iure nocendi. De
libertatis amore et fauore. Et de
hiis que libere dicta parenti-
[illegible] maiores tulerunt. Et
de [illegible] et [illegible]

Libertas ergo de singulis pro arbitrio in-
dicat. et que sanus videt moribus ob-
uiare. reprehendere non veretur. Nichil
autem est gloriosius hac libertate. preter
virtutem. si tamen libertas vere a virtu-
te seiungitur. Omnibus enim vere sapi-
entibus liquet. quia libertas vera
aliunde non prouenit. Unde quia summum
bonum in vita constat esse virtutem. et
que sola graue et odiosum seruitutis
excutit iugum. pro virtute. que singula-
ris viuendi causa est. moriendum si
necessitas ingruit philosophi consueuerunt. At
hec perfecte sine libertate non prouenit.
libertatis quod dispendium perfectam conuin-
cit: non adesse virtutem. Ergo et pro virtu-
tum habitu quilibet liber est. et quatenus
est liber. catenus virtutibus pollet.
E contra vicia sola seruitutem indu-
cunt. homines quod personis et rebus in
debito famulatu subiciunt. et licet ser-
uitus persone quibus miserabilior appa-
reat: maiorum seruitus longe semper
miserior est. Nichil est itaque amabilius
libertate: quid fauorabilius ei. que
virtutis aliquam reuerenciam habet. Eam
prouenisse omnes egregios principes
legimus. nec umquam calcasse liber-
tatem: nisi manifestos virtutis hostes.
Verum fauore libertatis sunt introdu-
cta. nouerunt iurisperiti. et que ob
illius amorem magnifice gesta sint.
hystoriarum testimonio celebre est.
Cato venenum bibit. astruit gladi-
um. et ne qua mora protendat vitam
ignobilem: inserta manu dilatat
vulneris sanguinem quibus effudit.
ne regnantem uideret cesarem. Bru-
tus arma mouit ciuilia. ut urbem
eximeret seruituti. Apud quos sedes im-
perii. miserabili malunt bello semper
affligi. quam diu licet mitissimum
sustinere. Transeo ad infirmiorem
sexum. coniuges theutonicorum ob
amorem pudicicie. rogantes victorem
marium. ut dono mitterent re-
ste virginibus: sic quoque permittentes
concubitus futuras expertes. cum mi-
nime audirentur. proxima nocte la-
queis sibi spiritum eripuerunt. eliso
gutture. ne seruirent. aut pudi-

pro virtute moriendum

Carie dispendium patentur Si singula
fungi referre voluero · tempus ante
quam exempla desiciet : libertatis etiam
visus · exinnius est · cuique soli displicet
qui moribus similibus vivit/que libe
dicitur aut fiunt · sicut timor ita et
temeritatis exoptia sunt et dum vetat
via incedit · laudem meretur et tamen
Ac tunc sub imagine libertatis · temeritas
sensus sui · offudit vehemenciam repre
sionem intra inter vulgi quod ambit
gracior · quam sapientissimi cuiusque · animo
probabilior · ut potest frequencius · tuta
venia aliena · quam providencia sua
Viri tamen optimi · et sapientissimi est ·
habenas laxare libertati · et quelibet
dicta eius · pacienter excipere sed ut
opibus se opponit · dum virtutis iactu
ram non incurrat · Cum enim perspicua
virtus · quecumque resplendeat · Pacientie
tytulo · glosiori fulgore clarescit · Pri
marium quidam cum interrogaretur
· qualem pacem · habituri essent capti
ui primarium · sibi impunitate dona
ta : Rudit consuli romanorum · si
bona dederitis · perpetuam si malam · non
diuturnam · Etenim voce libertatis non
modo veniam rebellionis · obtinue
runt perseveratos sed et beneficium ci
vitatis romane · quia sic in senatu
Eloqui fuerunt ausus ẽ Philippus
quidam adversus ordinem senatorum ·
libertatem exuit · sequitur quod quam
rostris exprobans : alio sibi senatu
opus esse dixit : nec tamen senatoria
gravitas · moveri potuit sicut ut
prudencia philippi consulis · cum ei
a reo diceretur cum littoris pompati
iri manum · non es inquit · mi phi
lippe · michi consul · quia nec ego ti
bi senator non sum · Magni pompe
ii · inter ceteros in hac parte virtus ex
titit · Cum enim gneius piso · mallium
crispum · reum ageret · cum quod evidenter
nocentem pompeii gratia eripi videt :
iuvenili impetu · ac studio · ad accu
satorem pervenius · multa et gravia cri
mina potenti defensori obiecit · Inter
rogatus deinde ab eo : cur se pre-

des quoque non accusaret : da inquit :
et tu predes reipublice · te si postulatus
fueris civile bellum non conciaturum ·
et ego etiam de tuo · prius quam de ma
lly · capite in consilium iudices mittam
Ita eodem iudicio duos sustinuit re
os accusatione mallium · libertate
pompeium · et eorum alterum lege p
egit · alterum professione · qua solum
poterat · Gneius lentulus marcel
linus consul · cum in concione de mag
ni pompeii nimia potencia quereretur
assensus quod ei · clara voce populus est :
acclamate inquit · quirites · accla
mate · dum licet Iam enim nobis in
punesente pompeyo : id facere non li
cebit Impune tamen · tunc eximii
civis pulsata potencia est hinc in
vidiosa querela : hinc lamentacione
miserabili Eidem candida fascia
crus alligatum habenti Favonius non
refert inquid qua in parte corporis · sit
dyadema · Res eius regias exprobr
avit : cavillatione panni exigui
sed is neutra in parte mutato vultu
utrumque cavit · ne aut hylari fron
te · libenter agnosce potenciam aut
tristi iram prodere videretur Eadem
cum helvio · forniano libertini filio
imperavit · quod viderat ab inferis
ut lucium libonem · avitum pompeii
accusaret : ab inferis inquit helvius
in libonem venio accusator sed dum
illic moratus sum vidi quam plu
mos · in diversa etate · et sexu
innocentes · ibidem · de te gravissime
conquerentes · quod ipsos per hanc impor
tabilem honus · potenciamque tuam · ne
quiter condempnaveris · et eundum
pompeii pulsa · et reprehendenda
audientibus Cuius exposuit Itaque
eodem tempore · et fortissimum erat po
peyo maledicere · et tutissimum · Hoc
et dyphilus tragedus · cum agendum
ipso dictum in pompeium · manu
miseria inquit nostra magnus est
Item gaio carbone consule · in
beute sibi · obsides dari complacenti
ius · marcus castricius / libertate in
flammatus · nec minus · nec viribus

cessit · Carboni consuli · dicenti se habere
gladios respondit et ego annos habeo. Ser-
vius Galba · pro pompeio obligatus ·
cum in foro conveniretur Gai inquit
Cesar · pro pompeio genero quondam
tuo · tertio eius consulatu · pecuniam
spopondi · quo nomine nunc appellatus
quid agam · an dependam · Palam
atque aperte ei honorem pompeii vendi-
tionem exprobrando · ut a tribunali
submoveretur meruerat · sed il-
lud ipsa mansuetudine mitius pe-
ctus · eius · eciam alienum Pompeii ex
suo patrimonio solvi iussit. Pisistratus
atheniensium tirannus · cum eum uxor
hortaretur · ut capitale supplicium
sumeret · de adolescente · qui filie eius
amore succensus: eam in via publi-
ca obviam · fuerat osculatus · re-
spondit Si eos qui nos amant
interficimus · quid faciemus hiis · quibus
odio sumus · vox quidem tiranno digna ·
quam tirannus qui et filie laudabi-
liter tulit iniuriam: et laudabiliter
suam idem a Trasippo amico con-
vivis in cena · sine fine laceratus:
et animum · et vocem · ab ira cohi-
buit · et licet eum Trasippus impetu
temulentie sputo in os eius eie-
cto respersisset: filios et familiam ·
ab ultione retraxit · postera quoque die
supplicem · et voluntariam de se penam
petentem data fide in pristi-
ne gradum amicicie recepit. No-
bilissimis civibus · fortune tamen
disparis: a senatu Hyspania pro-
vincia delegatis audiente senatu Sul-
picio · humili viro · sed liberrimi
spiritus · Cum ergo senatus expectaret popu-
lus prestitisset assensum · Neutrum
mihi placet inquit · Quia alter nihil
alter nihil habet alteri nihil est
satis · eque malam licentis imperii
magistram induxit inopiam atque ava-
riciam · Romanum quoque consulem
Bruttium lusitanie imperatorem · le-
gatus · Cimbrorum · adversus roma-
num imperium arma tractantium ·
nobili gravitate momordisse potuit ·

nisi romanus esset · qui sicut populo-
factores · moderato semper amicitia fuit
sibi cum civibus · ad redemptionem liberta-
tis invitarentur · legatus federis sibi
a maioribus · quo urbem tenerent ·
relictum se respondit · non aurum ·
quo ab imperatore avaro emerent
libertatem · Paschesius iuris ci-
vilis vir · summa libertate · multa-
que sciencia · et domi forisque clarus ·
sed in solo philosophandi studio · interro-
gatus quid sibi tantam daret quod vel-
let dicendi licenciam · Duo reddit in
hominibus horret · senectute · et orbi-
tate · Quid enim timebit senex et
orbus · Pyrrus percunctatus est eos ·
qui in convivio Tarentinorum parum
honoratum sermonem · de se habu-
erant · an que audierat vera
essent · Tum ex hiis unus · nisi in-
quit vinum nobis defecisset · ista
que tibi relata sunt prae hiis · que
dicturi eramus · ludus ac iocus fu-
issent · Tam urbana crapule
excusatio · tamque simplex confessio
veritatis iram tiranni convertit in
risum · Inserat se viris liberi
spiritus · mulier barbari sanguinis · que
a philippo rege temulento in-
nocens dampnata provocarem in-
quit ad philippum · sed sobrium ·
Excussit crapulam oscita-
nti et presentia animi ebrium
resipiscere · causam quoque diligencius
inspectam · coegit iustiorem ferre
sententiam · Siracusana quedam · sola
quotidie tempore matutino votis
expetentibus · a diis · salutem gravis-
simi · et importabilis tiranni Dioni-
sii devotissime exorabat · quod ut is
cognovit · non debitam sibi · admiratus
benivolenciam · ad se vocatam · et
aut quo suo merito hoc faceret interroga-
vit · tum illa · certa est ratio inquit ·
propositi mei · Puella enim · cum gravem
tirannum haberemus · carere eo cupiebam ·
quo interfecto · aliquanto tetriorem ar-

Senectus
Orbitas

Barbara

Syracu-
sana

cem occupant. Cuius quoque furori non
diaconum magni estimabam. Tercium
te superioribus importuniorem experimur
hostem utriusque. Timeo itaque ne si et tu
eris absumptus fueris, qui tibi succe-
dat deterior. Caput meum pro tua salute
devoveo. Tam facetam Dionisius lau-
davit. et si tolerare noluerit punire tamen
erubuit. Eundem securum erit si
omnes virtutes, antiquas precipue, fere
locum libertas optinuit. Puniuntur
Romani quoque sicut aliis prestanciores
ita et ypochrisis patientiores
extiterunt, adeo quidem ut dum non
in conviviis et locis minus sobriis ca-
veatur. quisquis eam instar tamen
horret ac refugit. sobrietatis vi-
deatur ignarus. Nam et si contume-
liam habeat evidentem vel abscon-
ditam paciencia ypochrisis apud
sapientes longe gloriosior est. Quam
Crepera inde ledoriarum et scomma-
tum omnes adversus viros summa potestate
preditos experiencia exercitatissimum magis
quam lectio est. Est autem ut in libro
Saturnaliorum Eustachius docet ledo-
ria que exprobrationem et directam con-
tumeliam continet. Scomma quidem
morsus est figuratus, quia sepe
vel fraude vel urbanitate tegitur
ut aliud sonet, aliud intelligas.
non tamen semper ad amaritudinem pergit
sed non numquam his in quos iacitur
et dulce est. Quod genus maxime
vel sapiens vel alias urbanus exer-
cet presertim inter mensas et pocula
ubi facilius est ad iracundiam provocari.
Nam sicut in precipiti stantem
vel levis tactus impellit, ita vino
infusum vel aspersus parvus quis dolor
incitat in furorem. Ergo cautius
in conviviis abstinendum scommate pro te-
cta. ut si sit in eis iniuria tanta cum
pressius hereret dicta talia quam
aperte ledorie. ut hanc

Ledoria.
Scomma

angulosi quam directo continentes
tamen infigitur. maxime quod
dicta hinc visum, presentibus non
vel quo velut assensu que con-
firmat iniuria. Est autem ledoria
hinc. oblitus nec es qua salsa
Cuncta vendebas. Scomma autem
quod dictum est contumeliam esse relatam
hoc tale: Meminimus quando bra-
chio te te emungebas. Nam cum
res eadem utrobique dicta sit. il-
lud tamen ledoria est quod aperte
obiectum exprobratio, hoc est scom-
ma quod figurate. Sunt scommata
nimis aspera que quasi edentate
belue sunt morsus, ut Tullius
in consulem qui uno tantum die consu-
latum peregit. Solent inquit esse fla-
mines diales. nos consules dia-
les habemus. Et in eundem. Vi-
gilantissimus est consul noster Caninius
qui in consulatu suo somnum non
vidit. Eidem quoque exprobranti sibi
quod ad eum consulem non venisset
veniebam inquit sed nox me
comprehendit. Et de usu ledo-
rie et scommatis. et civilitate di-
citur in Saturnalibus. nunc audisse
sufficiat quod argute dictum est. quod
equum est esse correctum. Unum tamen
de scommatibus allegorici. quia in
calce libelli huius superioribus
adiectam. ad eius rei exemplum damus,
uno et altero prelio. Utitur eius
exemplis auctor regni Thaurorum
mote tenus. et filiam in matri-
monium. ad decem centum milibus
talentum polliceretur. eique provinci-
am. Vir magnus inter allegori-
andrinos. dixisset se si alter
esset. usurum hac condicione.
Audit et ego si provincias es-
sem eadem uterer. tanta
quidem consulari humilitatem

arguens: vere duabus victoriis re-
spondentia dignaque antetatia. sicut
evenit tribunitiis: liberum ergo fu-
it et semper licitum libertati parvu-
de personis: dicere de viciis quibus et nus
est. quo licet veras exprimere voces.
et quod eos inerunt. adversus duos du-
veria locutum: decembrem indiget li-
bertatem Time ergo non impetitam
veniam que ipso iure competit li-
nguas avium. et quicquid eos toto
anno vexit impune redarguint.
palam detegentes et dirimant. dudum
expletis saturnalibus. contra ve-
niam. nequaquam ad accusationem
duorum. pronorum ne prosiliant:
utor ergo libertate decembris. et
iussis tuis obtemperans. quod me et
te vexit. bucefalo inter communis.
fideliter arguo. non necesse ratione
veniam impetrare. in hiis que pu-
blice serviunt utilitati. et tue sunt
placita voluntati

uod quadrantia sub e transa- 1
mane. et de septem principa
libus viciis. et sequela eorum.
secundum beatum gregorium. et quod inanis
gloria nobilem sed ortum uod va- 2
rius est contemptor glorie. et de hiis
locis a quibus laudes viri trahitur.
et quid sit laus vera. quid prestita. que
venditur. et de moderatione largito-
rum uod omnis professio suo tra- 3
ssiones habet. et de personis qui ad
similitudinem eunuchi terentiane
sunt apud maiores glauci. et quod va
na gloria. multis mores loculos facit.
uod nullum meum peius avaricia- 4
net amari posse. qui suspectus est
avaricie. et de dubiliare sortibus libe-
ralitatis. et uter sit potior. et de com-
filio et de gellia e duobus viri 5
libris affectibus scilicet amore iusti et
amore comodi. et de sequela eo-
rum. amore scilicet libertatis. et amore
dicandi. et de comparatione cesaris.

et catonis et de allexandro. cum le
augusto et platone. et hiis qui via
de via ad gloriam pergunt e luxuria et 6
libidine. et quibus pretio mortis initiu-
et quorum sensuum sit voluptas pri
nosior. et triplici gule comminorum. secundum
portunianum et principe gule. et de co
vivio dedonis. et evandri. apud
vigilium De cibariis et sumptuariis 7
legibus veterum. ad intemperantiam co-
hercendam. et de dura cavum. secundum por-
tunianum. et de intemperantia anthonii
et frugalitate Julii cesaris. de au-
gusto. et nerone et de caligula et 8
vitellio. et metello. e communio
philosopho et quod ei simile concipiendum est.
et de sumptuariis legibus eius. uod 9
apud sacra scriptura sunt optime
civilitatis regule. et quod nichil virtute
simulius. et que sunt regule civili-
tatis in communiis observande et de
concordia egula communiandi sensu 10
et fere verbis macrobii sumpta de
libro saturnaliorum. e molestiis et 11
oneribus coniugiorum. secundum ieronimum
et alios philosophos. et de pernicie libidinis.
et de uliciis confine. et similium fi
de uod brutis insensibilibus quedam 12
appetitum conformari et quanta humani
tate cum hominis vincendum sit. et de tu
reliquorum sensuum voluptate et de fru- 13
galitatis commendatione. et nota quanti
habeat in senectute et quod frugalitas
possit avaricie suspicio devitari 14
uod nichil ad gloriam fructuosius quam lau-
de. et favore bonorum. et maxime sapi-
entum. et quod turpium familiaritas ho-
minem prodest. quam obest. et quod viro bene
facto. vel dicto gloria propagatur. onere 15
potestate aut solam. aut pectores ex
petendam. et in eadem. liberali-
tati locum esse precipuum. et quod avari-
ciam glorie pluri adversari. e quod 16
tuor fluminibus que de fonte libi-
dinis oriuntur. epicureis. faciunt
quod diluvium. quo fere mundus
mergatur. et de aquis contra-

17 ris. et vestibus Esau. In quo tyran-
nus a principe differat. et de tyranni-
de sacerdotum. et in quo pastor fur
et mercenarius ab invicem differant.
18 Ministros dei esse tyrannos. et
quid tyrannus. et de moribus Gai Ca-
ligule et Neronis nepotis eius.
19 et exitu utriusque. E morte Iulii
Cesaris. et aliorum gentilium tyran-
20 norum. Quod auctoritate divine
pagine licitum sit et gloriosum. et pu-
blicos tyrannos occidere. si tamen fi-
delitate non sit tyrannus obnoxius
interfectorum. aut alias iustitiam
aut honestatem non amittat. Om-
21 nium tyrannorum finem esse mise-
riam. et quod in eos deus vindictam
exercet. si manus cesset humana.
et hoc in Iuliano apostata. et mul-
tis sacre scripture patet exem-
22 plis. de Gedeone qui formam presi-
dendi. et Anthiocho rege. Consi-
23 lio Bruti utendum esse adversus eos
qui de summo pontificatu non modo
certant. sed et simoniace dimicant.
et quod tyrannis nichil quietum.
24 Pravos numquam assequi finem
25 suum. ne via fidelissima sit ad
sequendum quod epicurei appetunt.
Hoc vel pollicetur/

Sicut qui mare na-
vigant. illis gra-
tiam et referre quorum
beneficio pericula eva-
serint. accenduntur
ignes clamores ex-
citantur. eriguntur
et signa quibus illa vorago.
turbo carindis scopula latencia tra-
ctus et tenacitas syrtium. a na-
vigantibus queat salubriter
declinari. Sic et hiis qui ea inni-
nere denunciet. quibus salus

periclitatur humana. rectissime gratia
debetur ex merito. et qui eam meren-
tibus non rependit ingratus benefi-
cii dignus est. salutis dispendium su-
Ceterum nemo autem est qui salutem
vestris nesciat impediri. ea quod ex
amore proximorum. notari ad fugam
publice interesse. Vita siquidem
humana. quoniam fluxa. periculosior
est. nec prius vitari discrimina in
suis debeantur delictis indicijs
ad sanctam vel operam publice uti-
litatis. et tue visionis stimulis
vigeor. licet in me nichil ag-
noscam. quod attentionem gratorum
auditorum. Homo undique in nulli
cui nec vita ad conscientiam. nec
ad doctrinam sciencia. nec opera su-
perstitit ad exemplum. Unde in
me apostolus conclamat. ut ta-
ceam. dicentibus. quod nec per vir-
tutis speciosa laus est in ore peccato-
ris. Hoc hii soli faciunt quibus
vitia placent. tacentes in mor-
tem nemine renotante. aut qui
saluantur initi/sua quibus bo-
na placent. non aequo. sed quid
dicatur attendunt. et ex causis dice-
ndi. dicta pensantes. gratum habent
quicquid undecumque caritatem proficit ad
virtutem. Non ergo quis. sed quid.
qua ne de causa scilicet. diligens
lector attendat et ubi male dicta
invenerit sincerum iudex. et ut
invidie. nec odii. nec alterius a
ffectionis motu commissus testimo-
nium de malo perhibeat. et ubi bene
dispositis non me cedat. Michi pro
minimo est si omnino cenaic me. ... et
detrahit a prius quos emendare
vellem. si meum benignitatis tue fa-
vor excepit. Quicquid autem
a potentibus patiar. sperans auctore
deo. et caritate. qua vigeor ad

scribendum. multi praestante fiduci-
am quod labori meo gratia non deerit
posterorum. odio sequendum vel amo-
re in parte alterutram procul ple-
Credo quod iudicia plabuntur. Nichil
equidem puto operi ex proposito inse-
retur quod non sit ratione vel prece-
dentium scriptorum auctoritate sub-
nixum. In quibus tamen quid sequendum
sit lectoris relinquetur arbitrio
ut pro animo meo faciam vi-
tium et notam inverecundie. Sed sicut
Acteus aut tuscanus in eorum
eum castra. et quod ibi pro tela fuerit
exploratum in medium proferatur.
Natu ad eorum sectam in dubi-
tanter pertinet non statuet qui in ad
libus ipse serviunt voluntati.

Nota ergo Terentianorum familia
insignis est Traso. et licet non
exegerit primus aut omnium primus
habendus est aut non minimus
inter primos. Si namque licet incepta
sit tota gnatonicorum facto familia
et forte commigrando gnatonem
introduxerit. Eundem militis gloriosi ut
eleganter innuerit. qui et ingeni-
ta Romam et in assertione morum
Subest gnatonica trasonianae al-
tera in pendeat. et exaltata ad eo
quod ut invicem sine se esse nec pos-
sint. Nam et gnatonis opera inutilis
est si non sit miles gloriosus. et for-
te trasonis arrogantia conquiesceret.
si non eam fallacia gnatonis ex-
ceperit. Comiti forte contemporaneus cu-
nuchus. sed in eunucho fere omni vi-
tam expressit. Et eo quod elegan-
tius omnes arguit. quo caucius
fictitio argumento sine lesione per-
sonarum vitia deridendum. Si non

bellorum quorum auctorem. multi prae-
dicant cenodoxie repertores. Est autem Cenodoxia
cenodoxia ut patribus placuit gloria
inanis. que mentem inflat et an-
imos. et nichil aliud emolumenti de so-
liditate virtutis mortalibus affert.
Cum autem superbia sit totius peccati ini-
tium. hanc de se primam sobolem gignit.
Ab hac enim virulenta radice super- gregorius 31 moralium
bie septem principalia vicia oriuntur
que ideo principalia dicuntur respectu
minorum que ex hiis velud ex radice ra-
pitibus multis pullulant. Quorum
et nomina et figuras satis lucide tenera
qualiter hanc pestiferam arborem
beatissimus papa gregorius depingit in
moralibus si vacat paulisper attende.
Primos ergo ramos huius plante sic
distinguit ut sit primus inanis glo- 1
ria secundus invidia. tertius ira. tristicia quartus. 2 3
avaritia quintus. sextus ventris in- 4
gluvies. luxuria septimus. Unde et 5
salvator qui nos hiis superbie vi- 6
tiis captos doluit. ad spirituale libera- 7
tionis prelium septiformis gratie spiritu ple-
nus venit. Cum vero cetera quoque spiri-
tualia sint. duo carnalia. Unum
quodque eorum tanta sibi cognatione
iungitur ut non nisi de altero generetur.
Habent quoque ramum singuli. de se ramu- rami
sculos producentes. tanta fecunditate quanta am-
plitudine dilatatos ut mundum fere
totum in maligno positum perue op-
eriant. Nam de inani gloria inobedientia Superbia / Inanis gloria
iactantia. ypocrisis. contentiones.
pertinacie. discordie. et novitatum presump-
tiones oriuntur. De invidia odium Invidia
susurratio. detractio. exultatio in
adversis proximi. afflictio autem in
prosperis nascuntur. De ira quoque rixe. Ira
tumor mentis. contumelie. clamor
indignatio. blasphemie proferuntur.
De tristicia malicia. rancor. pusil- Tristicia
lanimitas. desperatio. torpor circa
precepta. vagatio mentis erga

Avaricia
illicita prodeunt. De avaricia prodicio
fraus, fallacia, periuria, inquietudo,
violencie et contra misericordiam ob-
Gula
durationes cordis egrediuntur. De ven-
tris ingluvie inepta leticia, scurrili-
tas, immundicia, multiloquium, hebetudo
sensus circa intelligenciam propagantur.
Luxuria
De luxuria cecitas mentis, inconside-
racio, inconstancia, precipitacio, amor sui,
odium dei, affectus presentis seculi, horror
autem vel desperacio futuri generatur. Sed
quomodo ab invicem principalia procedat
idem doctor exponit. Prima namque
Superbia
superbie soboles, id est opressam mentem
corrupit, mox invidiam gignit, quia
dum vani nominis potenciam
Invidia
appetit, ne quis alius hanc adipis-
ci valeat, contabescit. Invidia quoque
iram generat, quia quanto interno livore
vulnere animus sauciatur, tanto et
mansuetudo tranquillitatis amittitur.
Ira
Et quia quasi dolens membrum tangitur,
ideo etiam opposite actionis manu
velud gravius pressa sentitur. Ex ira
quoque tristicia oritur, quia turba-
ta mens quo inordinate se concu-
tit, eo se addicendo mala con-
fundit. Et cum dulcedinem tranquillitatis
Tristicia
amiserit, nichil hanc nisi ex perturba-
cione subsequens meror pascit. Tristi-
cia quoque ad avariciam derivatur, quia
dum confusum cor bonum leticie in semet
ipso intus amiserit, unde consolari
debeat foris querit. Et tanto magis
exteriora bona adipisci desiderat, quan-
to gaudium non habet, ad quod intrinsecus
recurrat. Et quidem singula eorum sue
pernicie afferunt fructum. Cum inanis
gloria deum, invidia proximum, ira aufe-
rat et se ipsum, tristicia solacii sit
ignara, avaricia dum pro exteriora
vagatur, caritatis sue marcescat
ieiunio. Ut vero maiori sue in-
digencia compleat: prolabitur ad

duo carnis vicia que sequuntur, in
quibus liquet quod de ventris inglu-
vie luxuria nascitur, dum in ipsa di-
stribucione membrorum ventri genita-
lia ardeantur esse subnexa. Unde
dum unum inordinate reficitur, ali-
ud procul dubio ad contumelias excitatur.
Hec quidem Gregorius xxxi moralium. Per Grego-
rium spiritus sanctus. Ex quo constat
ei qui ad salutem tendit primam
superbie sobolem expugnandam,
que dum paulisper subcreverit
omnium viciorum frutices de se ut pre-
dictum est gignit. Nam et si sit
apud aliquem quasi precipua, nequa-
quam possibile est ut sit sola. Si cum
quempiam inanis gloria stimulat, ne-
cesse est ut per abrupta viciorum precipi-
tetur. Hoc est autem quod nobile conse-
vicium, adeo quod humane fragilitatis
demulcet ingenium, ut cum sit vel
a preclaris mentibus alicuius. Nam
et ortum nobilem habet, suique dispo-
sicionis processum nescit, antequam a fa-
stigio curvat quod exaltavit. Nam
et de se invicem vicia oriuntur, at
inanis gloria ex ipsa virtute originis
sue figit radicem, in quo cum
quisque precteris pollet, in eo nisi
assit modestia gravius fallens intu-
mescit.

Vix tamen est qui vane glo-
rie non insistat et eam, que ab
hominibus est, non concupiscat laudem.
Ad hanc alii virtute, alii virtutis
ymagine, alii nature aut fortune
beneficio perducuntur. Ex hiis cum
tribus locis placent oratoribus la-
udis esse materiam. Nam ab animo
aut corpore aut extra positis peti-

debet | Porro animi bona aut corporis
aut naturaliter insita sunt aut studio co-
parata aut causaliter et casualiter
accesserunt. At in hiis etiam sunt gradus
pro dignitate eorum in quibus consistunt
et a quibus petuntur. Primus siquidem
commendacionis gradus est qui ab animi
dote procedit studiis et moribus. Qui corporis
valitudinem approbat et venustatem.
Tercius denique novissimus qui exterio-
rum continet laudem. Quod et apulei-
um docuisse superius retuli. Et laus
quidem animi vera est semper quamvis perfecta
sit tamen ei tenaciter bona que in ipso
commendantur inheserunt. Adeo quidem
ut sint inseparabilia. Certum est enim quod
invito auferri non possunt. Alias quod
vera fortasse sed perfecta esse non potest.
Corporis autem verisimilis est commenda-
cio. Sed perfecta nunquam. Nam bona
eius queunt semper auferri invito
nam cum eius et debilitari potest. Ingrati
et corrumpi. Ad venusta eorum vero pertinet
terciorum gradus est. Et nec veram nec
perfectam habent laudem. Immo nec veri-
similem sufficiat eis si vel probabilem
mereantur. Quicquid in utramque partem
flectitur facile et nisi possidentium
... innectitur usui non ad laudem sunt
quam ad vituperium proniora. Nam divicie
et potencia et gracia cum plurimum virium
dent in utramque partem certissimum faciunt
experimentum morum. Sit quod possessor ab
eis quoque melior interdum peior. Cete-
rum opera ipsa mentis aut corporis et
si simpliciter bona vel absoluta ma-
la sint vituperacionem tamen aut lau-
dem contrahunt pro arbitrio iudicantis.
Unde et interesse plurimum putat
Cicero ubicumque quis laudetur aut
vituperetur. Nam plurimum refert qui
sint audiencium mores. Que publi-
ce recepta persuasio. Docet quod in
rethoricis ut illa maxime que probant
hic esse in eo qui laudabitur

publice credat. Aut in eo contra quem
dicatur ea que omnes oderunt. Erit quod
quociens fieri poterit singulorum dotibus
Civilitas. Quod enim expedit omnes ap-
probant. Et si honestum aliud aliis vi-
deatur. Studia litterarum minus honoris
merentur lacedomonie quam athenis
forte plus paciencia. Fortitudo hiis
rapto vivere honestum. Aliis cura legum.
Frugalitas apud Sibaritas fortassis
odio foret. Veteribus romanis summum
luxuria crimen. | Eius quod qui laudat
habenda est racio. Ex opibus namque
gratuita vite sue laudem precipiat
et predicere personarum res plerumque ha-
Iudicatur vel honesta vel turpis. Si ergo
vera via id est virtute aliquis laudem co-
ciliat suo laudis innititur funda-
mento. Si vero aliunde gloriam querat
plane desipit nec ad eam quam videtur
affectare pertinget. | At inter ipsa virtutis
opera censentur grata ampliora que
de liberalitatis aut magnanimitatis fon-
te proveniunt. Ea enim favore popula-
ri clarius efferuntur et videntur esse
propria que magis ardua sunt et
que pluribus prosunt. Hiis tamen lon-
ge liberalitas antecellit que ad ani-
mi indignacionem mitigat. Detrahencium
linguas obtundit. Corda etiam ma-
nus hostiles. Et a facie hominum operit
multitudinem peccatorum. Hinc ergo
linguas hominum aut captat aut me-
tuit | effundunt premia sua, mittunt
in vulgus missilia, quinimmo emptorum
pusillis et maioribus adulantur
et plerique porum precones agentes
quosque homines commessacionibus et ebri-
etatibus insistunt mimos et histrio-
nes fovent nequissimas artes remunerant
aut admittunt nebulones maledi-
corum emptant linguas ad implendam
pravitatis sue maliciam. Dum silencium
eorum aut impudenta dicacitas male
multo donatur precio. Sunt qui in
hiis maximum et fere solum divi

carum reputat usum. si multiplicent
ollas ciborum commutationes exerceant
quotidianas si nec modum quinque nec
numerum noverit quinarium. nec ali
quam habeat regende familie ra
tionem. Item si forte videris eo
venisse. forum quocatum credas. non
prandium aut cenarum turbam.
Hec tamen apud ditissimos. licet et ma
nus inferior. in eo pro modulo suo
prepotentium vestigia imitetur. quisquis
enim fame petitor est vires suas
excedit. et non quid possit sed quid
aliis placeat attendit. et illud fe
stinat implere. Sed esto ut ad famam
pertineat. quid ad continentiam. quis
liberalitatem exerceat. qui nulli vir
tuti precludenda est via minus tamen
et professiones obscenas. fovere
Valo li. Histrionibus illicitum est et in fame refert
Valerius quod civitas Massiliensium
tante continentie custos extitit. ut
nullum aditum mimis daret in scena
quorum argumenta maiore ex parte
stuprorum continent actus ne talia spe
ctandi consuetudo etiam imitandi
licentiam faciat. Numquid ergo hone
stum est illos a christianis animo et
thos audiri in cena qui nec a gen
tilibus audiebantur in scena. La
cedemonii libros Archilochi e civi
tate sua exportari iusserunt quod eo
rum parum verecundam ac pudicam lectio
nem arbitrabantur. Noluerunt
enim ea liberorum suorum animos im
bui ne plus moribus noceret quam
ingeniis prodesset. Itaque maximum
poetam aut certo summo proximum quod
domui sibi invisam obscenis ma
ledictis laceraverat carminum exi
lio multarunt. Simili se sententia
condempnavit lascivia carminum
in ratione numquid licitum audiri
in poculis quod in scena sobrietas non
audebat audire eadem civitas. ci

bus. qui per aliquam religionis simu
lationem. alimenta inhercie querebant
clausas habebat portas. mendacem
et fucosam superstitionem submovendam
esse existimans. Hec tamen qui super
sticiones sibi conscii sunt propriam
prope recenderat. apud eos qui
laudem amore merentur. Por
ro sicut avarum a largo. ita et pro
digum quadam contrarietate dif
ferre consueverunt que duo cum
opinati sunt esse contraria. quanti
tate alterum. alterum qualitate.
Siquidem magnanimitati timiditas
adversatur qualitate mali. dum
audenda metuit et audacia quan
titate. dum plusquam audenda
presumit. Prodigalitas item eroga
da. et non eroganda profundit in eas
res. que nullam sunt omnino. aut
breve. habiture memoriam. harum
autem effusionum. auctore cicero
ne condempnasse dictus est theophra
stus in libro quem de divitiis scrip
sit. In quo multa preclare. illud
absurde quod multus in laudanda
magnificentia et apparatione popu
larium munerum. talium quod sump
tuum facultatem fructum divitiarum
putat: quanto aristoteles gravius
et verius. has pecuniarum rep
rehendit effusiones. profecto cum neque
necessitati subveniat nec augeat
dignitatem. ipsa quoque illa delectatio.
delinite multitudinis. ad breve breve
exiguumque tempus sit. eaque a levi
ssimo quoque. in quo tamen ipso. una cum
satietate memoria quoque mori
tur voluptatis. Bene etiam colligit
hec pueris. et mulierculis. et servis
et servorum simillimis liberis grata
esse. gravi vero homini. et ea que
fiunt certo iudicio ponderanti nullo
modo posse probari. Valerius maximus.
sed et cicero refert quod in alio

qui largitione benivolenciam mace
donum sectabatur. hanc conffusionem
penitus philippus arguerit. et epistola
te quidem verba sunt hec. Que te
malum racionis in istam spem indu
xit ut eos tibi fideles putes. quos
pecunia corrupisses. an tu id eo agis
ut macedones non te regem suum
sed ministrum et prebitorem putent / quod
quidem regi sordidum esse non am
bigitur. et corruptelam. quam
largitionem pocius dici. fit enim de
terior. qui accipit ad idem semper
expectandum paratior. Quid aut
e stulcius quam quod facias libent
curare. ut id diucius facere non possis.
Largiciones immoderatas rapine
sequentur, cum enim dando egere ce
peris bonis alienis manus coger
inferre. Itaque cum benivolencie
comparande causa sis prodigus. ubi
quos tanta studia assequeris eorum
bus dederis quanta eorum odia quibus
Ademeris. Quaobrem. nec ita clau
denda e res familiaris. nec cum
benignitas aperire non possit. nec
ita reservanda. ut omnibus pateat
sed retineatur modus ad hibeatur. isque
refferatur ad facultates. et quidem
eleganter sive philippus sive alius
popularis largiciones immoderatas
tum tribuunt. quo quid glorie videtur
afferre. sed more meretricio. cui res
defferent evanescit Nam gratia quam
non virtus sed fortuna conciliat amica
meretricis rectissime comparatur /.

3 Est ut dixi in quarta pro
fessione invenire militem gloriosum
qui obsequiis et muneribus suam
thaidem x. nomine celebre. et

quam fame gratiam captat sed ei nec qua
to ut decipiat nec phedria qui laude
precipiat. nec qui dona corrumpat ado
lescens. aut servus parmeno qui deci
pientem irridat deest apud eunuchum
comici. audi gnatonem. et an eum
in familia glauco videas. diligenter
Attende Est inquit genus hominum qui esse
primos se omnium rerum volunt nec sunt
hos consector. hisce ego. non ut pa
ne ut rideant. sed his ultro arrideo
et eorum ingenia admiror simul
quicquid dicunt laudo. id rursum si
negant laudo id quoque negat quis:
nego ait. aio. postremo imperavi egomet
met michi omnia assentari. is quest
nunc est multo uberrimus Tale ne
vidisti alicubi. Immo nec quempiam
illorum. qui scholas ac inducuntur sive
frugi mancipio agnovisti. adeo quod
studium hominem vobisque repiens quibusque
nunc expostulens. ut ait per meno. prorsus
insanos faciet Vide et quid senciat
de se traso Istud inquid. est datum per
fecto ut grata michi sunt que facio
omnia / vel rex semper maximas mi
agebat gracias quicquid feceram Alys
non ita. me semper habebat in oculis.
omnem credebat exercitum. consilia et
ubi eum sanctus hominum. aut negociorum si
quando odium ceperat requiescere ubi vo
lebat. ut illas expelleret miseriam
quasi animo. tamen me convivam solum
adducebat sibi Invidere omnes michi
mordere clanculum. ego flocci pendere
Illi invidere misere. ego alios pala
reprehendebam. alios mordaciter ir
ridebam. ut risu emorerentur. quos
qui adheret Denique metuebat
Omnes iam me Profecto magnus
est hic in oculis suis. et non est ei simi
lis. in tota comedia. Dignus est
ego qui intromittar ad thaidem. ex
cluso phedria. qui in eo non minus
insanit Dolet exclusus a scorto.
docetur sobrio ut recedat a mere
trice. bono quod sit animo quasi

ad ignē accesserit · calescat plus satis
nec parva gtinuchas incēdiū · q
vna falsa lacrimula · quam oculos invitē
detergende vix vi expresserat restinguet
amantis bilem · et vltro accusantes
id aget · ut vltroneū supliciū pstet
¶ Nam sapienter amare nemo facile
pt · quam ratione insanire. Sic ergo
phedrie · et thaidis ea condicione
inter est verbis · ut quod verū audierit ta
ceat · et gtineat optime Sin falsū
aut vanū · aut fictū · gtinuo pala
effundit · rimarū est hac atque illac
effluit Vtrū argut evidēt quod vtrū
quod quem alterū fallē · alterū videt
¶ Irrevocabiliter insanire. Aut ergo
exclusus et gemens p dolore Vtinam
is ut esset michi pis equa amoris
tecū · ac pit fieret · ut ait hic ibi
dolet · autem ego istuc abste factum
nichili pendam Thais ad hec Ne
crucia te obsecro · anime mi · fadria
no pol quo quicquam plus amem
aut plus diligam eo feci : sed ita
erat res · faciendū fuit · plane c
do inquit puerio misera p amore
exclusit hunc foras quod multa quod
ait fallacia meretricis · ut vnum ama
tū · alteri pores pates reddat p ali
quot dies ; Dū detrimus rebus a
micum missis emminga admissis
Mos est enim gerendus thaidi que
pfusiores et pdiciores admittit ·
Interim quid donare queant ·
¶ aut mitte exclusi deliberent Nam
potissimum est apud eū qui nom
issima mittit Vbi vero porem im
pexerit redit alter exclusio quod pec ·
delegat ei mestum doloris sui pred
cium Insaniunt ergo miles et in im
petu doloris potius · ut moricu
dū esse decernit quam in se colu
meliam tam insignem accipiet
familiam gvocat · disponit bellū ·
et pstibulum collatis viribus eo
pugnare decernit · pgreditur incli
et ore resolunt iniuriam loquitur
grandia nimis vtrus fervet sed
cū ad conflictū accedit memor
amoris pstini · preceptum recolit
militare quo ob auctoritate sci
pronis liquet · quia omnia prius
experiri quam armis sapientes
¶ Adit Thaidem ergo suam · eo
pacto sic gvenit · iure · nō vi
bus agens Primum thais · hoc in
responde · cum tibi do istam virginē ·
dixi hos dies · michi soli dare
te : Thais quodtū p9ca concede
videtur : quod nō negat Traso
at michi ante oculos coram · ama
torem adduxi tuū · Et illa quod
cū eo litigas etiam quia amice
patrocinio nec vba inisse cū
rivali licitū est : Cū eo inquit
te michi clam subduxisti · et
illa lubuit inquit · Pamphi
lam ergo redde huc : nisi in manus
eripi sequim et istud videtur pete
tū repeti possit · Quod ob causam
datū est si ea sequta nō fuerit
¶ Quod multa · ad clamorem mictis
turbulos conitanci quod gvenit ·
turba fit : minias miles · petiti
viribus · et mox resistitur denū
ciatur quod furtifero omnium inep
tissimo ut lingwam · nam quod
gtineat quia siquippiam turbe
fecit aut molimnis sibi loci
dici tortoris quod memoria inustī
one signorū pmittitur · in cum
ptendebat · introgante se thais
quedere iubet qui respondeat sibi
miles · opa et repedita cogitur
redire in gloriis : et hunc fructū
reportat miseri amatores eorum
addito · quod aliis rebus · quas
illi pdederunt abutitur · et quo
magis doleant · qui eas inceti
subripuit · sibi successisse nom

putat. nisi stulticiam et infortu
nia amantium suos quam successus
in auditu omnium pronuntiet. et
publicat Audi ut Chaream. ocul
tu date pamphile corruptam.
quid inepte decepta loquatur
egredientis. Numquid hic est Ne
mo est Numquid hic me sequitur
Nemo homo est Iamne erumpere
hoc licet michi gaudium. pro h
iupiter nunc est profecto interfici cum me
possum perpeti. ne hoc gaudium
contaminet vita egritudine ali
qua. sed neminem hic curiosum
intervenire nunc michi qui me
sequatur quoquo iam rogitando
obtundat. enicet. enecet. quid
gestiam. aut quid letus sim. quo
pergam. unde emergam. ubi ve
stitum hunc nactus. quid michi quae
ram. sanus sim an insaniam sed
rogatus hec omnia. unus ego iste
te obsecro antipho: ut audias
omnia audies dicam festum. conditum
eventum suavemque fortunam meum
omnibus hystoriam memorandam
et sui quoque furorem subtexuit de

Glosa. Summa totius argumenti eo
ad prius [?] hec arbitror pos
se referri ut constet preterea quod
amicitie prostitute fides haberi
non debet. Nam quod venit a since
ritate animi fidelis est. et firma
est. que ab hac vel loculis
fluida inita est erronea. et de
ficiente viatico evanescit. ad
fortuna manet vultum servatis ami=
ci. cum cecidit turpi vertitis ora
fuga. Omnis enim res. que in com
mercium venit. ab uno transit ad
alium. et ditiorem. et ampliorem
commitatur emptorem. At foro
isto nichil iniquius quo rem
semel emisse non perdit. nisi

semper emitur. et ubi quisque rem ab
alio venditam. et vendat. nisi et
ipsum de precio satisfiat. Omnis enim popu
larem favorem vendidit. si publice
habendus est. emitur ab universis sin
gulis enim non licet publica bona dis
trahere. Improbis quoque consuetudinem
venit. quia incauta largicio non est
fundum. Preterea que popularis fa
vor ad munera contulit. si forte tra
sumus mox emptam celebritatem exi
git continuis effectum. honore spolia
tum. Thais alium. famam. et quibus Thai
de minus fida accepto honore gau
deret. despuit et repellit. Consultat
venalis. fabius. corruptor expulit
quanto vix subministrat. dum tamen
spes est. aut si det omnino si desperat.
et ad alios transit. quia ei consilium est
semper felicioribus adherere.

et tamen. et si prodigalitas videatur
in culpa. locum arbitror avari
tie relinquendum. nullum detestabilius
presertim in hiis qui principatum aut
magistratum aliquem in republica
gerunt. Non enim res ipsa sed etiam
opinio eius cunctanda. Et omnino
impossibile est ut fidelis credatur domi-
nus aut amore dignus. qui ex multi-
tudine graves. et conspectos viros
avaricie suspicionem incurrit. Sed
vel laus. et favor humanus. quia
a duplici fonte provenit ope scilicet
et potentie. facilior est hec presertim
complecti. sed illa lautior et splen
didior et dignior viro forti. et
clarus: Nam qui virtutis opera et in
dustria liberales erunt. quo pluri
bus profuerint. eo plures ad bene
faciendum habebunt adiutores.

Deinde benefaciendi consuetudine pa-
ratiores erunt · et tamquam exercitatio-
res · ad bene de multis promerendum · Si-
tamen eadem subiecit nichil gloriosius
est ea liberalitate que consistit in
donis · maxime cum et Socrates ·
ut dicitur interrogatus · que nam esset
substancia beatitudinis · dignis dona-
re Respondit · ergo quod Socraticam
diffinicionem sit interpretandam arbitror ·
ut dignitas · in accipientium necessi-
tate credatur esse · vel ut Tullius
cum quod promeruerunt · donare iustum
est et eis qui indigent subvenire
pium · Ita tamen · ut id respiciatur in sin-
gulis quod in facie sapientis · sine
rubore · et nota valeat commendari ·
Sed quid imitari debemus eum qui so-
lem suum facit oriri super bonos · et
malos · et pluit super iustos et in-
iustos Si cum pauperum hystrionem
iuvamus · aut mimum non debemus
utique fovere maliciam · sed correpta ·
et si fieri potest emendata fratrie civita-
tis iure · oportet sustentari natura-
Expedit quidem omnipotenti tribue-
re vel offerre mercedem · vel placari cauta-
re · Interdum tamen increpare pigrum ·
nutritorem · vel hystrionem confundere
salubrius est · quam quod contingit clari-
geri Clarum morem Clarumque caritas
erogat remuneratur adeo ut quid
dispensat vanitas evanescit Neglec-
to Considio · saluberrimi exempli-
ter sine proprio ipsius fructu liberali-
tas referente Valerio · advocanda
est · qua Catiline furore · ita conster-
nata republica · ut nec a locupletibus
quidem debite pecunie propter tumul-
tum preciis possessionum diminuti · sol-
vi creditoribus posset · cum centies
atque quinquagies sestertium summam
in fenore haberet · neque de sorte
quicquam debitorum suorum · neque
de usura a suis passus est conveniri

quibusque ipsi sunt amaritudinem
publice confusionis · privata tran-
quillitate mitigavit Oppor-
tune magis que testatus · se nu-
morum suorum non civilis sangui-
nis · esse feneratorem · Nam
qui nunc precipue negociacioni
delectantur cum pecuniam domum
cruentam retulerunt · quam im-
probando exultat gaudio co-
gnoscant Si diligenter senatus
consultum · quo consilio gratie
acte sunt · legere non fastidierit
Subnectit hunc Agrigentinum Gil-
liam quem propemodum ipsius li-
beralitatis precordia constat habu-
isse · Erat opibus excellens ·
sed multo etiam animo · quam divi-
ciis locupletior Semperque in-
eroganda potius · quam in cor-
ripienda pecunia occupatus a-
deo ut domus eius quasi quedam
munificentie officina crederetur ·
Illinc enim publicis usibus apta
monimenta construebantur ·
illinc grata publicis oculis spe-
ctacula edebantur · illinc epu-
larum magnificentia apparatus · la-
bentibus quoque annone subsidio ori-
ebantur · Et cum hec universis priva-
tim alimenta inopia laboran-
tibus · dotes virginibus paup-
tate pressis subsidia detrimento-
rum incursu quassatis solacia
erogabantur · Hospites quoque · tam
urbanis penatibus · tam etiam ru-
sticis tectis benignissime ex-
cepti variis muneribus ornati
dimittebantur · Quodam vero
tempore quingentos simul
Gelensium equites vi tempe-
statis in possessiones suas com-
pulsos · aluit ac vestivit

Unde in lita: Non mortalem aliquem
sed propitie fortune: benignum esse dicebant
sinum. Ergo quia gillias possidebat: omnium
quasi quoddam promptuarium erat pro sua sa-
lute et incrementis. in aggentina
civitas. tum etiam vinee vigores
potus exhibebant. Collocato egra
parte: arcas inexorabilibus claustris
observatas. nove prestancorem aliquo
possumus. illam impensam. quam haut
custodiam. Denique quidquid sapiencia
disponit. approbatur quia temuitas pro
sumit. vere laudis fructum nequaquam
assequitur. **De duobus specialibus**
affectibus scilicet amore iusti
et amore comodi

Duos quidem affectus in homine
ab initio extitisse. sacre scriptu-
re designat auctoritas / appetitus scilicet
iusti / et comodi. appetitus duorum
alter in voluntate / alter in necessitate
consistit / et quanto appetitus iusti quia
in voluntate est. amplius crescit. tan-
to melior est / et dignus beatitudine
ampliore. Nam nimis velle. quod iustum
est. nemo potest. nisi forte. quis quatenus
esse iustum nimium: aut beatus. Porro
si appetitus comodi. mensuram necessitatis
excedat / vergit ad culpam; et cupi-
ditatis constitutus: sibi vitiorum parit
originem. Alter ergo istorum. qui
militat caritati. querit que dei sunt /
alter in propria utilitate versatur; post-
ponens que dei sunt: aut proximorum /
Ab hoc duplici fonte. mores oriuntur
Recti quidem. si faciat quis alii. quod
sibi vult fieri / et ab eo abstineat alii
inferendo: quod sibi nollet ab alio irro-
gari. Distorti vero: si quis aliud ledit.
vel ledere potest. ut possit / Que quidem
utrumque multiplicat. sunt Amore quidem
amor libertatis / amor patrie. et
tandem proprie ... amor / Nam lib-

ertatem non amare non potest. qui servitutem
et priam amat. et in gradu suo
quemcumque quicumque. sincera caritate
diligit proximum. Si quid in eo con-
sistit caritas ordinata / Ab alto vero
cupiditas dominationis procedit / et lau-
dis / et glorie / et adeo invalescat / ut
ex opinione multorum. res tamen
parum considerata ex animarum vir-
tutibus consuetur. Nam qui vitam sapi-
unt: hoc vitiis maioribus agregat
licet ei abrumpatur ~~qui tamen~~. qui
tamen sapientum consentus nomine.
virtutes sub esse videantur. Unde et ve-
teres. primi quoque romani. prout eorum doc-
et commendat hystoria: laudis avidi
pecunie liberales erant / Ingentem gloriam
appetebant / divicias spreciis. et hone-
stam utilitati quantelibet preferebant / Hanc
quidem gloriam. ardentissime dilexerunt.
eo totam referentes vitam. et morte
ceteras cupiditates: huius nimius vi-
gente cupiditate presserunt. ipsam de-
nique primam suam. quam servire videbant
in gloriam. dominari vero atque imperare glorio-
sius. omni studio liberam / deinde domi-
nam esse concupierunt / Unde eum pro libertate.
Deinde per dominio certatum est / Fuerunt tamen
quibus iusticia. quantum gentilem dabatur
sufficiebat: cupiditate deducta. Aliis
nichil satis erat: sed sub ymagine
magnanimitatis. vel impossibilia presu-
mentes. laudem maximam consequebantur. et gloriam. Longe quam utrius cato-
nis. veritati videtur propinquior fuisse:
quam cesaris. Unde ex ipsa sententia
eius. facillime liquebit. Nolite inquit
existimare. maiores nostros armis
rempublicam. ex parva magnam fecisse
Si ita esset. multo pulcherrimam eam nos
haberemus. Quippe sociorum atque
civium. preterea armorum. et equorum
maiorem copiam nobis: quam illis est.
Sed alia fuere que illos viros mag-
nos fecerunt: que nobis nulla sunt
Domi industria / foris iustum imperium /
animus in consulendo liber / neque de-
licto neque libidini obnoxius. Pro
his nos habemus luxuriam: atque avariciam

Parte ex parva
Respublica fit
magna

Duo affectus { Iusti
Comodi }

ciam. reipublice egestatem. privatam
opulenciam laudamus divicias. se
quimur inerciam. Inter bonos et ma
los discrimen nullum. Omnia virtutis
premia ambicio possidet. Neque mirum
ubi vos separatim sibi quisque consilia
capitis. hic domi voluptatibus. hic pe
cunie. aut gracie servitis. Eo fit ut
impetus fiat in vacuam rempubli
cam. Paucorum ergo virtus. ad gloriam.
honorem. imperium. vera via id est ipsam
virtute intencium: que a Catone lauda
ta est. Hinc erat domi industria.
quam commemorat Cato. ut carum esset
opulentum erarium. res private. Cum
corruptis moribus. vicium egregie
posuit publice egestatem. privatam o
pulenciam. Ipse Tullius hoc dissimu
lare non potuit in eisdem libris quos
de republica scripsit. ubi loquitur de
instituendo principe civitatis. quem
dicit alendum esse gloria. et consequenter com
memorat. maiores suos. multa mira
atque preclara. glorie cupiditate fecisse. Hu
ic ergo vicio. non solum non resistebant.
verum eciam. id excitandum et accendendum
esse censebant: putantes hoc reipub
lice expedire. In libris quoque philoso
phie Tullius hanc intulit universalem
generalem quasi sentenciam. honos alit
artes. et gloria accenduntur omnes ad
studia. iacentque ea semper que apud
quosque improbantur. Huic igitur cu
piditati. melius est resistere sine dubita
cione quam cedere. Ut enim ait beatus Augustinus
in libro de civitate dei. tanto quisque
est deo similior. quanto et ab hac in
mundicia mundior: que in hac vita. et
si non funditus eradicatur ex corde. quia
bene. et proficientes animos temptare
non cessat: saltem cupiditas glorie
superetur dilectione iusticie. Nam suam
videt. qui et amorem laudis vicium
esse cognoscit. Nec solus id Augustinus. sed
et gentilium sentencia est. gloriam hanc
nichil aliud esse. quam ventosi quodam
modo spiritus tumorem fumo similem
simillimum. Nam et fumus oculorum

obtundit aciem: et quo magis ascen
dit. eo magis deficit: et quo magis di
latatur. amplius solidatur. Et cum ad ex
celsa pervenerit: evanescit. Late
quidem. eo quod a principe totius vita
cii. traxit originem. Nimio sui ca
piuntur amore. qui diu imbecilles et
inania captant. Et nescio quid non
solidum apprehendere moliuntur: obli
viscuntur sui. eo tamen nichil aliud quam
secum conantur minimus volunt
eum apprehendere quo sunt. et illud ad e
cum apprehendere. vero medios inter vi
mendacium. vero medios inter vi
sed fantasticas dumtaxat. inane opi
nionis sequuntur umbras. Si quid
aliud sperant preter se. et aspirant ad impos
sibilia: decepti fallacia rerum presumentes y
magine. Sic narcissus in fabulis.
dum vana sui ymagine capitur.
abiit in florem. et dum semper impru
denter aspicit: flos sine fructu eva
nescit. Multorum quoque fuit opinio.
et eorum qui in veteri philosophia potentes
floruerunt: alexandrum ac hercules a
numinibus esse progenitos. eo quod in
omnibus preclaram quesierant gloriam. Pla
tonem quoque. propter divinam quandam quo
qua eminuit sapienciam. et augu
stum propter sapienciam. fortunam quam tran
quillam: a diis traxisse originem tra
diderunt. Et quod in contrarium verius
collegissent. eos aut divini non esse
generis: aut deorum filios esse degeneres.
nisi qui dii gencium demonia sunt.
et inmundi demones. vanitatis et ma
licie sue certa indicia. si que tamen
egerint: relinquunt in sobolem. Nam
et verus dei filius deus homo. propter
non querit gloriam. in omnibus que gloriose
fecit ab eo. sed patris. eo quod illustratur
gloria ampliori quam ab eo. ex quo
sunt omnia: bonorum operum gloriam re
fert. sic et vere sapiens omnis. vere
potens. et vere bonus ad unicum bono
rum omnium fontem. sua omnia lauda
bilia refert. summam scilicet creatricem.
et individuam trinitatem. Alle

audri pectus laudis insatiabile qui anataso comiti suo expauctoritate demociti preptoris inumabiles mun dos esse referenti Heu me inquit miserum quod nec vno quidem adhuc potitus sum Plane miser dignus quod miseria cum virtutes omnes ab sorbuerat laudis insaciata et insa

ciabilis fames Insultat ei tragedie antiquorum eo quod augusta hominum po ssessio sit que deorum omnium domici lio suffiat Sed tamen licet appetitus glorie semper videatur inculpa error eorum periciosior est qui ut scelribus innotescerent magni duxerunt Pausa nias ad hermoclea percunctatus est quo nam modo subito clarum posset eua dere atque is respondisset si occidisset aliquem virum illustrem futurum ut in gloriam eius in ipsum redundaret bottimo philippum interemit et quod quesierat assecutus est Nam et se parricidio notum posteris reddidit et celebri supplicio patibuli cui affi xus est corona aurea cum inmortalis que et olimpias dicta capiti eius pendentis inposuit nullum dante so lacium iniurie dicta tamen pudicicie per turiam constitute Philippo ut puni ente sed deridente iniurias potest auctore trogo aliquotiens eum sat

elegi excusari Inuentus est qui diane ephesine templum vellet in cendere ut pulcherrimo ope consumto nomen eius per totum terrarum orbem diffunderetur furorem quod suum dete xit imposito eculeo et nisi theo pompi magne facundie ingenium eum suis complexundisset hystoryis bene consulerat ephesy decreta communis statuentes ut teterrimi hominis me moria aboleretur silencio Simi li quidem videntur gloriam affec tare primo maiori insania qui non ephesine diane templum religio sis moribus exurendum sed tem plum spiritus sancti homines totos ani

mas scilicet et corpora ut per hoc hominibus innotescant luxurie vastant in cendijs Nam ab eo laudem appe tit et plerumque assequitur honorem unde equius fuerat ignominiam

Cfestime et penam

aternus iam sermo processit ut 6
aut veterem aut publicam fere opinionem oportat impugnari Imminet enim iam colluctacio adversus carnem et sanguinem et forcius videmur liberalitati parcere et iocunditate au ferre de vita cum gemine vias luxu rie epicureis reclamantibus coartemus Est enim blandum ut est valenus lu xuria malum quam accusare aliquanto

Cfacilius est quam vitare Nam et vo luptate quod propheta vorax perpitur in ore quidem dulcescit ut mel sed ama ritatur venter cum ipsa dulcedo labo rum dirigenda esse in vsum operum est autem libido coguata et comicta lu xurie cuius sequela inmundicia finis indubitatus confusio est Precedat ergo sermone que origine et causa prior est licet autem per quinque sensus por tas lenocinia luxurie eque intrare al voluptas animum ad iudicium magis videtur accedere et que exgustu vel tactu prouenit sordidior est et olfa ciendi et videndi delectacio medium locum tenet Nam neque satis inludi cis iudicie nec ad sordes permississi

Cmas usque probabitur Si quid mors per oculorum fenestras ingreditur cum quis priam delectatur circensium cer tamine athletarum hystrionum mobi litate mulierum formis splendore gemmarum vestium metallorum Alio rum quod quibus libertas anime capti uatur Rursus si auditus vario rum organorum cantu Motum quod fle xionibus mulceatur ad carmina po

cetrarum: comediarum. et tragediarum
actus mimorum urbanitates. et saxo
phas. et quicquid huiusmodi per aures
incedit: virilitatem mentis effeminat.
Odoris autem suavitas. et diversa
thimiamata. et cinnamomum. muscus.
peregrini muris pellicula. quod dissolu
tis moribus faciant: nemo nisi di
ssolutus negat. Nam per suaves odores
non nisi dissolutis. et amatoribus con
venire: communis et totus docet. Porro
ciborum aviditas mater avaricie
est: et animum. quasi quibusdam compe
dibus degravatum tenet in terra. Ergo
propter brevem gule voluptatem. terre lu
strantur. et maria. et ut mulsum
vinum. preciosusque cibus fauces per
transeat. totius vite opera desudantur.
Ipsi quoque muri urbium. et si videantur
in petra solidati: tandem ruunt. et
complanantur. equati solo. nabu
zardan cocorum principe imperante.
Tactus autem alienorum corporum. et fe
minarum ardentior appetitus vicinus
insanie est. Et nunquam sensus quolibet
violatur. ludus ac iocus est: pessimus
que affert. ut verbo comici utar. hunc
ut rabies hanc enim cupimus. irascimur.
gestimus. cumulamur. saciati sumus. et
completa voluptate. per quandam peni
tudinem. rursus attendimus. querimus
quod fecimus. iterum penitemus
Ergo cum per has portas. quasi quedam
turmei perturbacionum: ad arcem men
tis intraverint: ut ait beatus Ieroni
mus. ubi erit libertas. ubi fortitudo
eius. ubi de deo cogitacio. maxime
cum recordacio tactus depingat sibi cri
am preteritas voluptates: et recenti memoria
vicciorum. cogat animam compati.
et quodam modo exercere quod non agit. Forte
hinc. quod cum apostolus. viciis omnibus
censuerit reluctandum adversus forni
cacionem non congressum. sed fugam indicens.
fugite inquit fornicacionem. Nam si
fere dum cernitur. dum immemor est.
et preterita dum ad memoriam redit.
Postferas computat voluptates. Et

Origenes

doctoris taceam. quos simplicitas
egit inculpatum. Prefuit acutissimus
et litteratissimus christianus. et ferven
tissimus in fide Origenes. sicut eccle
siastica refert ecclesiastica hystoria. se ipsum
castravit. fornicacionem efficacissime
fugiens. Immo et omnem. que fugi
posset. prorsus suspicionem. ut cum
sine nota. ad virginibus habitaret.
Illud autem mirabilius est. leguntur
quidam philosophorum. sibi ipsis oculos effodi
sse: ut corporum illecebris carerent
utique admirando. boni. et honesti.
fervebant zelo et si recte scienciam
non haberent. Datum est. et satis
dignum. aristotilis dictum: quod vo
luptatum noticia. oblivioni mandanda
asseruit. et solos exitus recordandos.
confessas enim penitentie quam plenas. quo
minus animo recepte fuerint. subiciat a
nimus: et quod in eis iocundum est: ne re
vocant iubet abscondi. Dicat apostolus
quod voluerit. quia fornicacionem
fugere. et gule servire: aut omnino impossibile.
aut difficilimum est. Nam
et illa post gule. que corpori vires
adimit nequaquam inertie exposcere.
Veneremque bacchus. plerumque expugnat
et hinc in seculo voluptatis nomine
reclamante convenit. Si bacchus ob
tinuerit. venerem non voluptate
extinguit. Aut nulla ebrietas. aut
tanta sit. ut tamen vires cupiat. Si quid
est inter utraque noceat utrobique
adeo creditur. sed quia magis ab
exercetur non facile dixerim. Quoniam
alterum erroris nomine non careret.
quia avaricie pellit notam. et
ingenue liberalitatis affectus nunc
a loco. nunc a tempore. nunc a quan
titate. nunc a personis. nunc ab usu
et assiduitate expendi laudetur.
illa proprie commendabilis creditur
que in alimentis. et hijs quibus
indiget: aut vita civilis ornatur.
Clarius elucescit. Ergo qui omnes
admittit ad mensam: ex arctissimis

liberalitatis est. plane quidem: eo quis libe-
ralior: quo plures admittit. Sed
hoc calculo parcissimi colliguntur.
Proximum est. qui et si non omnes ad-
mittat. eos quos introducit. sic cibat
sic potat. sic in tricliniis sublimat. et
locat discumbentes in sedilibus. ut
nichil vel excogitari lautius possit.
Multiplicantur fercula. alijs alia ali-
is succedunt. Coquuntur: hec illis in-
iuriam nature in natiuo relinquere.
et alienum cogitur afferre saporem.
Conficiuntur et salsamenta. Gustu
nichil velius est. ut copulam polli-
ceatur effectus et indicia specierum. Sed
quid tamen et hungari quod nimis et hy-
strionibus et [illegible] placet. Sed
cum non ad vitatorem: sed ad opiniones
omnia sunt. Cocorum sollicitudo fuit
arte multiplici. eliciuntur iura. quid
quo die geri oporteat. et quotidi-
anis ministrari conviuiis. domesticam
dictator. nocte dieque deliberat. Con-
cumque coquit irritamenta gule. et
cum palati vires exercitat hebetati.
nichil arbitrans expeditum: nisi cum
intemperancie fuerit satisfactum. Sed
et qui poculis fercula subruat.
et quam Romana auctoritate decreti
incentiuum ingenii: et fomitem
dubius: et quandam hylaritatis so-
torem opinatur. si se omnino mero si-
cut [illegible] plurimum sentitur ergo mox
consurgunt. et qui in exhauriendis
poculis prudentior est: potior videat
dici solet [illegible] aleator. quanto in
arte doctior: tanto nequior: et pla-
ne qui bibacior est. alios malicia et
nequicia iniquitate transcendit. Im-
molant isti apostatamque a salutari
suo. filios et filias suas demoniis.
et isti dum ingurgitacione vini. aut
sicere. spiritum deprimunt. extinguunt
scintillam racionis. se totos iudicie
constituunt et bachanum spiritum devo-
uet. quod non possunt familiarius
immolare. Ceterum sunt qui ista con-
tempnunt. [illegible] hic vulgarium. et

ut ita dicam plebeiorum conviviorum vi-
detur esse professio. siquidem alia plebe-
ia. alia civilia. Alia dicuntur esse
civilia plebeia. Philippus laudis plebeium
quod dicitur si sic tua prodigis semel:
ut trimestri toto esuriens. con-
uiua impudens [illegible]
[illegible] Hoc quidem sepe prodigalitatis:
inuidum et avaricie nota est. Nam ut
dici solet: avarus cum incipit modum
excedit. Poteris videre quamplurimos
qui se anno toto parsimonie student
et ad purgandam avaricie laborem
epulonem convocant. et parasitos
et collegium nugatorum. qui alicuius mi-
tore culine capiuntur. et quos magis
honorare voluerint. maioribus honora-
tis. minores poculis ingurgitant et di-
stendunt Et donec rapidam crapulam
exerciant. aliquid amicicie. aut festi-
uitati credunt esse subtractum. At hoc
a bonorum urbanitate. adeo procul est. ut
barbaricis conviviis familiarius sit quam
vite civili. Si quidem conviviorum civili-
um ratio media est. ut etiam sobri-
etatem exhilaret. et in sacietate opu-
lencia. crapulam vitet Nam et
habundanciam cibi et potus habet.
et qui copie quorum dispensant ordinem:
sic prout: ut effundat sic effundit.
ut parcat. et quam sibi pereres se va-
cuem non negligit. quidem sed ut
ait portunianus sidus vacuum non [illegible]
tat impense Nichil enim molestius est.
quam si triclinii presul. in convivio sede-
videatur ad calculum. unde non satis est
michi. videntur esse civiles. quidam
de liberalitate inepta gloriantur. qui
singulis noctibus. cum finis sumptibus cal-
culum ponunt. et quod effuderunt usu-
ras abusu diurno. quasi noctur-
nis lacrimis deflent. Suboriuntur
lites. accendunt minas. arguuntur a
furti. aut insipiencie servi. et
quasi re male administrata. cia-
ntur. et torquentur interdum. quoque
que effundere iussi sunt: resumere com-
pelluntur. et consilii turbantur oeco-
nom dum pecuniam que suasit: suf-

Plebeium

Civile

pitiis et dolore persequitur. Sepe
etiam evenit ut qui ad requisita
nature ingressus est ibidem. quo
verecundia humanum fugit aspectum.
cum miseris expectissimam sumptuum
¶ habeat rationem brevissime. quidem
quia nullus locus tractandis sordi
bus eis magis videtur accommo
dus. Hanc vero quod sordidum experimur.
si diliges patresfamilias. id est. ut
ei non constet impensis. si tamen hic
gradus. aut dignitas persone. non
admittit. sed in eo vitam brevem. et
bona mente usari. et sit quidem ut
alius sit. et alius videatur: ne
quaquam arbitror. a sordibus ali
enum: Et quidem communiorum simili
um teste. portuniano regula est ut
hiis plurimum per amorem condescendum
liceat sobrietate hylari: non soluta
¶ Nam convenientibus. sic moris geri
oportet. ut licentia largior nequa
quam in turpitudine luxurie pro
ruat. Illa siquidem que omnium gentium
hostis teterrima: et acerbissima
vitanda est. Diogenes. tirannos.
et subversiones urbium bella que vel
hostilia. vel civilia. non pro simplici
victu olerum. pomorumque. sed pro car
nibus. et epularum deliciis asserit
excitari. Latius quidem bellorum ho
stilium. vel civilium. materiam. et alte
luxuriam. que non in sola gula pla
tanda consistit. posuisset. Sed totum
intellexit in parte. dum illam. que
in cibo et potu. et venere. et cultu
splendido constat: ad gule speciem
¶ coartavit. Nam in hiis precipue lu
xuria eminet. et pernitiosius nocet.
quorum meditacio. et iugis exercitium
est. ut epulentur quotidie splendi
de. Haec cum intemperantia. bonos
mores subvertit. et tocius corporis.
saluti preiudicat. et nisi coarceatur.
prorsus humani corporis fabricam
solvit. Auctor est ipocras crassa

que obesa corpora cum crescendi mo
dum impleverint. necessariam esse san
guinis diminucionem. ut habeant in
que rursus crescere possint. Alio
qui plenitudinis distente satietas:
in paralisim: et pessima queque mor
borum erumpit. Impossibile enim
est in uno statu corporum permanere
naturam: sed motu suo crescere. vel
decrescere necesse est: et nisi crescendi
capax sit animal. omnino subsistere
nequit. Consentit et galienus. decime
semper diei abstinenciam: loco efficacis
sime et saluberrime medicinalis
cure induxisse. nec facile posse
nisi corruptores nature fuerint:
morbis gravioribus subiacere. qui
decima quaque die. ab omni cibo
abstinet aut simplicissima dieta
¶ Cuiusque vitam sunt adhuc qui sex
tam feriam in ieiunio. sine cibo
consignant: vel eo utuntur minimo:
quod quidem. et religioni et incolumi
tati. sicut experti loquuntur. certi
ssime serviunt. Refert pompeius
trogus quod teterrimus sicilie tiran
nus dyonisius. dum gule et ebrie
tati deditus erat: oculorum lumen
amiserit. Nichil enim est. quod acriorem
inducat caliginem. iugi ingluvie.
qua ut ait portunianus. ebrietas
cibos terit sed oculos vorat. Ha
liens auctore. Iohannico doctissimo
interpres ypocratis dicat in exhor
tacione medicine. Athlethas quo
rum et ars. sagina est. nec vivere
posse. nec diu esse sanos. causas
quod eorum: ita nimio sanguine. et
adipibus. que luto involutas in
tenue. nichil celeste. sed semper
de carnibus et victu cogitare. Et
¶ Ventris ingluvie. Legimus etiam
quosdam morbo articulari: et
podagre: humoribus laboratos
pro scripcione bonorum. ad simpli

rem mensam · et pauperes cibos reda
ctos tenuabisse claruerunt cum solli
citudine dispensande domus · et opu
lentia largitate que et corpus frangit
Sequitur et etiam vorax orationis appe-
titum ciborum: qui consumpti: re
linquunt penitentiam · Supra voluptates:
non venit empta dolore voluptas · Et tum in
amenissimo agro · in morsum volup
tuosum hominem · se crassum · pinguem
quod describet · lusit hijs verbis · Epicu
rum et iudicium bene curata cute
vises · cum videre voles: epicuri de gre
ge porcum · Quod exquisitissimis cibis
vitanda sacietas est · Nichil enim
ita obruit animum · ut plenus venter
et exestuans · et sicut illum quod se vertens
et in ructu vel instrepitu ventorum
efflatione respirans · Quale illud
ieiunium · aut qualis refectio post
ieiunium · cum predicantis epulis disten=
dimur · et guttur suum · mediatori
vini efficitur latrinarum · Diu quod vo
lumus plurimorum inedie fame · quare
tantum voramus: quantum vix alterius
diei nox digerat · Utique non tam ie
iunium appellandum est quam cra
pula · ac fetens et molesta dige
stio · Hoc quidem Boetius · Et licet ie
iunium faciat mentem · etiam re
ligione deducta: frugalitas ma
ximas · et saluberrimas generat
utilitates · Hoc autem eleganter ·
et vere · ait Portunianus · Nemo se
civiliter dominari · nisi qui sibi ·
in cibo · et potu · frugalitatis et
modestie prescribit formam · Immo
dicito cibi et potus dispensatorem
dum officiorum temperantia abigit ·
Ita impellente · fit homo ad au
diendum tardus · velox ad lo
quendum · et velox ad iram · et fit
ad libidinem pronus · et ad quevis
flagitia pronus · Cum modesti
am deserit: ad plebeiam convi-

vandi consuetudinem facillime prolabitur · Virgilius Eneidorum libro primo in fine
Ea nimirum hoc maro homine
prestantissimus fidelissimus imitator · qui
dum a rege phenicum · ulixem expe
ctum recolit: eneam naufragum: in
convivium didonis introduxit · et prese
ntem et affectum luxurie · immo
Convivio eleganter exposuit · Postquam
prima quies epulis mensaeque remo
te / crateras magnos statuunt · et
vina coronant / fit strepitus tectis ·
vocemque per ampla volutant / atria ·
dependent lichni laquearibus aure
is / incensi · et noctem flammis funalia funalia
vincunt / Hic regina gravem gemmis ·
auroque poposcit / impleuitque mero
pateram · quam belus · et omnes a bel
lo soliti · tunc facta silentia tectis tectis
Iupiter hospitibus · nam te dare iura
loquuntur / Hunc letum tyriisque diem
troiaque profectis / esse velis · nostrosque
huius · meminisse minores / Adsit leti
tie bacchus dator et bona iuno · Et Iocatum
vos o cetum tyrii celebrate faventes
Dixit et in mensam laticum libavit ho
norem · Primaque libato · summoque at
tigit ore · Tum bitie dedit increpitans
ille impiger hausit / spumantem pateram ·
et pleno se proluit auro / post alii proceres ·
cithara crinitus iopas / personat aurata · Hic canit errantem lunam solisque labores
docuit que maximus atlas / Unde
hominum genus · et pecudes · unde imber
et ignes / arcturum pliadasque hyadasque ·
geminosque triones / Quid tantum oceano
properent · se tingere soles / hiberni · vel
que tardis mora noctibus obstet · In=
geminant plausu tyrii · troesque sequuntur ·
Nec non et vario · noctem sermone tra
hebat · Infelix dido · longumque bibe
bat amorem / Vides ne delicati · institu
ta convivii · processum · et exitum: Sup
erflua siquidem processisse · et luxum epula
rum grave fuisse indicat: quod premisit ·
Postquam prima quies epulis · qui ali
bi · prioris mense sobrietatem notas ·
et que solis necessariis gaudet: aut
postquam exempta fames epulis Ve

rum quia cibus homines efficit ta-
citos, potus loquaces: strepitus et
cetera luxus insignia, que delicias
bibendi proveniunt, prudenter advi-
xit. In ipsa quoque agapetarum con-
suetudine planum est, invenire sup-
stitionem qua nimirum sollicitatur
gula. et quam religiosis patribus imitari.
qui luxum et iudicia peritis metibus
¶ minuta procul abigunt. Si quidem ut de
solubus nomine est: aut ei ebrietas displi-
cet. sive inhonestabitur. ad inebriare
Et hiis ceteris prevalet: qui aut gula
aut dolo stravit. aut vicit tempo-
tores. Quinquennes illic. qui vestorum
ebibat annos. quod sic per talices facta
sibilla senex. Potus quidem anni
anniis redimit. solvit interest. recep-
tarum letitias dissimulare non potest. pru-
pit in canticum. et ab eis ad libidi-
nem urget. Cithera cum iteris copas:
non stulticinia vel bucolica personat
amatorum. Sed ea que civilis conve-
nit honestate doceat: et philosophia
¶ ecstaterum. Utinam in xpianorum ceti-
bus rememorentur illa. que in luxu-
riosos Didonis convivio: crinitus et
incompositus Iopas personuit. utinam
bucolica vel stulticia amatorum
conquiescat. in domo sapientis.
et ea in auditu omnium resonant que
aut prosunt: aut sine turpitudine
et corruptione demulceant. Et quod
eleganter innuit in cantico alfredi
poeta doctissimus. veterum gravitate.
qui in cetu civili. nichil admitte-
bant: nisi quod nature: aut morum
instructione pollet: plausum co-
vivii. variis sermonibus prosequuntur. eo quod
veneris nimia parante. nexus eba-
longum. insolubilem. et pestiferum.
bibit amorem. quem diffinit philosophus:
¶ Ecce concupiscentiam cernendi. Campa-
norum luxuriam urbi fuisse pestilem.
hystoricorum testimonio: celebre est
invictum cum armis hannibalem: illa
tebris suis complexa romano mi-
liti. vincendum tradidit. Illa nigi-
lantissimum ducem illa exercitum acrium
dapibus largis. habundanti vino.
unguentorum fragrancia. venus usu
lascivioris ad somnum. et delicias con-
vocavit. et tandem fracta. et con-
tusa. vincta feritas est. cum se prelia
¶ et albana castra. et ceperunt. Ideo
hiis ergo virgis fedus. et dampnosius
fuit. quibus utique alteri victorie
relanguescunt. sopita gloria. in infa-
miam vertitur. animi quod petere et cor-
poris vires. adeo expugnantur. ut ne-
scias ab hostibus ne. an ab illis
capi. perniciosius habendum sit. Ve-
rbs voluminosissima opulenta divi-
iciis. ornata moribus. et legibus
ordinata caput orbis terre habe-
batur. Sed postquam luxuria prolapsa est
in profundum vitiorum. et spiritu
divitiis dedidit. ut furorem se insole-
tissime dominationi subiceret. quod primi
admodum pauci senatorum ordinis
intrare hausi. non proviusque re publi-
licam occupaverunt. testamenta ad
arbitrium suum scribi iubebat. convi-
via cetus quod ingenerum. que fieri
vetebant. ducebant filias duorum
¶ Postremo legem sanxerunt. ut stup-
ra invidiis parit atque impune lu-
prunitate cet. ac neque virgo. inge-
nuo iubebit tum castitate. neque
aliquis opinione iporum delibasset
Esopus tragedus. furiose luxurie
depinget munerum. que constat a
coctis liquefactos. grandis summe vir-
tutes. potionibus aspergere solitum ut
amplissimum precium. posset una
¶ sorbitiuncula deglutire. Metellus
pius. ab hiis qui res memorabi-
les scribunt arguitur. quod se aris. et thu-
re pateebatur ab hospitibus excipi:
lecto quod intuebatur animo atthalicos
aureos in adventu suo celatos pi-
ctos. et in maximis epulis ludos
aparatissimos fingebat in theatro.
et in veste palmata convivia ce-

lebrat. dimissas quoque laquearibus ve
lut celesti capite recipiebat coronas:
Et ubi ista? Non in grecia neque in asia
quarum luxuria: vel ipsam severitatem
corrumpere solet: sed in horrida et
bellicosa provincia: et que romano
rum captarum oculos lustrans celis
perstringere consueverunt: Xerses opum re
giarum ostentatione eximia. eo usque
luxuria gaudebat: ut edicto premium
ei opponeret. qui novum voluptatis genus
repperisset. Cum et diligens dum nimis
capitur. cum amplissimi cumula imperii
aput salaminam vix una nave eva
sit. Ex qua luxoriosum in lictis
intemperancie quinimmo aput Mat
nem accepisti: frugaliores inesse
sobrietatem. et continenciorem celi
eneca apud evandrum officio hospi
talitatis excepto invenies. Ibi quidem
consideraverunt viri. vox patris dex
teram dat. humanitatis verba. officia
ossium hospes prosequntur. Hoc ubi
dicta: dapes iubet et sublata reponi
pocula. gramineo que viros locat
ipse sedili. Precipuumque thoro. et villo
si pelle leonis: accipit eneam so
lio que invitat acerno. Tum leti iu
venes certatim. araeque sacerdos
viscera tosta ferunt thaurorum: one
rant que canistris. dona laboratae ce
reris. bacchumque ministrat. Vescitur e
neas: simul et troiana iuventus per
petui tergo bovis: et lustralibus
extis. Ibi cuncta sunt aurea: et uni
versa suo nitore perfulgent. Hic se
dile gramineum. acernum solium. et
que virum fortem deceat: spoliati
leonis pellis villosa. Hic lecti iuve
nes necessaria. ibi famule superflu
a et preciosa ministrat. Ibi vero tan
dem ab epulis. quies indulgetur. Hic exi
nitur fames et edendi epulis fru
galibus corripuit ardor. ibi cuncta
copa. luxuriancium letificat celum
Hic arte sacerdos. refectionem sobriam
conservat religionum. Hic pie misteria
sacra tractantur. et ad erigendam
rempublicam: erigitur virile ro

bur. ibi. ut luxurie faveant. fusis
pedibus vinitantur et numina late
sunt ergo sicut in saturnaliorum libro
legitur. ad luxuriam reprimendam leges
plurime. quarum persecutoriam nec com
in talce civilis quoniam ponere. nec te
diosum erit: nec omnino inutile.

rima ergo omnium ad populum lex Or
chia pervenit. prescribens numerum
et unum quinctarum. Verum immodera
tum sumptum: nequaquam cohibuit.
tamen cuiusque licet. pro arbitrio. bona
sua inter paucos consumere. secuta
est ergo lex fannia: que etiam sumpti
bus modum fecit. scripta que est in qua
ut non solum cives urbani. sed homines
ubique italie. lege sumptuaria tene
rentur. Nam in eo dicte legis ius
consistit. At istis adiecta est. et licinia
que non quinarum. et quantitati sumptu
um. et cauconi locorum. diem dederit tempo
rum. perscripsit regularum. ne quotidianis
liceret exultare conviviis: dies certos
prefinivit. quibus permissum est convivari
ergo etiam sobrie etate seculi: perscripto
legum coherceretur expensa cenarum. Si
quidem ab initio cepit radix luxurie
pullulare. Unde et vetus verbum est: le
ges bone ex malis opibus procrean
Lex quoque cornelia sumptuaria e
adiecta prioribus in qua non conviviorum
magnificencia prohibita est. nec
gule modus factus: sed minora precia
rebus imposita. Ex quibus rebus
etiam exquisitis. et pene incognitis
generibus deliciarum. quos illic pisces
quasque offulas nominat. et tam precia
illis minora constituit. Ausim dicere
ut vilitas edulium. animos hominum:
ad parandas obsequiorum copias incitaret.
et gule servire. etiam qui parvis erant
facultatibus possent: Ergo ad plene
luxuriosus et prodigus videri potest

vel obsoniorum

cui hoc tanta in epulis vel grabi
ta ponatur Preterea lucius silla le
pidus consul. antius restio: leges tra
duntur tulisse cibarias: sic enim sum
ptuarias leges cato apellat Differunt
tamen: quia cibarie gulam iugulant.
sumptuarie altimodatim ut ait por
tunianus luxuriam cohibet Hoc autem
magne libertatis laudibus laudibus
affert. quia cum multe leges: de cenis: et
sumptibus ferrentur ad populum
castigantissime. illius vigor diu ob-
tinuit: que nunc obscenum habet. quia
nunc probat oculatum Precepit enim. ut pa
tentibus ianuis pransitaretur et ceni
taretur. ut sic oculis civium testibus
factis. luxurie modus fieret Hoc autem
ideo. tuto probat portunianum: quia apud
populum castigatum et posteriorum respectum
anterum. laudi erat frugalitas: et pau
pertas non poterat esse contemptui. vel
rubori Nec verendum erat. ut ad ce
nam aliquam. quispiam invitatus im-
pudenter irrueret Quicquid enim
fabulis non enotatos. haut equidem
turpe existimamus: Verum sponte irrue-
re in convivium alterius proprium: ne homero
sine nota. vel in fratre memoratum est.
Ceterum leges ille valimpate. seu va
lufrage. licet portuniani iudicio op
time fuerint: obstinatione tamen luxu-
rie. et vitiorum invicta concordia.
nullo abrogante irrite facte sunt:
Antonius. et si nulli sumptuarie legi
paruerit: legem tamen de cohibendis
sumptibus tulit Homo quidem teme
rarius. sed manu invalidus. et
luxurie deditus. usque quaque. superatum
quia multo: magno pompeio successit.
ex decreto gaii cesaris: de quo triump-
hatore orbis. vilis adulator: et homo
vagus sordidus triumphavit Captus
est tamen cesar. virtutis imagine.
eo quod professione pectore. et communicatio
nibus. et latronum et histrionum: stipa
tum magnificans vulgariter videbatur.
Ergo bene agitur cum principibus po
pularibus. qui ex necessitate coguntur
ad custodiam fame. vilissimis nebu
lonibus adulari Nam in re publi

ca. nemo bravorum. cesare magis
accessit ad pompeium: licet enim rempu
blicam oppressisset: populus tamen
romanus: omnia que ipse decreve
rat: approbavit. Forte victus sedi
tionem. et civilis belli recentem
passionem: opinio tamen prevaluit
ut ipse summa virtute. et clementia pre
ditus fuerat. statuta eius. que ex
maxima parte benigniora: plus
apparent Unde in laude eius cicero
ait Nulla de virtutibus tuis. nec ad
mirabilior: nec gratior misericor-
dia est Primum ergo animum egre
gie virtutis imagine. facile subp-
lantavit antonius. Hic enim. cum quic
quid mari: aut terra: aut etiam
celo gignitur ad satiandam in
gluviem suam: natum existimans.
faucibus ac dentibus suis: subde
ret. eaque re captus. de romano
imperio. facere vellet egiptum re
gnum: cleopatra uxor. que vinci
a romanis. nec luxuria dignaretur
sponsione provocavit. insumere se po-
sse. in unam cenam. sextertium centies
HS mirum antonio visum. nec mora-
tus sponsione contendit dignus
sculna munatius plancus. qui
tam honesti certaminis arbiter electus
est Altera die cleopatra pertemptans
antonium. pollucibilem sane pavit
cenam. sed quam non miraretur anto
nius Quippe qui omnia apponeban-
tur ex cottidianis opibus agnosceret
Tunc regina arridens phialam
poposcit. cui non nihil acri aceti
infudit. dimisit quia festinabunda.
illuc unionem ex altera aure
demptam: et eundem mature di
ssolutum. uti natura est eius la
pidis: absorbuit Et quamvis eo
facto sponsione vicisset. quippe cum
ipsa margarita. centies sextertium
sine contentione evaluisset. manum
tamen ad alterius auris unionem
similiter admovit nisi munatius
plancus iudex severissimus. superatum
antonium. mature pronunciasset:
Ipse autem unio cuius fuerit mag-

tudinis . inde colligi poterat . quod qui sup-
sunt . postea victa regina . et capta
egipto romam delatus . dissectusque est
et facta ex una margarita due . impo
siteque simulacro veneris . ut monstruose magnitudinis in templo quod pan
theon appellatur Sed hiis et similibus
deuicerunt intemperantissimum . et flag
itiosissimum . non populi romani .
sed vitium publicus hostis : ne edictum
quod triumviratus tempore de sumptibus
posuit : legis nomen habeat . At vi
gorem locum ante immo et vanitatem
legibus fuisse cibariis . vel ex eo constat .
quod cibariorum diligendorum regulam
luxuria adinuenit Testatur hoc
marcus varro . qui enumeratis . que
in quibus . italie partibus optima
ad victum gignantur : pisci tiberino
hiis verbis tribuit palmam . in libro xi.
rerum humanarum . Ad victum optima
fert ager campanus . frumentum . faler
nus vinum Cassianus oleum . tuscu
lanus . ficum tarentinus . piscem ti
beris . hec varro . Sed inter eos precipuum
locum lupus tenuit . et quidem hiis
qui inter duos pontes captus esset
Id ostendit cum multi alii . tum etiam
gaius ticius . vir etatis luciliane
in oratione qua legem phanniam
suasit . cuius verba ideo ponenda sunt .
quia non solum de lupo . inter duos
pontes capto erunt testimonio . sed
etiam mores . quibus tunc plerique
viuebant . facile publicabunt de-
scribens enim homines prodigos . in forum
ad iudicandum ebrios commeantes quid-
que soleant . inter se sermocinari : sic
ait Ludunt alea . studiose delibuti . un
guentis scortis stipati Vbi hora
x . sunt iubent puerum vocari . ut
comicium eat percunctatum . quid in fo
ro gestum sit . qui suaserint . qui di
suaserint quot tribus iusserint quot
vetuerint Inde ad comicium vadunt .
ne litem suam faciant Dum eunt nul
la est in angiporto amphora quam
non impleant . quippe qui vesi-
cam plenam habent Veniunt

in comicium tristes iubent dicere
quorum negotium est Narrant Iudex
testes poscit Ipse it mictum .
Vbi redit . ait se omnia audiuisse
tabulas poscit literas inspicit . vix
pre vino sustinet palpebras Eunti
in consilium . Ibi hec oratio . Quid mihi
negotii est cum istis nugatoribus po
tius quam potemus mixtum mulsum vi
no greco edimus turdum pinguem
bonumque piscem lupum germa
num . qui inter pontes captus fuit hec
Ticius Sed et plinius sui temporis elega
ter tetigit gulam cum tum scribet . de
pisce accipensere . qui licet rarus
est prius cuius vocabat . Post premissa
subiecit . nullo in honore nunc est quod
equidem miror . cum sit rarus inuentu Sed
non diu stetit hec parsimonia Nam tempo
ribus seueri pertinacis . Samonicus Serenus
vir seculo suo doctus . subiectis verbis pli
nii Non est dubium ait . piscem hunc .
nullo in honore traianum temporibus exti
tisse Verum ab eo dicta . apud antiquos
fuisse in precio Ego autem testimonio pa
lam facio . vel eo magis . quod gratum eius
video . ad epulas quasi postliminio redi-
isse Quippe qui dignatione vestra cum
intersim conuiuio sacro animaduerto hunc
piscem . a coronatis ministris . cum tibicine
introferri Longum erit . si omnia que
omnes leges cibarias induxerint . vel
a cibariis legibus nata sunt voluero
enarrare . cum nec luxus morum sermone
valeat comprehendi . et sunt plurima se
culo nostro incognita . que illi . vel ab
exprimere . vel experire moribus potue
runt Sicut cum grecia capta ferum
victorem cepit . et artes intulit agre-
sti lacio . sic enim generum mores bo-
ni . et mali . romanorum victorum prescru
ti sunt Si quidem minima nostro
pro demonia gentium . superstitiosius .
quam religiosius aduocabant . ma-
gnam quod sibi visi sunt assequi re-

ligionem quia nullas respuerant
falsitatem deos tutelares. Romani tam
pio quam impio cultu omnibus sibi sub
trahebant. ut omnes in una urbe
collecti in illius custodia iugiter
vigilarent/ sic et que urbis locorum
placuisse audierat in urbem tra
iecerunt unde posset gratiam eius
in se et gloriam provocare. Simile ali
quid fecisse visus est rex anglo
rum Willelmus primus cum devicti nor
mannia cenomannis et tandem
maior britania cessit. Assumpto
namque regni diademate. et pace
composita negotiatores iussit ad exte
ras nationes. ut a preclaris eorum
domibus quicquid eis magnificum aut
insignitum videtur afferrent. Deflu
xit ergo in insulam opulentam et
que fere sola bonis suis est in or
be contenta. quicquid magnificentie
in toto luxurie potuit inveniri lau
dabile quidem fuit et magni animi
propositum. qui virtutes omnium orbi suo
volebat infundere. Sed in eo arbi
tratu laudabilius extitisset si inge
nium quam armis vicit. et quam
luxurie preierat magnitudo. legem
temperantie promulgasset. Sane fru
ctuosius erat. cum robore urbe et
ope. quam lasciviendi abundantia
te cultorum. magnorum pro pagine au
daciam Decius egisse Gaium cesarem
pace urbis reformata. refert portu
manus. qui sub sumptuarie legis in
sistens vestigio domum civilem porti
cumque imperatorum ingressa prima
tibus solemnibus pulmentis. sine
ferculis. statuit esse contenta. Quo
tamen bellaria panthetica. puritate
aut dignitate personarum. aut confe
derationis dilectione. aut solempnitate
diei. primus mensis licuerit immiscere
Solemnia quidem pulmenta sunt
que in omnes pertranseunt. et agreste
catholica. hoc est universalia vocantur.
parentetica vero que ex causa ne

cessitatis. aut urbanitatis. in precepta
aliqua rationem recipiunt per quam sic
dicta. eo quod solempnibus id est universa
libus particulariter soleant interponi
Nec enim pulmenta in ollere. aut
leguminibus quod constare certum est.
tum ex multis. tum ex eo quod patriarcha
ysaac de venatione filii. sibi pul
mentum fieri imperavit/ significant
autem bellaria omne genus mense
secunde cum ibi solent apponi que
pulcriora sunt et delicatiora. utitur
autem hoc nomine marcus var
ro in bellaria inquit. ea maxime
mellita sunt. que mellita non sunt
Et forte eo referri potest quod utentibus
gratiora sunt ea que nectibus appo
sita. quam que invitato gule in
venit Sed forte pusilli videtur
animi qui ad hunc modum prime
mense. luxuriam cohibet aut qui
facit vitalibus legibus sumptuarie
mentionem. nec tamen cesare ma
ior est aut magnificentior quisquam
eorum. qui morum rectorum sunt. iactura
exercent gulam. luxurie obsequuntur.
serviunt vanitati. et nequitiam
aut negligentiam suam nituntur.
liberalitatis imagine consolari.
Verus cesare augusto frugalior
qui in summo fastigio culminis. se
cundario pane et pisciculis quos
vulgo spinaticos. vel ripiliones
vocant. et non. nisi necessitate ur
gente comedebat. vel animo Verus
nerone gulosior. aut sumptuo
sior. Et tamen quis umquam magis. aut
laudatus erit alicui sapienti. non
magis quam G. caligula aut vi
tellius. sed eis minus. Nam et
quod pandia et cenas. et comessa
tiones in modice frequentabat. fa
mosissima inter cetera fuit cena
in qua invitatus a fratre fuit. ibi
duo milia lectissimorum piscium.
et vii. milia avium. Quod autem quod

exsuperavit ipse in dedicatione patera
quam ob immensam magnitudinem clipe
um Minerve appellavit. In hac fa
sinorum et pavonum cerebella linguas
phenicopterum murenarum
lactes ex totis maris partibus petita.
Sed quid tunc? Numquid Iulio vel augu
sto maior est metellus pontifex
luxuriosus cuius cenas facilius est
referre quam intelligere. Nam et pre
famosam cenam fecit cenas
et anticenam vel ut ait Fortunatus
paratiorum tanta instructus luxuria
ut nullo modo splendorem cene civi
lis sed etiam egyptiam luxum corrigeret.
Cuius tunc luxuriam accusaret alio
rum qui tot rebus factas sint cena
pontificum. Nam et ipsa edulium ge
nera vel dictu turpia sunt et
ornatibus licet nunc in luxus splendore
glorientur propter inaudita.
Si quis ea nosse desiderat revolve
at saturnalia per cuncta Fortuna
tam civilia instituta. Ne tamen vi
rum longe petantur exempla ma
iorum erroribus suos nostra etas ad
iecit. Memini me fuisse in apulia
divitis cuiusdam interfuisse cene que
ab hora diei nona fere usque ad
mediam noctis et hoc quidem tempore
equinoctiali protracta. In hanc itaque
convenimus hospites constantinopolita
nas babilonitas allexandrinas
palestinas tripolitanas barbaras
syrias phenicasque congessit delicias
acsi ille si sicilia calabria apulia
campania quoque non sufficiant communium
austerie delitatium. Copiam rerum ingeste
in disciplinam sedulitate obsequii
urbanitatem hospitis plenius et me
lius referet vir singularis eloquii
et qui omnibus quos viderim trium
linguarum gratia prestat is quidem
est iohannes thauranius eboraci.
Nam et ipse interfuit. Sed quod sine
rubore fidelium dici vel audiri non
potest infidelibus teste macrobio plu
ra turpia et luxuriosa videbantur
que seculo nostro placent et optinere

eorum magnifica appellantur. Nam
civitas in suasione legis fannie obiicit
seculo suo quod porcum troianum mensis
inferant quem illi ideo sic vocabant
quasi aliis inclusis animalibus gra
vidum sicut ille troianus equus gravi
dus armatis fuit. Lecta fabula
apud petronium si potes ingredere et
porcum sic gravidari posse mirabere
nisi forte admiratorum multiplex ignorantia
Ita et inaudita luxuria tollat. Et quidem
multa que nos usu vel abusu edocti
non permirum cotidie sunt admiranda
quondam et stupenda maioribus. Nam et
porcum iam non troianum sed domesticum
dicimus et in hunc modum faciendo quam
plura facimus esse troiana. Unde mar
cus varro in libro tercio de agri cul
tura hoc quoque inquit institutum est
saginari et lepores. Cum exceptos de le
porario quondam in caveis et loco
clauso faciant pingues. Sed et cochleas
luxus efficit saginatas. Hec varro.
Nichil autem istorum luxus iam habet
notarum sed est civilitatis insigne quod
incentivum est gule.

[Ci]vili ad philosophicum tra[nsire]
[li]ceamus licet hiis qui rerum substan
tiam philosophantes invenientur philosophis civi
lia videntur esse connexa. Si quid philosopho
rum omnino moderatius a conviviis non
potest abesse civilibus cum nichil omnino
officiosius sit aut civile quam ut illa
pertractet. Ipsa est que universis pre
scribit modum et diversis disponit officia
etiam plebeiis et vulgaribus interesse
dignatur. Alioquin nichil alicubi recte
procedit nisi et ipsa rebus afferat quod
verbis docet. Eadem cum possit verbis in
animis ventilare in scolis virtutis offi
cia si non actibus et vita solidentur
dicitur tamen esse plebeia que ad
modestiam minus accedunt et que philosophie
soluta legibus ab indisciplinatione
aut esuriem inveniunt aparitate.
Aut aliorum et aviditate furorem. Si
apud nasidienum cenare contigat
sordidus displicet apparatus domi
nus incomposita susurris instruitur

verba non possunt operibus

auaricia illius qui titulum profert con
uiuarum irrisoriam prouocat gula. ut cum
aliphanis vinaria tota inuerterint:
submurmurent inuicem. illud oracii:
nos nisi dampnose bibimus moriemur
inulti. hoc cum modis omnibus agit:
ut pater familias cum impensa perit et
opera dampnificatur. Si autem apud
tepheum discumbatur: opulencia et de
fectus racionis ad insaniam redigit et
facillime fit a bacho. totum sus ad mar
tem hoc cum in fabulis exprimunt. illa
conuiuia centaurorum. vbi bachi non
cessant munera: donec eliciat sangui-

Vulgaria Verum hec quidem sunt vulgarium con
uiuiorum commercia. et que philosophie non
temperantur arbitrio. Quos si videris
ultra modestiam conuenire: non fabu
losos centauros crede. sed veros. Ve
re miseri hii sunt. et arma spiritus sui ad
spiritus bachi inaniter intumescunt. Nam
que a plebeis id est tenuioribus celebrantur
interdum ciuilia. interdum philosophica sunt:
nisi forte socratis. alcipiadis. epite-
cti aliorumque philosophorum conuiuia inciui-

Ciuilia lia opinioni. Ciuilia tamen sunt: ut
morem sequantur urbium. qui pungiori
ori minima utuntur. non quidem disso-
luta: sed liberioris licencie. et opu
lenta magis. et que ad quamdam leti
ciam: salua tamen modestia. magis
quam ad philosophicum rigorem accedunt.
Ab hiis ergo nasidyanite careant.
et quicumque supercilii grauitate et in
ameno vultu: ad inuitorum hylarita
tem offendit. Quidquid enim in cel
la ferueat. aut in culina paret.
aut congestum sit in promptuario. aut
in mensa resplendeat. insipidum est.
et insulsum: si non hylaris vultus in
dicio. saporem ingerat caritatis.
Nam et iupiter ut in fabulis est. pau
peris hospicium acceptauit quinimmo. et
magnas reputauit delicias quod de
uota philemonis angustia. ministrat.
Et quidem de illo dictum est: sed obiter

apud omnes: quia super omnia vultus acce
dere bonum: nec misereri pauperis quam volun
tas. Est ergo ciuiliter conuiuari. hylari
vultu. larga manu. diligenti officio:
amenare conuiuium. et quem usum suppe
tit: habita racione personarum. loci et
temporis. singulis dispensare. non
quidem ex tristicia. vel ex necessitate: cum
hylarem datorem et deus diligat.
Cynsus istorum. licet et tacio. ponere
signa. nominis precepti qualia imitat
mutant pitagoricum: anithque certum
doctum platonica. Porro conuiuia philosophica

philosophica omnino castigata. et sub regulis limitata
sunt: ut qui vsant in hiis: possunt vel
la tibi. aut potus impediente mole
stia. suis officiis inseruire. Verba enim
sunt et cum luxuria castigata non
impediunt seueritatem. ne porcinam inst
ciam exequantur a talibus inquisicionem
platonice non renouant. memoriam re
rum gestarum. non exercent tristiore. th
mes nos plebeie. tas rerum cum appo
nit aliquis a quocumque breuis officio
Retardatur hic nec tristiciam. nec vult
inhibitum. contingit in bonis duce. ut
crassum illum. quem cicero. aut aucto
lucilio. semel in vita risisse scribit.
magnopere admirari. assunt utique vo
luptates. sed que lasciuia careant.
adest grauitas. sed que leticiam non ex
cludat sunt autem. et hii quinimmo. suas
sumptuarias. vel cibarias leges. non tam
ut rebus. sed ut personis parcat. vos cum
quoties vtilitas. aut honestas exposcit.
Refundere non verentur. Siquidem in eis
nichil sapienti carum est. preter vsu
videtur aut virtus iocosus. ad custodiam
felicitatis. cum iocundissima. et vtilissima
voluptas est. egregium statuisse cibaria
legem. Ait ergo Adesse debet racio
ut tales. et ceteras firmamus estas qb
quo non onerictur corpus. nec libertas animi
pregrauetur. quia et comedendum est
et ambulandum. et dormiendum et di
gerendum. et postea inflato venis

incentiua libidinis sustinenda. luxuriosa
res vinum et tumultuosa ebrietas. Omnis
autem qui cum hiis miscebitur non erit
sapiens. Nec tales accipiamus cibos
quos aut difficulter digerere aut con-
iectos magno partos et perditos labore
doleamus. Olerum et pomorum ac legumi-
num et facilior apparatus est et ar-
te impendiis que cocorum non indiget
et sine cura sustentat. Humanum genus
moderate que sumptus quia uel avide
devoratur que irritamenta gule non
habet leviori digestione concoquitur.
Nemo cum uno et duobus cibis hiis-
que vilibus usque ad inflacionem ventris
oneratur. Que diversitate carnium et sa-
poris delectatione concipitur cum va-
riis odoribus sumat pabulum et ad
esum sui completa esurie quasi capti-
vos trahunt. Unde et morbi ex satul-
tate nimia concitantur multique impa-
tienciam gule vomitu remediantur.
et que turpiter ingesserunt turpius ege-
runt. Sed forte nimis austerus videtur
esse ieronimus et cuius edicto difficillimum
sit parere. Esto liceat contempni ieronimi.
stoicorum vilescat auctoritas. exclu-
dantur peripatetici. dicam nunc epicurus
voluptatis assertor audiatur de-
stantur eum ut de unis taceam se-
necam et multi alii clari inter philosophos.
quod ille omnes libros suos repleverit
oleribus et pomis. dicens ea esse vi-
vendum. quia carnes et exquisite
epule ingenti cura ac miseria pa-
rantur: maiorem que penam habeant
inquirendo quam voluptatem in abu-
tendo. Corpora autem nostra cibo tantum
et potu indigere ubi aqua et panis
sit. et cetera hiis similia ibi nature
satisfactum. Quicquid supra fuerit
non ad uite necessitatem spectare sed
ad uicium voluptatis. Bibere et co-
medere non delicatum ardorem sed
sitim famemque restringere. Qui

carnibus vescuntur indigere ceteris hiis
que non sunt carnium. Qui autem simpli-
ci victu contenti sunt carnes non requi-
runt. Sapiencie quoque operam dare non
possumus si mense habundanciam cogi-
temus que labore nimio et cura indi-
get. Cito expletur ventus fruges et
fames simplici vestitu et cito expelli
potest. Hec quidem epicurus licet aspri
sequacium grege contraxerit infamie
notam. Porro aristoteles docet a
quibus sit voluptatibus precipue ab-
stinendum. Cum enim de quinque percepto sensuum
fonte voluptas oriatur illam que
est gustus et tactus id est cibi et ventris
solam hominibus communem dicatur esse
cum beluis. et ideo yppocraticum ferarum
que animalium nomine habetur quisquis hac
voluptate ferarum occupatur. Ceteri
ex tribus aliis sensibus perfrui certes ho-
minum tantum propria sunt. Quis igitur
habens aliquid humani pudoris vo-
luptatibus istis duabus coeundi atque
comedendi que homini cum sue atque a-
sino communes sunt gratuletur. Hec
aristoteles. Socrates autem dicebat
multos homines propterea velle vivere ut ederent
et biberent se bibere atque esse ut viveret.
Unde satiricus summum crede nephas ani-
mam preferre pudori et propter vitam vi-
vendi perdere causas. Refert valerius
vini usum olim romanis feminis fu-
isse ignotum: ne scilicet in aliquod dedecus pro-
laberentur: quia proximus a libero patre
intemperancie gradus ad inconcessam
venerem esse consuevit. Convivium eciam
sollempne maiores constituerunt idque
karistia apellatum est: cui preter co-
gnatos et affines nemo interpone-
batur. ut si qua inter necessarias per-
sonas querela esset orta. apud sacra
mense et inter hilaritatem animorum
et fautoribus concordie adhibitis tol-
leretur. Senectuti iuventus ita cumu-
latum et circumspectum honorem reddebat:
tamquam maiores natu adolescentium
communes patres essent. Quotta
iuvenes ita senectuti deferebant hono-
rem. ut senatus die aliquem ex patribus
conscriptis aut propinquum aut pa-
trie amicum ad curiam deducebant

affixi quam valvas exspectabant, donec re-
cedendi officio fungerentur. Et tua quidem
voluntaria statione et corpora et animos
ad publica officia impigre sustinenda
roborabant. Brevi quoque processu in lucem
virtutum suarum verecunda laboris me-
§. 9 ¶ ditatione ipsi doctores erant. Invita-
ti ad cenam diligenter querebant qui-
nam ei convivio interesset, ne senioris
adventum discubitu preverterent, sub-
lataque mensa priores consurgere et ab-
ire paciebantur. Ex quibus apparet
tenue quoque tempore quam parco et quam mo-
desto sermone his partibus soliti sunt
§ 10 ¶ uti. Maiores natu in conviviis ad ti-
bias egregia superiorum opera carmine
comprehensa pangebant, quo ad ea
imitanda iuventutem alacriorem redde-
rent. Quid hoc splendidius, quid
etiam utilius certamine? Pubertas suum
canis decus reddebat, defuncta virium
cursu etas ingredientes actuosam
vitam favoris nutrimentis prosequebatur.
¶ Quas athenas, quam scolam, que ali-
enigena studia huic domestice disci-
pline pretulerim? Inde oriebantur Ca-
milli, Scipiones, Fabricii, Fabii et Ma-
rcelli. Ac ne singula romani imperii
lumina percurrendo sim longior, inde
celi superioris clarissima pars divi Ce-
saris effulserunt. Hec Valerius. Sed
et ipse Plato, cum esset dives pro tempore
tamen et condicione, et thoros eius
Diogenes lutatis pedibus conculca-
ret, ut posset vacare philosophie, elegit
Achademiam villam ab urbe procul,
non solum desertam, sed et pestilen-
tem, ut cura et assiduitate morborum
¶ libidinis impetus frangerentur, discipuli-
que sui nullam aliam sentirent vo-
luptatem nisi earum rerum quas di-
scerent. Est autem via omnibus preclu-
sa disciplinis si comes sapientie so-
brietas amoveatur. Et nam utique te-
nere non possunt qui clamitant apud
insulsos omnia sitis ac dura esse
posita. Ego quidem novi hominem lon-
ge inferiorem Platone nisi quia christi-
anus est. Nec licitum arbitror Epicurum
preferri vel Platonem. Novi inquam
hominem egrotativum morborum inces-
su assiduo, quid tamen non exercescunt
super illud quod ferre potest gaudentem,
ut carnis lascivia conteratur et
spiritus erigatur et roboretur in ag-
nitionem dei, contemptum mundi, exer-
cicium virtutis, et id solum desiderabile
quod conspicit hec, et corporis servent
incolumes, et ipse violencia egri-
tudinis agendis non revocetur, ali-
quod flagellum leve tamen et infirmo
tolerabile de manu domini expecta-
¶ tem et amplectantem. Platonici
ergo et stoici in templorum lucis et
porticibus versabantur, ut admoniti
augustioris habitaculi sanctitate nichil
aliud quam de virtutibus cogitarent.
Hanc autem meditationem non habent
illi quorum deus venter est et ex-
pectatio in confusione, quorum gla-
sterius ignis et vermis. Videbit et
apostolus his quos ad veram erudit
philosophiam sumptuariam prescribere legem
dicens: habentes victum et vestitum his
contenti simus. Ceterum ut cum mei
similibus pinguiori minerva utens
minus agam, omnia que usus necessi-
tatis aut vere honestatis alienig-
nisse aut in sumptus adhibita vacare
et deducta abutendi licencia corrigit
in alimentorum et indumentorum racione
vadat viam, et hec philosophia cedentibus
suis indulget et solius immoderationem
¶ cohibet intemperancie.

ictum est philosophiam totius civilita-
tis et omnium agendorum esse magistram
9 et eorum que in conviviis exercenda
sunt officia dispensare. Cum sint ergo
plurima civilitatis precepta, illud quod
omnibus philosophis et sapientibus ante-
cellit et cui quorumlibet philosophorum civilior
est. Similibus vigiliis vide multo.

ante povendeat posterioribus dicit ergo Sed
inuitatus fueris ad nuptias noli locum
occupare primum. ne forte honoratior te
sit inuitatus. et dicat tibi. quite in
continuit. da huic locum. et tunc inci
pias cum rubore nouissimum locum te
nere. Sed recumbe in nouissimo loco. ut cum
te viderit. qui te inuitauit dicat tibi.
amice ascende superius. et erit tibi glo-
ria simul discumbentibus. Deinde hunc
articulum quasi generali loco confirmans.
ait Omnis enim qui se exaltat. humi-
liabitur. et qui se humiliat exaltabitur.
Et licet religionis potius quam ciui-
litatis videatur edictum. Ergo religionis
formam a ciuilitate non diuido. Cum
nichil ciuilius sit quam cultui virtutis
insistere Ceterum nec valnifragam
admittit legem. nec letitiam exclu-
dit. nec lautorem refugit apparatum.
gule tamen ultramodica non querit. Ait
enim. Tauri mei. et altilia occisa sunt
et ubi redeunti prodigo. pater prius
vestibus instruxit quam ad conui-
uiandam letitiam symphoniam admi-
sit et post chorum. Occisus est vitulus
saginatus. et ne vestis abiecta conui-
uium deturpet. annulus et stola mi-
sterio officio in usum mundi et orna-
tum. preferuntur de conclaui. Sicut autem
dignis liberalitatis hostia patet ita
sunt turpibus precludenda Nam et
fatue virgines licet pulsant ad ge-
ianuam. ob stultitie notam repul-
sam patiuntur Ne forte eiciatur
admisse Constat enim quia turpis
eicitur. quia non admittitur hospes.
et tunc sine nota eicitur. Si sua
turpitudine deformet conuiuium Si
quidem et ille eiectus est. qui ve-
stem non habuit nuptialem hoc
autem licet misticum habeant in-
tellectum nichilominus in ipsa superficie
ciuilitatis preferunt rudimenta. Nam
et illud quidem fideliter sonat ad
literam. quod apostolus precepit Si quis
frater nominatur. fornicator. aut
auarus aut ydolis seruiens. cum
eiusmodi nec cibum sumere. Ad hoc
ergo est liberalis domini ianua

ut lasciuos criminosos et infames excludat
Ad hoc gentorem habet. aut hostiarium
neque insulsus irruat. et ut sit qui
dignos et admittendos reuerenter exci-
piat. honeste alloquatur solaciter
ignotos. instruat nouitatis ignaros.
et cum opportunitas fuerit. ad dominum intro
ducat. Est et rerum copia siue luxu-
riositas siue lasciuia et usus rerum
liberiosus quam liber. sed virtute incolumi
Nam quidam herodis. aut pharaonis. dum
inmoderatius ad gestus saltatricis. aut
ad feruorem vini. letitiam concipit. fine
tragico exit. et homicidio maculatur.
Hoc nec apud gentiles ciuitas approbat.
Valerius auctor est. quod porcius cato
lucium flaminium sustulit a numero sena
torum. quia aliquem dampnatum in pre-
securi percusserat. tempore tamen supplicii.
sed ad arbitrium et spectaculum cuiusdam
mulierculae. cuius amore tenebatur electo.
Sed et lucius flaccus et collega eius
censores. durionum senatu mouerunt.
quod legem de coercendis quinimo sump-
tibus latam. tribunus plebis abrogauerat.
in sacra nota causa quam impudenter.
durionis. vestra conscendit. Illa dic-
tura freni sunt iniecti vobis quibus
nullo modo perpetiendi. alligati et constricti
estis amaro vinculo seruitutis lex enim
data est. que vos frui ac iubet Ab
rogemus igitur illud orride vetusta
tis rubigine. obsitum imperium Etenim
quid opus est libertate. si uolentibus
luxu perire non licet. Est et alia in
sacris literis ciuilitatis nota. ut a bini
rio gratiarum procedant actiones Nam
et illud constat. quod liberalissimum et ci-
uilissimum. aut sanctissimum patremfami-
lias. qui de quinque panibus saturauit
quinque milia hominum. Panem autem
frangens benedicere consueuit Sed et id
celebre est sapientibus quod plura que vini
tum numquam est dictum. et disciplina di
sciplinarum. honoranda est autem lo
quo Simile quoque est et sacre legis
consentaneum. aut omnino silere in
mensa. ut audias ad profectum. aut

Vale. li. 2 c. 9.

Forma mense

unde proficiant alii. aut sine culpa
letentur doctum proferre sermonem. Siquis
et interconcedendum dixerit parabolas aut
verba iucunde frequenter auditoribus miscet
sunt autem nimis histrica. et se civi
litatis ignara ubi tota voluptate
audiendi solus venter implere. aut
nisi clamore avium et ineptis fabu
lis quinta perstrepuit. Nec est qui musi
cam arceat. ad artes mores sit. adeo
quidem ut eam socrates dicitur in senec
tute didicisse. Cantabunt michi damoetas
et lirius egon. utile est. saltantes sa
tiros imitabitur alphesiboeus. ad plebe
ia transit. Illa ergo que apparatum sunt
et vitiis magni adversa. proscenda sunt
verba. et que luxuriam ingulant amouota
tamen vel temui suspicione avaricie. licet
enim intemperantibus sit sopita vene
ingenium. non omnino extinctum esse. pole
mo testis est. Hic autem perdite luxurie
adolescens aternis fuit neque illecebris
eius tantum sed et ipsa infamia gaudens
Cum e convivio non post occasum solis sed post
ortum surrexisset. domum que rediens xeno
cratis philosophi patentem ianuam vidisset. vi
no gravius. unguentis delibutus. sertis
capite redimito. perlucida veste amictus
refertam turbe doctorum hominum scolam
eius intravit. nec contentus tam de
formi introitu. consedit etiam ut cla
rissimum eloquium et prudentissima pre
cepta temulentie lasciviis eleuaret
orta deinde ut par erat. omnium indigna
tione xenocrates vultum in eodem habitu
continuit. omissaque re quam disserebat
de modestia ac temperantia loqui
cepit. cuius gravitate sermonis resipi
scere coactus polemo primum coronam ca
piti detractam proiecit. paulopost
brachium intra pallium reduxit. Pro
cedente tempore oris convivalis illari
tatem deposuit. ad ultimum totam lu
xuriam exuit unius quod oracionis salu
berrima medicine sanatus ex infami
gancone maximus philosophus evasit. per
egrinatus est itaque huius animus in ne
quitia non habitavit. Dictum paululum

Cum non philosophie (?)

Sed nequaquam domicilium fixit. Po
stremo unum est. ad quod tocius philosophia
actus tendit intencio. scilicet finis hone
stus. letus exitus. et ioconditas. qui
plane evenire non potest: nisi philosophia
omnibus officiis. et omni ministris offi
ciorum. custodem adhibeat verecundi
am. que parens est. et ut aut ve
les omnis honesti consilii. sollempnium
officiorum tutela. magistra innocencie.
cara proximis. accepta alienis. Prima
tas negligens facultates. ut quinques
amplificet. omni loco. omni tempore: prese
favorabilem gerens vultum: adeo quod
ut etiam in verecundie feratur acce
pta. Athenis quidem ultime sene
ctutis. cum spectatum ludos: in thea
trum venisset: eumque nemo. ci
vilibus sessum reciperet. ad lacede
moniorum legatos: forte pervenit.
qui hominis etatem ca- nos eius.
et annos: assurgendi officio vene
rati sunt: sedemque ei inter ipsos
honoratissimo loco dederunt. Quod ubi
fieri populus aspexit maximo
plausu. aliene urbis verecundiam
comprobavit. Fecerunt tunc unum e
lacedemoniis dixisse. Ergo atheni
enses. quid sit rectum sciunt. sed
id facere negligunt.

10 Fecerunt forte parum civilia et
superstitiosa nimis. que de sa
cris apicibus proferuntur. Ceterum
ut miciuis agamus: nobiscum ge
tilium: maiorum quidem philosophorum
conviuandi. regula in medium pro
feratur. Et quidem plures in
hanc partem. officiorum precepta de
derunt: sed ad presens pauci suffici
unt. Inter alios. saturnaliorum
liber primus occurrit. talibus. si recte
inspiciatur. et tantus: ut michil
aliunde oporteat mutuari. Cum
ergo. in primo capitulo: non tam

zona perlucida di
Polemo
no. li. 6. c. ult.

vestigiis · quem passibus dicendi imi
tari · et ex opulentia promptuarii
sui · tellure nostre supplere angustias
Hic quidem conspicuus est in sententiis
in verbis floridus · et tanta morum ve
nustate redundans · ut in institutione
convivii · et dispensatione societatis
videatur dulcedine preminere · Ait ergo
Postumianus · que vero cum moderatione
est · primum hec observatio ut sciat esti
mare presentium ingenia convivarum · et
simplices peritos · vel saltem amatores
sui · in convivii societate reperit · sermonem
de se patienter agitari qui
velut pauce licet mute dispense intra
multas vocales in societatem vocis
facile mansuescunt · ita rariores im
periti gaudentes consortio peritorum cum
consonant si qua putant · aut verum
talium capiuntur auditu. Si vero plu
res ab institutione discipline eius
alieni sunt presentibus qui pauca
ores interierunt · sanciet dissimulationem
sui · et patietur loquacitate maiori
parti conciliare · salvat ne rarior no
bilitas · a plebe tumultuosiore tereretur
Et hec convenit de philosophicis virtutibus quia
cum orator non aliter nisi orando pro
betur philosophus non minus tacendo pro tem
pore quam loquendo probatur · Sic ergo
pauci qui aderunt doctores in con
sensum rudis consortii · salva · et ultra
se questione migrabunt ut omnis
discordie suspitio facessat · Nec mi
rum si doctus faciet quod fecit quondam
Pisistratus atheniensium tirannus Qui
cum filiis suis · vetitum dando consilium
non optinuisset assensum · et ideo e
sset in simultate cum liberis · Ubi hoc
emulis causam fuisse gaudii com
perit · ex illa discordia sperantibus
in domo regnantis nasci po
sse novitatem · universitate civium
convocata · ait succensuisse quidem
se de filiis non adquiescentibus
patrie voluntati · sed hoc postea sibi
visum esse parte aptius pietati
ut in sententiam liberorum ipse concederet ·
Sciret igitur civitas sobolem regis
cum patre concordem. Hoc commento spem
detraxit insidiantibus regnantium
quieti ita in omni genere vite · precipue
quod in letitia convivali · omne quod
videtur absonum · in unam concordiam
soni · salva innocentia redigendum
est · Sic agatonis convivium · quia so
crates phedros · pausanias · herixi
machos habuit · verbum nullum nisi
philosophum sensit · At vero alcinoi vel
didonis mensa · quasi solis apta de
liciis habuit · hic ioppam · illa po
liphemum · cithara canentes · Nec de
erat apud alcinoum saltatores viri ·
et apud didonem bitias sic hauriens
merum · ut se totum superflua eius
inspiratione plueret · Nonne si quis
aut inter se piscatas · aut apud
penos · sermones de sapientia cru
tos · convivalibus fabulis miscuisset ·
et gratiam illis cetibus amicam perderet ·
et in se risum plane iustum moveret
Ergo prima eius observatio erit · esti
mare convivas · Deinde ubi sibi pa
tere presentem locum viderit · non de ipsis pro
funditatis sue intra pocula secretis
loquetur · nec nodosas ad arguendas
sed utiles quidem faciles tamen movebit
questiones · Nam sicut inter illos
qui hoc exercitii genus habent in
mediis saltare ruinis : siquis ul
tra se amplius exercet · sodales vel
ad cursum vel ad pugillatum lace
ssunt · quia ineptus vocabitur
ab alacritate convivii · sic apud nec
sum quidem apprehendum est · ut tra
teri liquorem ad letitiam nati ad
hebetem non immunem · sed vim
sacrum quoque · ad irruptione tempe
ries Nam si ut fateri necesse est

in omni conventu aut tacendum est aut loquendum quoddam silentium. nec quivis aut opportunis sermo conveniat. si enim ut apud athenas atticas areopagite tacentes iudicant. ita inter epulas oportet sileri: non est ultra querendum inter mensas philosophandum sit necne. Si vero non erunt muta convivia. cur ubi sermo permittitur honestus sermo prohibetur maxime cum non minus quam dulcedo vini. ex[hi]larent convivia ¶ Quod hoc non [in]iquis ad philosophiam sermo nichil tam conveniat sapientie quam locis et temporibus aptare sermones personarum adhibita in medium vocata erit estimatione ¶ Alios enim relata incitarunt exempla virtutum. alios beneficiorum nonnullos modestie ut et qui aliter agebant sepe auditis talibus ad emendationem venirent. sic autem vicijs irretitos si et hoc in quivis exegerit loqui ordo feriet philosophia non sentientes ut liber pater. tirso ferit per obliquationem infuse lateute in mucrone. quia non ita profitebitur in conviviis censorem. ut palam vicia castiget. ceterum hijs obnoxijs repugnabant et talis erit quivis tu multis. ut sublingua invitati videantur edicto. quod superest lex. bucgestis corpora rebus paravit vivi et ¶ pugnam sperate pari. Ergo si opportunitas necesse rephilosophice eluxerit. sic a philosopho perficiatur. ut et vetitum. et efficax sit Quod in ... si feriat sapientis ut dico non sentientes. tum in[ter]dum sic reprehendat ut reprehensus hylaretur Nec tum fabulis. sed interrogationibus quoque vim philosophie nichil inceptum loquutus audit. hanc quo nullus hospitis actus. locus vel cetus ullus excludat. que ita se aptat. ut ubique sic appareat necessaria tamquam

¶ Ab esse illam nephas fuerit. Et plus pauca legerit et stomatis dissertans facit que sic interdum proferatur a sapiente ut non modo amaritudine careant. sed afferant tempestivam dulcedinem. Deinde interrogandi similitate vel facetias docet ¶ Qui vult ergo amenus esse consultor ea interrogat que sunt interrogato facilia responsu et que sciat illum sedula exercitatione didicisse Gaudet enim quisque provocatus ad doctrinam suam. in medium proferendam. quia non vult latere quod didicit maxime. Si scientia quam labore quesivit. cum paucis illi familiaris et plurimis sit incognita. ut de astronomia. vel dialectica. ceteris quoque similibus. Tunc enim videtur consequi fructum laboris quando adipiscitur occasionem publicandi que didicerat. sine ostentationis nota. qua caret qui non ingerit sed invitatus profert ¶ Contra magne amaritudinis est si coram multis aliquem interroges quod non optima scientia quesivit: cogitur enim aut negare se scire quod extremum verecundie damnum putat. aut respondere temere se exactum. inchoari. falsi ac committere Unde sepe nascitur inscitie proditio. et omne hoc infortunium pudoris sui imputat consulenti ¶ Sulente Retnon et qui obierunt Maria et terras. gaudent cum de ignoto multis vel terrarum situ. vel sinu maris interrogantur Libenter quod respondent et loca describunt modo verbis modo radio gloriosum putantes que ipsi viderant aliorum oculis obicere Quid duces vel milites. qui fortiter a se facta semper dicturiunt

et tamen tacet arrogantie metu. non
ne hy. si ut hec referant inuitentur
mercedem sibi laboris estimant.
persolutam. remuneracionem putantes.
interpolentes narrare que fecerunt
Adeo autem id genus narrationis.
habet quendam glorie saporem. ut si
inuidi. vel emuli. forte putentur sint:
tales interrogationes. obstrependo
destruant. et alias inserendo fabu-
las. prohibent illa narrari. que so
lent laudem creare narranti. Pe
ricula quoque preterita. vel erumpnas pe
nitus absolutas: qui euasit. ut re
ferat gratissime prouocatur. Namque
adhuc in operis. vel paululum detine-
horret admonitionem. et formidat re
latum. Vt Virgilius forsan et hec olim
meminisse iuuabit. Juuat si que dixe
misseris. amici sui repentinam felici
tatem. quod sponte non audebat. vel
dicere. vel tacere. modo iactantie. non
malicie metu. Qui venatibus ga-
udet: interrogatus de silue ambitu.
de ambage lustrorum. de venationis
euentu. Religiosus si adest: da illi
referendi copiam. quibus obseruatio
nibus meruerit auxilia deorum: quan
tus illic cerimoniarum fructus. quod
et hoc genus religionis existimat. mini-
me bucinam non tacere. Adde. quod
volunt se. amicos numinibus estimari
Si vero et senex presens est. habet occa
sionem. quam plurimum illi contulisse
videaris. si eum interroges. vel que
ad illud omnino non pertinet. cum
sit etati loquacitas familiaris:
Vt vero ad stomata redeamus. illa
que plus vrbanitatis. et minus a-
maritudinis habent: sunt iniciāda
da quiuis Vt sunt illa. de no vel-
lis corporis viciis aut patrum. aut
nichil. gignentia doloris ut si in
calvitium tuis quid dicas: aut
nasum. vel curuam erectionem: sic
seu Socraticam depressionem. hec enim:
quanto minoris infortunii sunt: tanto
suauius ledunt Contra oculorum

orbitas non sine exprobratione contumelio
nis obicitur. Quippe antigonus re-
pto Theocritum de quo iurauerat.
quod ei parciturus esset. occidit propter stoma
ab eodem de se dictum. Cum enim quasi
puniendus. ad antigonum raperetur.
solantibus eum amicis. atque spe polli
centibus. quod omnino clementiam
regis experturus esset. cum ad oculos eius
venisset: Respondit. Ergo impossi
bilem michi dicitis spem salutis.
Erat autem antigonus vno orbatus
oculo: et importuna urbanitas: ma
cedonem luce priuauit. Nec regalium
philosophos quoque. meruisse perindignationem.
hoc genus stomatis. Nam cum regis
libertus. ad nouas diuitias. ...
creatus. philosophos ad conuiuium congregasset.
et irridendo eorum minutulas questiones.
scire se velle dixisset. cur et ex
nigra. vel alba faba. pulmentum va-
rius coloris edat. aui(?) philosophus
undique feruens. tu nobis inquit
absolue. cur et de albis. et de nigris
loris. similes macule gignantur.
Commendat stomata. et conditio di
centis. si in eadem causa sit. ut
si alium de paupertate. pauper irrideat.
si obscure natum. natus obscure
Nam tharseus amphias. ad ex ortu
lano diues esset. et in amicum. quam
degenerem: nobilia dixisset: mox
subiecit. sed et nos. de eisdem semi-
nibus sumus. et omnes pariter letos fecit
Illa vero stomata. diuturnam leticiam. eo-
rumque diutius infundunt. ut si vi
rum fortem vituperes. quasi salutis
sue prodigum. et pro aliis mori volen
tem. Aut si obicias liberali. quod
res suas profundat. minus sibi. quam
aliis consulendo. Sic et diogenes.
antisthenem amicum. magistrum suum. so
lebat. velut vituperando laudare
Ipse me aiebat. mendicum fecit ex
diuite. et pro domo ampla. fecit
habitare in dolio. Concludit autem ita
dicebat. quod si diceret Beatus illi sum.
quia me philosophum et consumate virtutis

desit auditor ubi desit qui loquatur
Maximum ... sola fortis garrulitate sermo.

verum faciat. Ergo eum unum noverit so-
matis sit diversi in eo contrahitur effectus
Ideo apud Lacedemonios. ut tota
ex arte vite instituta. hoc quoque exercicium
genus a Ligurgo constitutum est. ut
adolescentes et stomata sine morsu
dicerent. et ab aliis in se dicta perpeti
discerent. At si quis eorum in indignacio-
nem ob tale dictum prolapsus fuisset
ulterius ei in alterum dicere non licebat
Verum quia leticie in conviviis frequenter
insidiatur ira. ab huiusmodi dicteriis te-
perandum est. questiones convivales. in
omnes proponende sunt aut solvende.
Quod genus veteres ita ludicrum non
putarunt. ut et Aristoteles de ipsis aliqua
conscripserit. et Plutarchus et Apule-
ius cum Frontone. Nec contempnendum
sit quod tot philosophorum meruit gratiam. At
in exercicio rethorum oratorum vero fo-
ro. longe commodiore fuit stoma-
talorum. Tempore ubi motus ad
usum. sepe prestat ad triumphum. Ut
et hoc Ciceroni pro familiare fuisse
traditur. Sepius quoque ledoriis acerbo
in contentionibus fori locus est. dum tamen
ad plura non provocat. que et si non
quiescant favorem litigantis lacessat
tamen debet. abstinencia iudicis et
auditorum. Offenditur cum quibus cetera. quoque
et pr. et res. si quis evidentissima
racione ad plura prosiliat. Sed et qui
ea sustinet pacienter favorem omnium
a temperancia visus est meruisse
Convivia igitur ledorias excludunt. ne
felle caveant tota convivalis dulcedo aman-
rescat. At id quod hylaritatem conciliat
modeste conspicuum undique conquirendo
locus cum iocis et venustis convivan-
cium risus omnibus pateat iocundi-
or est. Si quid eloquens licet in parva
derisores ethicus ait. sed quia
tamen crebri ductis ingenium res ad
verse inudare solent. celare sed

Sed et vini indulgencia licet dici
soleat. quia sicut deus omnia dua
proposuit. modum habet. et si fuerit
qui Platonis auctoritate ea passim
tradiderit hauriendam. laudibus ar-
guitur vini vinosus Homerus et Plo
ab eisdem vinosus nominatur existi-
misse. Certum est utrumque eorum vini la-
udasse usum. quod et naturam roborat et
ingenium acuit. et ad res gerendas ani-
mum remississimum accendit. Ad At Pla-
tone vinum minuta et modesta pocula
iocundiora liberaliore quoque invitacione pro-
basse facilius traditur que ferret
sub quibusdam quasi arbitris sobriis
quoque magistris conviviorum. Et hoc est quod
in primo et secundo de legibus non multi-
le viris esse docuit. Nam et modicum
honestis quoque inter bibendum remissionibus
refici. integrari quoque animos ad in-
staurandam sobrietatis officia existi-
mavit. redditos quoque sensum leciores
ad intenciones virtutis capescendas fie-
ri habiliores. et simul qui penitus in
his affeccionum cupiditatum quoque errores
inessent quos celaret aliorum pudor
reuereus ea omnia sine gravi periculo
libertate proinde data detegi. et ad
corrigendum medendum quoque fieri oppor-
tuniora. Atque hoc Plato idem dicit
non diffugiendas esse huiuscemodi
exercitaciones. adversum vini violen-
ciam propulsandam. Neque illum unquam
continentem. prorsus autem temperantem
satis. fideliter visum est. Cui vita non
inter ipsa errorum pericula. et in me-
diis voluptatum illecebris explorata
est. Nam cui libencia gratie quoque omnes
conviviorum incognite sint. quamquam ille
omnino expers sit. si enim forte ad par-
ticipanda huiusmodi voluptates: aut vo-
luntas tulerit. aut casus induxerit
aut necessitas impulerit. mox deliniri
et capi neque mentem eius. animum

consiste Congrediendum igitur et tamquam
in acie quadam: cum voluptarijs re
bus: cumque ista vim licencia. quominus
detrenendum. ut adiusus eos: non
fuga. nec absencia: simus tuti sed
vigore animi. et constanti prudencia.
moderato quodam visu temperanciam. contine
ciam quoque tueamur. et alescto simul re
soto quoque animo siquid in eo. vel fri
gide tristicie. vel torpentis verecundie
fuerit. abluamus. ponit auctoritas p
latonis moneret quamplures: sed mihi
nimis arduus. et temerarius. nisi
moribus augeri videtur. cum bachoni
mio. et aliquatenus voluptate con
gressus. Si loth vir iustus. et dignus
qui de sodomorum eripetur incen
dio: impellente vini stimulo. cor
ruit in incestum: si noe semper commen
dant fide. et perseverancia boni. su
bractus diluuio. alter humani generis
pater. et salutis opifex: quibus tu
to congreditur. nisi forte scipionibus ta
bis ducat patribus preferendum. Potius
platonis non reluctemus edicto. con
gredi cum voluptate sic fortius: dum
tamen. tucius sit. fugere. et illius
declinare conflictum. Nec memini quem
quam meminisse. de puotatoribus
voluptatum. quorum non legerim ce
cidisse. Eo forte spectant figmenta
poetica: que orgia. sine furore
transacta. non recolunt. nec cru
bescunt facta bachi amore parri
adijs. et multiplicibus flagicijs ma
culare. Est preterea in convinijs obseruan
dum. ut instruende familie. et
domus regende cura. et servilis
obsequij moderacio. communi aliam de
mandetur. nequid ineptum et impa
ratum appareat. nequid stupendum.
aut erubescendum emergat. nedum
oporteat. ad se. iocundorum reuo
care sollicitudinem. et ut dici so
let quasi in humeris portare con
vivas. Vitet etiam quamvia qui co
mis esse voluerit. consiliandi con
suetudinem. vbi quod secreti faciendi

moram. eo quod in quiuijs. i. in iocundo a
micorum conuiuencium cetu. debent omnia
esse nuda. et in amore et fide. nichil
debet esse absconditum. sed si fieri posset.
oculos in pectora sua mittere. mu
tuo sufferre conspectu Nullus enim lo
cus aucupandis consilijs. Consilijs: aut
nox ullus. inepcior est. Et quod verba
secreta solent assidentibus exclusis
esse molesta Nam ipsa exclusio be
imaginem diffidencie Sed et in hijs
que palam dicentur. fidiliter exce
dum erit. quod in primo libro de ana
logia scripsit. gaius claudius cesar.
vir excellentis ingenij magne
que prudencie dicit enim Tamquam sco
pulum naute fugiunt. sic fugiendum
est. in scriptis. atque insolens verbum
Et quidem numerum conuinarum. expresse
runt antiqui. ut nec pauciores
essent. quam gracie que clauduntur ter
nario. nec plures quam muse x no
uene. aut in summa graciarum et
musarum. complerent numerum ad
duo denarium ascendentes Obtinui
it tamen. apud eos. qui rectius
intuentur. ut in hijs officium pro
familias latissime pateat

Sicut ergo sobrietas in convi
uijs necessaria est. ita rebus
omnibus necesse est. adesse mode
stiam Siquidem de satuitate libido.
de libidine verecundia. et multiplex
penitencia generantur At ex hijs ni
chil. nisi dolor. penitudinis sequitur.
et bene agitur cum viventibus. si
fructuosa sit penitudo Unde hec
beati cordis. videtur opinio. que
sine expletione libidinis. diffinit.
Perfectum non esse voluptatem Tra
ditur hoc sensisse epicurum: sed quod
quidam gregis illius garriunt
suos: tam impudentem: et tam sine

stam vocem nulli phōrum arbitror pla-
cuisse nec dum epicuro · qui tantus
fuit · ut inter phōs propriam fecit sectam
sunt eius · auctore seneca · egregia
multa · que passim possunt · apud phōs
inveniri · et pro parte expressa sunt ·
et congesta in libro · qui de vestigiis
sive de dogmate phōrum inscribitur ·
Gellem semis invetedati · videtur amicia
potius · quam sententia phī · et est tre-
asello cui insidebat brucior · cui hoc
¶ nequiquam potuit suadere ypocrisim forte
innuunt figmenta gentilium: que li-
cet senem nimis continentem aliis nature
obtemperantibus · et quieta fessa re-
cipientibus corpora: lotide precibus cap-
tum referunt · et tandem cum omnium de-
risione · quem nec etas · nec verecundia
refrenabat: asini sui rudito revo-
catum. Omnis ergo voluptas libidi-
nis turpis est: ea excepta · que ex-
cusatur federe coniugali · et indulte
licentie beneficio: quicquid erubescere
poterat · inesse abscondit. Unde
et nupcie · a nubendo dici · maiores
tradiderunt: quia pudenda humane
infirmitatis nubit · id est abscondit · ut ait
Romanus marcellus in diligencia loq(uendi)
¶ Inolevit etiam consuetudo: ut quos
in commercium carnis: ecclesie iungit
auctoritas pallio velentur altaris ·
aut alio ecclesiastico constituto ut tho-
rus: qui in xpo conciliante con-
struitur: sic in fide castitatis fra-
gilitatis sue maculas contegat · ut
totus sit ybris aut confusionis ig-
narus. Preferuntur et faces · lampa-
des · et luminaria accenduntur · quia
geminum thorum · qui palam · et non [margin: + genialem]
sua urgente libidine · sed honesta con-
sencientium voluntate sternitur: de-
cus boni coniugalis illustrat. Nam
et ymeneus lucem amat · et alacer
secretum puer cupido · furtivam sibi
tendens flammam: latebras et angulos
querit. Licet autem honesta sit · et
utilis · copula maritalis: angustie
¶ quam leticie fecundior est. Parit

cium in dolore · vel filios · nec aliquem
perducat fructum · quem non amaritu-
do precedat · aut sequatur. Unde re-
ferente Valerio · socrates humane sa-
piencie quoddam terrestre ora-
culum · ab adolescentulo quodam
consultus · utrum uxorem duceret · an
se omnino matrimonio abstineret: Respondit ·
cum · utrum eorum fecisset · acturum pe-
nitenciam · hic te inquid solitudo ·
hic orbitas · hic generis interitus ·
hic heres alienus excipiet. Illic perpetua
sollicitudo · contextus querelarum · dotis
exprobratio · affinium · grave supercilium ·
garrula socrus lingwa · subsessor
alieni matrimonii · incertus liberorum
eventus. Non passus est iuvenem · in
contextu rerum asperarum · quasi
¶ lete materie facere delectum. Comminuit
in hunc modum · totus ecce pharisau-
corum chorus · ut si qui xpiane reli-
gionis abhorreret rigorem · distant
vel ab ethnicis castitatem. Non tamen
quod coniugali detraham castitati · sed
centesimum · aut sexagesimum fructum
licet de radice tricesimi oriantur
minime arbitror tricesimo compo-
¶ nendum. Zeno · epictetus · aristoti-
les · critolaus: et epicureorum quam
plurimi traduntur posteris · hanc
publicasse sentenciam refertur auctore
Ieronimo aureolus theophrasti liber
de nupciis · in quo querit · an vir
sapiens ducat uxorem · et cum di-
ffinisset · si pulcra esset · si bene mo-
rigerata · si honestis parentibus · si
ipse sanus · et dives · sic sapientem
aliquando inire matrimonium: statim
intulit. Hec autem raro in nup-
tiis universa concordant. Non est
igitur uxor ducenda sapienti.
Primum enim impediri studia philosophie ·
nec posse quemquam libris · et uxo-
¶ ri pariter inservire. Multa esse ·
que matronarum usibus necessaria sunt ·
preciose vestes · aurum · gemme · sump-
tus · ancille · supellex varia · lectica
et exedra deaurata. Deinde per to-
tas noctes · garrule conquestio-
nes. Illa ornatior procedit in pub(lico)

liud hec honoratur ab omnibus ego
in conventu feminarum misella despi-
cior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum
ancillula loquebaris? De foro veniens
quid attulisti? Non amicum habere pos-
sumus, non sodalem. Alterius amorem,
alterius odium suspicatur. Si doctissimus pre-
ceptor in qualibet urbium fuit, nec
uxorem relinquere nec cum sarcina ire
possumus. Pauperem alere difficile
¶ est, divitem ferre tormentum. Adde quod
nulla est uxoris electio, sed qualiscum-
que obvenerit habenda: si iracunda, si fa-
tua, si deformis, si superba, si fetida, quod-
cumque vicii est, post nupcias discimus.
Equus, asinus, bos, canis et vilissima
mancipia, vestes quoque et lebetes, sedi-
le ligneum, calix, urceolus fictilis
probantur prius et sic emuntur. Sola uxor
non ostenditur, ne ante displiceat
¶ quam ducatur. Attendenda est semper
eius facies, et pulcritudo eius lauda-
da, ne si alteram aspexeris, se estimet
displicere. Vocanda domina, celebrandus
natalis eius, iurandum per salutem illius,
ut sit superstes optandum, honoranda
nutrix eius et gerula, servus pat-
rimus et alumpnus et formosus as-
secla et procurator calamistratus et
in longam securamque libidinem exsec-
tus spado: sub quibus nominibus adulteri
delitescunt. Quoscumque illa dilexit, ingrati-
ciam amandi. Si totam ei domum re-
¶ gendam commiseris, serviendum est. Si
aliquid tuo arbitrio reservaveris,
fidem sibi haberi non putabit, et in
odium vertetur ac iurgia, et nisi cito
consulueris, parabit venena. Anus
et aurifices et ariolos et institores
gemmarum sericarumque vestium si intro-
miseris, periculum pudicitie est. Si
prohibueris, suspicionis iniuria. Ve-
rum quid prodest etiam diligens custo-
dia, cum uxor servari impudica non
possit, pudica non debeat? Infida
enim custos est castitatis necessitas, et
illa vere pudica dicenda est, cui
licuit peccare si voluit. Pulcra

cito adamatur, feda facile concupi-
scit. Difficile custoditur quod plures
amant. Molestum est possidere quod ne-
mo habere dignetur. Minore tamen
miseria deformis habetur quam for-
¶ mosa servatur. Nichil tutum est,
in quo tocius populi vota suspi-
rant. Alius forma, alius facetiis,
alius laudabili ingenio, alius li-
beralitate sollicitat. Aliquo modo ex-
pugnatur quod undique incessitur.
Quod si propter dispensacionem domus
et languoris solacia et fugam so-
litudinis ducuntur uxores, mul-
to melius dispensat servus fidelis,
obediens auctoritati domini et dispe-
sacioni eius obtemperans, quam ux-
or, que in eo se estimat dominam, si
adversus viri faciat voluntatem, id est quod
¶ placet, non quod iubetur. Assidere
autem egrotanti magis possunt
amici et vernacule beneficiis ob-
ligati quam illa, que nobis impu-
tet lacrimas suas et hereditatis spe
vendat illuviem, et sollicitudinem
iactans languentis animum de-
speratione conturbet. Quod si langue-
rit, coegrotandum est, et nunquam
ab eius lectulo recedendum. Aut si
bona fuit et suavis uxor, que
tamen rara avis est, cum parturiente
gemimus, cum periclitante torquemur.
Sapiens autem nunquam solus esse
potest. Habet secum omnes qui sunt
quique unquam fuerunt boni, et
animum liberum quoque vult transfer-
¶ re. Et quod corpore non potest, cogi-
tacione complectitur. Et si hominum
inopia fuerit, loquitur cum deo.
Nunquam minus solus erit quam cum
solus fuerit. Porro liberorum causa
uxorem ducere, ut vel nomen nostrum
non intereat, vel habeamus presidia
senectutis, et certis utamur heredi-
bus, stolidissimum est. Quid enim
ad nos pertinet recedentes e mundo,
si nomine nostro alius non vocetur

cum/ et filius non statim. prius voca
bulum reservat. et innumerabiles sunt.
qui appellentur eodem nomine. Aut
quod senectutis auxilia nutre
dum. qui aut prior te forte mo
riatur. aut perversissimis moribus
sit aut certe. cum ad maturam eta
tem venit tarde ei videaris mori
Heredes autem meliores. et certiores.
sunt amici et propinqui quos iu
dicio eligas. quam quos velis
nolis habere cogaris. licet certa
hereditas sit. dum advivis bene
uti substancia tua. quam tuo la
bore quesitam incertos usus relin
quere. Hec et huiusmodi theofrastus. q
uel sola matrimoniorum angusti
as. et calamitates exquisite du
Claudius. sufficiant explanare. Sta
te fertur dixisse. P. clodius. quem
impudice neptium accusat. qui iterum
naufragium facit. At non illud in
eleganter dicitur quia impudice
verum causatur adversarium. qui secundo
ducit uxorem. Eius enim ei compa
ratur. qui semel solutus a vin
culis revolat ad cathenas. Pla
ne indignus est libertatis honore. et
quiete. qui ad exercicium servi
tutis recurrit iterum. Unde mo
stris simile est. quod hoc quod non modo p
hic. sed et religionis sibi ven
dicat nomen tercii nequeunt.
ab amplexibus mulierum. Scepe et
enim quod auctoritate non perficitur alter
utrum si tamen hec religio sit et
perpetuam minime faciunt ad sue reli
gione. nemo valeat perhibere. Co
tinentissime vixit. cum in aliquem
quendam provectus est. nactus quod hec
prime et summe deliberacionis cau
... exigat in eligenda uxore.
uel ducenda. aut quod nequicquam

est vicinos matrimonia sollicitare.
et corrupte non vetur. Erupit uel
dum in verecunda intemperies mu
lierum quia ut scribit herodotus
mulier cum veste deponit. et vere
cundiam. Erupit inquam impudens. et
in facie erubescencium populorum
genialis thori revelat. et denun
ciat archana. et de mariti frigi
ditate conqueritur. allegans haut
sufficiente et evidente. repudii
uel divorcii causam. quod seminiverbe
et inutilis incrimino qui non est
propinquus ad coitum. Allegant
quidem gaufridus de heremi vi
lla familiaris meus nimis illud
in causa hugonis consedit audiencia
illum eum et promptum dato ac cum iudice
celebraturo ut putabatur divorcium et
mulier generosa audientibus amicis.
et suffragatoribus advocatis. ut
fit. diligencius vita quamque sue
exponeret. scrutatus est a ... vir
prudens. an aliud maritum quemquam
habuerit. Quod cum illa nega
sset. quesivit iterum. an adhuc virgo
esset. dicens hoc sibi inquisitu et
scitu necessarium. ne a dissacto
iudice aliqua occasione in sermo
ne carpetur. Illa vero hoc verecunde
ad eo. quod ergo non bene tractabat.
asseruit et ille. an simul de noc
tu dormire consueverit. et se in
vicem osculari et amplexari
maritus et ipsa. inquisivit. Quo
omnia cum illa fateretur. Unde ego
inquit prorsus nosti virgo pudi
tissima. prudentissima. et pu
doratissima. quod efficaciam actum
non impleverit virum. et totius
iuvenum iura persolverit. Eius
te docuit quid sit coitus ut cum
actum coisse neges. nam tot oscu
la tot amplexus qui te plibi
tu quociens volunt pertractavit

[?]lucentia maritali: Nam et quedam
animantia: tertium est se iniuncte os-
tulando mysterii Alia se tenuiter ta-
gendo corripiunt. et sunt que suo g-
nidante colore. ab aere temperato
impregnantur et pariunt Hic illa ta-
dem exhibuit. hoc solum dicens: se quod
ad singulares captiones huiusce: non habe-
at. sed binc cum pheantibus et cum ceteris
agitur. quod nemo eorum frigidus est.
aut in iudicio perfusus singulari macula
Cicero rogatus. ut post repudium Teren-
tie. sororem hyrcii duceret. omnino
facere supersedit: dicens non posse. et
uxori. et philosophie pariter operam dare.
philippum regem macedonum. contra
quem demostenis philippice tonant.
introeuntem cubiculum. uxor
exclusit irata. qui exclusus tacuit.
et iniuriam suam. versu tragico conso-
latus est. Gorgias rethor librum pul-
cherrimum. de concordia grecis. tunc
inter se dissidentibus. recitavit olim-
pie. Cui melancius inimicus eius.
hic nobis inquit. de concordia pa-
pit. qui se uxorem et ancillulam
tres in una domo. concordare non
potuit. Emulabatur quippe uxor.
eius ancille pulcritudini et castissi-
mum virum cottidianis iurgiis exa-
gitabat. Unde ut cesset iniuria. et
querela matrimoniis referuntur: di-
centibus in consuetudinem versum est:
ne qua in domo habeat pulcriorem
Socrates cum duarum uxorum iurgia.
vellet reprimere. in eum novissime con-
verse. impetum et male multatum.
fugientem quod diu persecute sunt.
et a solario in quo modebantur.
post modum lotio perfuderunt quod mulie-
brem levitatem. ab auctoribus pa-
ssim: multa scribuntur. fortasse fal-
so multum. fingitur plurima. multi
tamen impedit videntur dicere verum.
et fabulosis narracionibus. quas
per eum non reicit: exprimere quod ob-

esse possit in moribus exprimi cum
liquet. quam facile amant. quanta e-
derint levitate. quam cito obliviscuntur
affectum. et nature et memorie.
invidiam in filios armatur. invidiam
In[?] ..ita sua sunt aliquae pudi-
cissime. licet satiricus dicat. quia
rara avis in terris. nigro quod simillima
cigno: uber ex arte castitatis. et
tragicus nullam esse feminam. tam
pudicam. que non peregrina libidine
usque ad furorem incendatur. Matrona
quedam referente petronio. ephesi-
tam note erat pudicitie. ut vici-
narum quoque gentium feminas. ad spe-
ctaculum sui evocaret. Hec ergo
cum virum extulisset. non contenta
vulgari more funus passis prosequi
crinibus. et turbatis. aut nuda-
tum pectus in conspectu frequentie p-
langere. in conditorium etiam prosecu-
ta est defunctum: positumque in hypo-
geo greco more. corpus custodire
ac flere. totis noctibus. diebus
que cepit. Sic afflictantem se. ac mor-
tem inedia persequentem. non
parentes potuerunt abducere: non
propinqui. Magistratus ultimo re-
pulsi: abierunt. Complorata que
singularis exempli femina. ab
omnibus. quintum iam diem. sine ali-
mento trahebat. Assidebat egre
fidissima ancilla. simul que et la-
crimas. commodabat lugenti. et
quotiescumque defecerat. positum in
monumento lumen renovabat.
Una igitur in tota civitate fa-
bula erat. solum illud affulsi-
sse verum pudicitie. amoris que ex-
emplum. omnis ordinis homines
confitebantur. Cum interim impera-
tor provincie. latrones crucibus
iussit affigi secundum illam casu-
lam. in qua recens cadaver ma-
trona deflebat. Proxima ergo
nocte. cum miles. qui cruces
servabat. ne quis. ad sepulturam

corpus detraheret. notasset sibi
et lumen inter monumenta clarius
fulgens et gemitum lugentis au
disset: vicio gentis humane concu
concupiit scire. quis. aut quid fa
ceret. Descendit itaque in conditorium
visaque pulcherrima muliere. primo
quasi quodam monstro. infernis
que imaginibus turbatus substitit.
Deinde ubi et corpus iacentis
aspexit. et lacrimas considerat.
faciem unguibus sectam: ratus
scilicet id quod erat. desiderium extincti fe
minam pati non posse: attulit in
monumentum cenulam suam. cepit
que hortari lugentem. ne perseuera
ret in dolore supervacuo. ac nichil
profuturo. gemitu pectus diduceret
Omnium eundem esse scilicet idem domici
lium. et cetera. quibus exulcerate men
tes ad sanitatem revocantur. At
illa ignota consolatione percussa:
laceravit vehementius pectus.
ruptosque crines super pectus iacentis
imposuit. Non recessit tamen mi
les sed eadem exhortacione temptat
dare mulierculae cibum: donec an
cilla. vini certe aliquo odore corrup
ta. primum ipsa porrexit: ad huma
nitatem invitantis victam manum
Deinde refecta potione. et cibo.
expugnare domine pertinaciam cepit.
et quid proderit inquit. hoc tibi.
si soluta inedia fueris. si te vi
vam sepelieris. si antequam fa
ta poscant. indempnatum effu
deris spiritum. Id cinerem. aut manes.
credis sentire sepultos: Vis tu
reviviscere reluctantibus fatis ex
tinctum. Vis discusso muliebri
errore. quam diu licuerit. lucis
commodis perfrui. Ipsum te iacentis
corpus admonere debet. ut vivas.
Nemo invitus audit cum vivere
cogitur. aut sumere cibum. Ita
que mulier aliquot dierum absti
nentia. sicca passa est frangi
pertinaciam suam. Nec minus avide re
plevit se cibo. quam ancilla. que prior
victa est. Ceterum scitis. quid plerumque
temptare soleat humanam satietatem
Quibus blandiciis impetraverat
miles. ut matrona vivere vellet.
eisdem etiam pudiciciam eius aggressus est.
Nec deformis. aut infacundus iuve
nis caste videbatur. ancilla gratiam
conciliante. ac subinde dicente.
placito ne etiam pugnabis amori.
Nec venit in mentem. quorum conside
ris arvis. Quid diutius moror. Ne
hanc quidem partem corporis. mulier ab
stinuit. victor que miles utrumque persua
sit. Iacuerunt ergo una. non tantum illa
nocte qua nupcias fecerunt: sed po
stero etiam. ac tercia die. preclusis vide
licet conditorii foribus: ut quisquis
ex notis ignotisque. ad monumentum
veniens. putasset expirasse super
corpus viri. pudicissimam uxorem.
Ceterum delectatus miles: et forma
mulieris. et secreto. quicquid boni
per facultates poterat coemebat. et
prima statim nocte ferebat in monu
mentum. Itaque unius cruciati parentes.
ut viderunt laxatam custodiam: de
traxerunt nocte pendentem. et supre
mo mandaverunt officio. At miles
circumscriptus dum desidet. ut postero die
vidit unam. sine cadavere crucem. Ve
ritus supplicium: mulieri quid accidi
sset exponit. Nec se expectaturum
iudicis sententiam. sed gladio ius
dicturum ignavie sue. commodaret
modo perituro locum. et fatale
conditorium. familiari. ac viro faceret.
Mulier non minus misericors. quam pudi
ca. nec istud dii sinant. ut eodem tempo
re duorum michi carissimorum hominum. duo
funera spectem. Malo mortuum impe
dere. quam vivum occidere. secundum hanc
orationem. iubet ex arca corpus mari
ti sui tolli. atque illi. que vacabat
cruci affigi. Usus est miles. ingenio
prudentissime femine. Posteroque

dere: pro plus maculatus est. qua ratione
mortuus esset in cruce. Tu hystori
arum aut fabularum quod hiis verbis refert
Petronius pro libitu appellabis. ita tamen
ex facto accidisse effeci: et flammam
auctor est Apuleius quod tradit. impie
tatis sue. et scelerum parricidalis.
et et adulterii luisse penas. Nondum que
solus est. in mulierum ineptiis viden-
dis: aut exprimendis Petronius:.
Scribit beatus Ieronimus. quia tote Eu
ripidis tragedie in mulieres maledicta
sunt. et quod Epicurus. quamquam Metrodo
rus discipulus eius. Leontium habuit
uxorem. raro dicit sapienti ineun-
da coniugia. quia multa incommoda ad
mixta sunt nuptiis: Et quomodo divitie.
et honores. et corporum sanitates. et
cetera. que in differentia nominamus.
nec bona. nec mala sunt. sed ve
lud in medio posita. usu et even-
tu. vel bona. vel mala fiunt. ita et ux
ores sitas in bonorum. malorumque
confinio. Grave autem esse viro sapi
enti. venire in dubium. utrum bonam
an malam ducturus sit. Si ergo tanta
est molestia nuptiarum. que procul
dubio bone sunt. et a deo institute.
ut eas sapiens reformidet. quis
nisi demens. ipsam approbet volu
ptatem. que illicita est. et tota versatur
in sordibus. quam homines cul
pant. et deus procul dubio condempnat.
Sunt namque hee due voluptates.
scilicet gule et veneris. quodammodo brutorum
sint: altera porci immundiciam. altera
et hirci videtur habere fetorem. Ut enim
pudicicia. inter virtutes eminet.
sic petulancia. in vitiis abiectissi
ma est. et cum illa utrumque decorat
sexum muliebrem tamen magis
exornat. Si quidem doctissimi vi
ri vox est. pudiciciam in primis esse
retinendam: qua amissa: omnis virtus
ruit. In hac muliebrium virtutum
principatus est. Hec pauperem com-

mendat. divitem extollit. deformem
redimit. exornat pulcram. Bene me-
retur de maioribus. quorum sangui
nem sobole furtiva non viciat.
Bene de liberis. quibus nec de matre
erubescendum. nec de patre dubitandum
est. Bene in primis de se. quam a con
tumelia alieni corporis vendicat.
Captivitatis nulla maior calami-
tas est. quam ad alienam libidinem tra-
hi. Viros consulares illustrat e
loquencia. in nomine eternum transfert
gloria militaris. triumphosque nove
gentis consecrat. Multa sunt que
preclara ingenia nobilitant. Sed
mulierum propria virtus pudicicia est:.
Ieronimus testis est. quod antequam re
ligio christiana fulgeret in mundo.
continentes semper habuisse. inter mat(r)o
nas decus. puellas mulieres sacra
fieri solutum nullum sacerdote biga
mum nullum flaminem remaritum.
Ierophantas quoque Atheniensium
dictissime cicute sorbitione castrari.
et postquam in pontificatum fuerint
allecti: viros esse desinere. Quid in universa
pagina contenditur. Si ea perstringo.
que in hac parte. tragici. oratores.
comici. satirici. poete. ut de philosophis.
ethicis. et theologis taceam predi
xerunt. sed tamen nec omnes istos
arbitror sufficisse. ad hanc non
dico maliciam delendam. aut re-
primendam. sed nec ad exponenda
Si dixero quod multi sunt expositi. quorum
melior condicio filiarum. que concubit
atrum. quam que sponsorum reguntur
cervice suorum: hec in iniuriam
mulierum deum maliciam calumpnia-
bitur. Nichil enim melius. nichil
utilius. muliere pudica. nichil esse
que potest excogitari. iocundius.
hiis qui continere non possunt. aut no-
lunt. Sed desipiens est. ab hiis
laudem sperare. que veniam re-
ctius merentur. quam gloriam.
si tamen moderacionis bono fuerit
temperata. alioquin non venia. sed
pena. sed ignominia. votisque

libidinis. maculam persequitur. nisi
forte decorum habendum sit. qui in
C ceterum transformetur aut suem

12 ulli utique animantium generi re
tius conformantur. qui summum
bonum vite. in gustandi et tangendi
voluptate. ut dicam luxuria po
suerunt. Ceterum hec aliorum sensuum
luxuriam non expressit cum manifesta
sit humane dignitatis abiectio. si
non hirco. aut sui. sed leoni. aut
pardo. sed pavoni. aut sativo. sed
pavoni. philomene aut psitago.
sed cuiusque brutorum. aut insensi
bilium studeat coequari. si quidem
ad angelicam puritatem rectius aspi
rabit. qui in ea creatus est. digni
tate originis. ut in tumulo. vere
tate et eius beatitudinis. perfectioni angelice
C possit esse conformis. Nam et pa
tuum [?] sumpsit auctoritas.
quam naturam humane nectis. solus deus
dignior est et quod omnium hec. quo hu
ius [?] error. ut homini serviat.
ab eo facta sunt. qui hominem fecit.
ut eternitatis et beatitudinis sue
participem faceret. Cuius ergo domini per
cedentis. non vilipendat arbitri
si servi. vilem. et abiectam affectat
conditionem. Non tamen quod servos
dicam. habendos esse contemptui.
nisi servilibus vitiis vivant. Erat
cum vera. et vincta libertas est ser
vire virtuti. et ipsius opere officia.
Ita vincta et singulare sunt vitiis
C subiugari. Errat plane. quisquis
aliunde. conditionem alterutram opinat
accede. Si quid omne hominum genus in
tris. simili ab ortu surgit. eisdem
constat. et alitur alimentis. eundem
quod spiritum. ab eodem principio accepit.
eodem fruitur celo. eque moritur.
eque vivit. Vide et perpendat in sa

Solus deus dignior est homine

Vera libertas fit [?]

turnalibus. evangelium reperiens.
hiis utitur argumentis. Servi in
quit sunt: immo conservi. Si cogita
veris. tantundem in utrosque licere
fortune. tam tu illum vide liberum
C potes: quam ille te servum. Nescis
qua etate. Ecuba servire cepit. quam
Cresus. qua Darii mater. qua Dio
genes. qua Plato ipse. Postremo
quid ita nomen servitutis horre
mus. Servus est quidem. sed necessitate.
sed fortasse libero animo servus est.
hoc illi nocebit. si ostenderis quis
non sit. Alius libidini servit. alius
avaritie. alius ambitioni. omnes
spei. omnes timori. Et certus nulla
servitus turpior. quam voluntaria.
C At nos iugo a fortuna imposito
subiacentem tamquam miserum vi
lemque calcamus. Quod vero nos.
nostris cervicibus inserimus. non
patimur reprehendi. Invenies mul
tos servos aliquem pecunia fortiorem.
invenies dominum spe lucri. oscu
la alienorum servorum. manibus infige
rem: Non ergo fortuna homines
estimabo: sed moribus. Sibi quisque
dat mores: conditionem casus assi
gnat. Quemadmodum stultus est.
qui empturus equum. non ipsum con
spicit. sed stratum eius. ac frenos.
sic stultissimus est. qui hominem. aut
ex veste. aut ex conditione esti
mandum putat. Non est inquam quod
gole. quam amicum tantum in foro.
et in curia queras. si diligenter
attenderis: invenies et domi.
C Tu modo vive cum suo clementer.
comiter quoque. et in sermone illum et in
ceterum. non numquam admitte
consilium. Nam et maiores nostri
omnem dominis invidiam. servis con
tumeliam detrahentes: dominum patrem
familias. servos familiares appel
laverunt. Colant ergo te potius
servi tui. mihi crede. quam ti
meant. nec tibi parum videatur

esse: quod dominis satis est. Nam qui colitur et
amatur. Nec potest esse amor cum ti-
more misceri. Unde cum putas. arro-
gantissimum illud manasse proverbium. quo
iactatur: totidem nobis hostes esse quot
servos. Non habemus hostes illos. sed
facimus. cum illos superbissimi. contumelio-
sissimi. et crudelissimi. simus. et ad ra-
biem nos cogunt. verum deliciae. ut quic-
quid non ex voluntate viderit. iram suorum
provocet. Dominum cum nobis animos tri-
buimus tyrannorum: et non quid deceat. sed
quid liceat. expectemus. In servos nam
ut cetera. crudelitates quam praeteream.
sunt qui dum se mense copiis. et avi-
ditate distendunt. circumstantes servos
movere labra. ne in hoc quidem ut
loquantur permittunt. Virga murmur
omne compescitur. et ne fortuita quidem
verberibus excepta sunt. Tussis. sternu-
tamentum. singultus. magno malo
luitur. Sic fit. ut isti de domino loquan-
¶ runt. Verum aliquanto maiores vi
res. in quinto cassio conspexeris. qui
in hyspaniam. sillium. et albinum
purrium. occidendi sui gratia. cum
pugionibus deprehensos. quinquagi
es sestertium ab illo. ab hoc sexa
gies pactus. dimisit. Quem ne dubi
tes. si alterum tantum daretur. iu
gulum quoque suum. equo animo
illis fuisse prebiturum. Ceterum ava
ricia cum omnis Crassi septimulei
precordia possedit. qui cum gaii grac
chi familiaris fuisset: caput eius
abscidere. et per urbem pilo fixum
ferre sustinuit. quia opimius
consul auro id repensurum edi
xerat. Sunt qui tradant: liquato
plumbo. eum cavatam partem capitis
quo ponderosius esset complesse. fuerit
ille seditiosus. bono perierit exem
plo. clientis tamen scelesta fames in
has usque iacentis iniurias. esurire
¶ non debuit. Odiis mitta septimulei
avaricia thre tholomei regis ci
prum visu prosequenda. Nam cum avitis
sordibus magnas opes corripu
isset. propter quod eas periturum se videt.
et omni pecunia imposita navibus
in altum processisset. ut classe perfora
ta. suo arbitrio periret. et hostes
preda careret. non sustinuit mer
gere aurum. et argentum. sed futurus
necis sue premium domum revexit
procul dubio hic non possedit divi
cias: sed a diviciis possessus est. ti
tulo rex insule. animo pecunie mi
serabile mancipium. Hec valerius
Sed puto ex recentiora avaricie in
¶ venire exempla. Siquidem apostolice o
culos. cupiditas excecavit. et
pecunia corruptus apostolus. Dum

innocentem · crucifigendum tradidit ·
manibus impiorum Potest quidem
deturpari verbis · sed non satis · quia
deformior est · et turpior · quam ut
humano possit exponi eloquio quam
est avaricia · studiosius declinanda ·
qua tenacius inheret ab ymagine
utilitatis · et preciosius nocet · ab
exteriori cultatis / Unde est quod ridiculam
et miserandam · in senibus contraxit
familiaritatem · ut quo minus egent ·
amplius concupiscant · et quo rebus
sunt citius carituri : eas prius mi
strent utilitati Nam et manus in
iuventute porrecta · ad dandum in
senectute contrahitur · et que iuven
tute contracta est · aut nunquam ·
aut raro · in senibus dilatatur ·
Cum vero cuius beneficio nature · liber
tas vicina immineat · seipsos va=
no timore miserrime subiciunt
servituti Si quidem diogenes aut
exiguitate nature fortunam vin
cit Nunc Bene dominus : grandis igitur
exultacio est animi · cum parvo
contentus fuerit · mundum habere sub
pedibus : et omnem eius potenciam ·
epulas libidinosas · et ea propter que
divicie · comparantur · vilibus muta=
re cibis · et grossiori tunica compen
sare Hec quidem laudabiliora sunt ·
si non fiant ad famam : sed ad con
scienciam : que omnia equanimiter
portat · ut cum aut xenophon : con
sciencia iusti · fert maledicta con
temptus est · Usus ergo rerum · lauda
bilis · aut culpabilis est · rerum
duntaxat indifferencia est · Unde
diaspernis : pecunia profuso deus
avaro supplicium est · Post parricidium
proditori confugienda sunt magis
avarobus omnibus modis · et
abscidenda igne · et ferro · et toto
artificio separanda · languor a cor
pore · impiricia ab animo · luxuria

a ventre · a civitate sedicio : a domo
discordia · et in commune · a cunctis
rebus intemperancia

o quidem hec universa concurrunt
16 ut ordatur · quietum statum in
rebus publicis : aut privatis · nisi
a fonte sapiencie · quicquid senciat
expetunt · pervenire non posse · Hac
cum ex ortu deliciarum obrium super
ius dictum est · de quo · quasi ex contextu
flumina oriuntur · Et dulce et repi
nucorum ortus fontem suum habens
libidinem · qui et ipse pluit flu
mina · que irrigant universam
hanc vallem lacrimarum · et mi
serie · in qua eiectus est exul · qui
per libitum · quem per licuit fatere pelagi
Et quidem quasi unus rivus est ·
amor habendi · quo ad sufficienciam · Avaricia
rerum copia queritur : in quo ava
ricia laborat propter habitum : possidet
vel scit · Alter vero luxurie leno Luxuria
cinia diffundit · et defluit in val
les voluptates · dum ad tranquillita
tem · et leticie gaudia · tendens as
pirat · Tertius vires colligit quibus Ambicio
bus tueatur nature libertate et
cuiusquis molestie propulsare possit
iniurias et cum viribus habundant
prosilit · in odibilem tirannidis ve
nam pretus ab appetitu celebritatis
et reverencie · dum eminenciam querit Vana gloria
fallaces intumescit Hec sunt quatuor
flumina que infundunt et lavant
orbem et defundit per ipse volu=
tates · statuunt · quem fecit hec primo
et origine contraxit a luto va=
nitatis · Cum autem convenerit
diversos esse pariunt rivos ·

et quasi intumescentibus aquis
diluuij mundi obruunt actiua per
cunct. et sic omnia delent ut terra
videri possit in solitudinem redigenda
nisi quia paucas .i. octo animas re
surrectionis filios deus cum archa
conseruat. hij sunt utique quos
ex omni carne deus preelegit eorum
tamen qui sunt in diluuio aquarum
multarum ad eum non approximabunt
~~et quidem amor comodi~~. de quo
predictum est. hec quasi mare al
terum fundit aquas et inmale
scente malicia. velud cattharac
tis celi apertis. varias pluit dues
in augmentum diluuij delinquendo
occasiones. permittens ut subtracta
gratia. qui in sordibus est. sordescat
amplius. et que pro commitit arbi
trio quasi vlasceus ferit Non quod
appetitum comodi. si temperatus sit.
dicam esse culpabilem aut copias
rerum sufficientem aut leticiam mentis
aut naturalem libertatis amorem.
aut eminentem mutuum dicam in ...
sed nichil istorum quod pollicet affect.
eo quod non quo quitur. contrarium
potius operatur affectum hec autem
omnia bona sunt. si eis docente
gratia recte fruimur ad usus carnis huc
tamen. et sanguinem. et aptere gaudij
et exultacionis. fruendus uti
et eisdem quasi florido frugifero
et iocundo. induitur vestimento.
Si vero sanguinis fructus carnalis con
temptus uires gratie familiaritate
quam omnia morum indumenta usurpet.
nec fragrat. nec decent nec
pascendo reficiunt Et hoc est forte
quod uestes esau placuisse scribuntur
in Jacob. et cibus. aut non usus.
aut odorem suauitatis dedisse prius.
Non scribitur esau, Non dum
Bonis abutitur. sensibus utique
gratis esse non potest. Ergo vana bo
norum species. nec saciat, nec letifi
cat. nec libet, nec exaltat. Sicut cor
ro ad usus luxuriam auariciam et
remo doxiam. quedam supradic
ta sunt. eorum affectacio. quoddam
aliud nasit intacta. que et si li
bitus. et celsitudinis videatur af
ferre suffragium a ciuitate utique
precursus abducit errante. hec
est enim que preciosissima induat
postem. et errandis grauans
ortum copagem quiete. et pacis
qua nichil salubrius est molitur
Conspicue quoque hij flumina cu
tate contingunt hijs quibus vita
negatur. In hijs tantalus laborat
in fabulis ultra sacietatem et fermo
affectum degerunt in hijs aquis in
crepat sitim Orientes ergo ad aquas
inuitat oppositas. que a sponsa pro
fluunt absque commutacionem gratis atque
pluras agram vinum et lac. que
unquam appendentes argentum. non in
panibus. et laborem uerum non in sa
turitate. Audite audientes ...
me et comedite bonum. et delectabi
tur in crassitudine anima vestra. Non utique
in illa. qua delectacionem non habet anima
sed caro in illa in qua recalcitrat
dilectus incrassatus impinguatus di
latatus. sed in qua buccinatur filius
ut in rore supernorum gre et
pinguedine liberi arbitrij voluta
tem dei prudenter intelligat po
tenter impleat. tollet pacienter
Hec itaque impinguantes et dulces
aque sunt. et que alias omnes tep
ant. quia hijs salsuginem carnium
absorbunt liquamina. et dulcorant
eas. et sapiencie celestis infusio
easdem in salutem animarum
et sanctitatem. facit esse potabiles

ambiu

Hec quoque liberat et totius tiranni-
dis incursum impedivit. aut punit
aut premit. Non ergo varie vires
sed veritas liberat iniquitate con-
sistens. et licet vanitas promittat
liberationem vere liberi nequaquam
sunt nisi quos filius liberavit. Tu
nature gratie et glorie distingue
libertatem. et invenies nullam carere
de vanitate contingere. nec tibi contra-
rio magis furiis occurret quam
tirannis. Sed cum ubi spiritus domini
ibi libertas. miserrima profecto ser-
vitute deprimitur quam spiritus nequam
exagitet.

161

In quo princeps differat a tiranno
dum revolvuntur auctore plutar-
co. instituto traiani superius definitum
est. ut que principis sint officia et
rei publice membra diligenter exposito
Unde facilius et paucioribus pote-
runt innotescere. que e regione di-
cenda sunt de tirannis. Est ergo
Diffinicio tirannus ut eum philosophi depinxerunt.
Tirannis qui violenta dominatione populum
Regis premit sicut qui legibus regit prince-
ps est. Porro lex donum dei est. equi-
tatis forma. norma iustitie divine
voluntatis imago. salutis custodia
unio et consolidatio populorum. regula
officiorum exclusio et exterminatio vitio-
rum violentie et totius iniurie
pena. Hec autem aut violentia
aut dolo impugnatur et quasi
leonis immanitate vastatur. aut
draconis supplantatur insidiis. Quo-
cumque autem modo id fiat. planum
est gratiam oppugnari. et deum quodam-
modo provocari ad prelium. Princeps pu-
gnat pro legibus et populi libertate
tirannus nil actum putat nisi leges
evacuat. et populum devocet in ser-
vitutem. Imago quedam divini-
tatis est princeps et tirannus est
adversarie fortitudinis. et luciferiane
pravitatis imago. Siquidem illum
imitatur. qui affectavit sedem po-
nere ad aquilonem. et similis esse al-
tissimo bonitate tamen deducta. Si enim
bonitati studeret esse conformis. ne-
quaquam potentie aut sapientie
gloriam. preripere molitur. verum omnium
dei tamen auctoritate. aspiravit for-
tasse coequari. Imago deitatis
princeps venerandus est. et colendus
tirannus pravitatis imago. plerumque
quod etiam occidendus. Origo tira-
nni iniquitas est. et de radice toxi-
cata mala et pestifera germinat
et pullulat arbor securi qualibet
succidenda. nisi enim iniquitas et in-
iustitia caritatis exterminatrix tirannidem
procurasset. Pax secura et quies per-
petua. in evum populos possedisset. Ne-
mo quod cogitaret de finibus producendis
essent etiam sicut magnus pater
testis est augustinus. ita regna quieta
et amica pace gaudentia. sicut in
composita civitate diverse familie.
in eadem familia diverse persone.
Aut forte quod credibilius est omnino
regna non essent. que sicut ab an-
tiquis liquet hystoriis. iniquitas
per se aut presumpsit. aut extorsit
a deo. Et quidem non soli reges
tirannidem exercent. privatorum plurimi
tiranni sunt. Dum id virium quod habent
in nefarium efferunt. Nec moveat quod
reges tirannis visus sum sotiasse.
quia licet rex dicatur a recto quod

principem decet: tamen appellatio
eius abusive non cadit etiam in ti-
rannum. Unde est illud: potuit pro pluribus
unquam producere liber: ascendi super
quam nichil nisi regna reliqui: et
illud. Spes nulla patris erit: dex-
tram tetigisse tiranni. Et si officium
contra officium: et vite vivendi re-
gulam dicere licet. sententia Ciceronis
omni appetit officia. omnino viciatur a-
nimo: Photinus iste: a quo et
ipsi puri: non inmerito appellari
photiniani. prima in monstris pelle
dominus i. inter alia portenta egipti
impudicicia et crudelitate insignis.
qui pompeium leto dampnare ausus
aut potius mors tirannorum. sueta
presumpcione exponens ait. Jus et
fas multos faciunt Tholomee nocen-
tes. dat penas laudata fides: cum
sustinet inquit. quos fortuna premit.
fatis accede deisque. et cole felices
miseros fuge. sydera terra. ut distant
ut flamma mari. sic utile recto
Sceptrorum vis tota perit. si pendere in-
sta incipit. evertit que arces respectus
honesti. libertas scelerum est. que re-
gna invisa tuetur. sublatusque
modus gladiis facere omnia: seve non
impune. nisi cum facis. Exeat aula
qui vult esse pius. virtus. et summa po-
testas. non coeunt: semper metuet que
seva pudebunt. Ergo respectus ho-
nesti et iusti. minimus. aut nullus est
in facie tirannorum. et sive ecclesiastici
sive mundani sint. omnia posse volunt.
totque precedentes. quod potentiam auctore
dat habent. et sequitur. Utrisque tamen
hoc persuaderi vellem: divinum iudicium ex-
perasse iudicium. quo primogenitis. et
seminibus eorum inflictum est. quia non
licuerunt cum possent. inflictum est ne
possint etiam. iusticie obtemperare cum
volunt. Nam et proverbio dici solet.
quia qui non vult. cum potest: non pote-
rit cum volet. Hinc verbi

et magnus basilius auctor est. Rogatus
enim a muliercula. ut preca principi inter-
deret. cartam eius accipiens. sic scripsit prin-
cipi. Paupercula hec accessit ad me. dicens
posse me apud te. Si ergo possum. osten-
de. Et dedit mulieri cartam. Illa vero abiens
dedit epistolam principi: legensque eam prin-
ceps. rescripsit hoc: propter vos opere sancte
volui misereri mulieri. sed non potui.
pro eo quod tributis subiacet. Sanctus vero re-
scripsit ei: si quidem volens non potu-
isti. bene ut cuique se res habet. Si autem
potens noluisti. ducet te Christus ad
indigenciam egenorum. ut quando voles non
possis. Sic autem secundum oraculum suo que
semper electis adest. vitas nequaquam
defuit. Nam in brevi princeps idem imper-
iali indignacione temptatus. ductus
est. vinctus inter captivos. ut pe-
na sua. satisfaciens iniuste oppressis
Oracione tamen basilii. post septimum
diem. de abduccione liberatus est: de-
scendente signo imperiali. sicut vir
sanctus optaverat. Itaque et tiranni no-
mine reges. et eque undique principes vel
tiranni. appellatur. iuxta illud. prin-
cipes tui infideles. socii furum. Et a-
libi. principes sacerdotum. consilium fa-
ciunt. ut ihesum dolo tenerent. et
occiderent. qui utique iusto iudicio
legis. debuerat liberari. Nam et in
sacerdocio inveniuntur quamplures
qui tota agunt ambicione et omnibus
artibus suis. ut sub pretextu officii
suam possit tirannidem exercere. Habet
enim et res publica impiorum caput et
membra sua. quam civilibus institutis
legittime rei publice nititur esse conformis
Caput ergo eius tirannus: imago
dyaboli. Anima heretici. scismatici. sacri-
legi sacerdotes. et ut verbo plutarchi
utar: prefecti religionum impu-
gnatores legum. Cor consiliarii
impii. quasi senatus iniquitatis
Oculi aures. lingua. manus inermis
iudices. et leges officiales i-
niusti. Manus armata. milites

volenti. quos atque latrones appellat
precedis: qui in ipsis humilioribus negociis preceptis diuinis et legittimis insti
tutis adusantur. Hec quidem omnia
possunt a superioribus facillime corrigi
¶ Ascendi. Igitur non indignari non debent
Ezech 34 sacerdotes si et in eis fatear. immo
vere posse tyrannos. alioquin quorsum
est illud propheticum. fili hominis propheta de
pastoribus israel propheta. et dices ad eos.
hec dicit dominus deus. Ve pastoribus
israel qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus. lac
comedebatis. lanis operiebamini et quod
crassum erat occidebatis. gregem autem
meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis. et quod egrotum non sanastis. quod fractum est non
alligastis. quod abiectum non reduxistis.
quod perierat non quesistis. sed cum
austeritate imperabatis eis. et cum potencia. et disperse sunt oues mee eo
quod non esset pastor. et facte sunt in devorationem omnium bestiarum agri et dis
¶ perse sunt. Quid sibi aliud adesse docet ezechielis hec interpretatio. et increpacio. nisi pastoribus abesse que
adesse debuerant. et adesse que
abesse oportuit. Propterea hec dicit
dominus. Ecce ego ipse super pastores.
et requiram gregem meum. nec
pascant amplius pastores de manu eorum. et cessare eos faciam. ut
ultra non pascant gregem meum.
nec pascant amplius pastores semetipsos. et liberabo gregem meum
de ore eorum. et non erit ultra eis
¶ In istam Nove tirannidem sacerdocii.
videtur exprimere manifestam. et vitam illorum depingere. qui in omnibus
que sua sunt querunt. et que ihesu
christi sunt postergum faciunt. Unde
non meum sed alienum est. et perfecta intemerate veritatis oraculum
quo apud familiare altissimi: inter

pastorem mercenarium. et furem dif
ferenciam multa perscribitur. Bonus enim
pastor. animam suam ponit pro ouibus suis.
Cuius si queras officium. apud eundem
prophetam inuenies. Ecce ego ipse requiram
oues meas. et visitabo eas. sicut
visitat pastor gregem suum. in die quo
fuerit in medio. omnium suarum dissi
¶ patarum. Educam eas de nube. congregabo de caligine. inducam eas
in terram suam. et pascam eas in
montibus israel. in riuis et in cunctis
sedibus terre. in pascuis vberrimis.
in montibus excelsis. erunt pascue
earum. requiescent in herbis virentibus. et in pascuis pinguibus pascentur
super montes israhel. Pascam eas et
accubare faciam. quod perierat requiram.
quod abiectum erat reducam. quod confractum fuerat alligabo et quod infirmum
erat consolidabo. et quod pingue et
forte custodiam. hoc est cum diligencia
qua gregibus debent inuigilare
¶ pastores. Quod autem subiungit. et
pascam illas in iudicio et iusticia.
civiliter respondet. quod premisit. sed
cum austeritate imperastis eis. et cum
potencia. Scriptum est enim. quia pondus et pondus. mensura et mensura.
utrumque abhominabile est apud deum.
Apud homines tamen qui negociacionem
exercent. grandis videtur esse prudencie. sed tamen illicite. que calliditas. et dolus est. si alio pondere vel
mensura. sua distrahant. et alio
¶ comparent aliena. ~~Et impleto va~~
~~cuo exigit equitatis. ut quod alijs im~~
~~ponit. onus ipse sustineat et quod do~~
~~cere voluerit. ipse studeat adim~~
ple. hoc est cum iudicio. et iusticia
pascere. et non in austeritate. et potencia imperare. Quod utique faciunt. qui
[illegible]. Homines alligant onera
gravia. et importabilia. et digito
suo. ea contingere recusant. In

sequuntur. et cum purissimam aquam bibetis reliquam pedibus vestris turbabatis. et oves mee. hys que conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur. et que pedes vestri turbaverat hec bibebant. propterea et ecce ego iudico. inter pecus pingue et macilentum. pro eo quod lateribus et humeris impingebatis. et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pectora. donec dispergentur foras. Mercennarius autem. oves quidem. ut specie pascit. sed quia omnia facit ad precium: si lupum videat venientem. dimittit oves. et fugit. quia non pastor. sed mercennarius est. nec quicquam omnino. sed lucri curam habet. Canis utique mutus latrare non valens. ut ul clamore et tumultu. lupum absterreat venientem. si quidem eum timet. et tempali diripi facultate. et eum non attendit. quam diu cruciaturus est in gehenna. Certus siquidem est ad iudicia et que nullius sunt precii. Crescit de hys inquit. ve prophetis insipientibus. qui sequuntur spiritum suum. et nichil vident. Quasi vulpes in desertis prophete tui israhel. Non ascendistis ex adverso. neque opposuistis murum pro domo israhel. ut staretis in prelio in die domini. Nichil enim in eis labiatum est. ut modo prelatibus obloquitur vel detrahit. ut veritatem in periculo tueatur. in omnibus lucrum. in nullis autem pacis querunt salutem animarum. dum in suis obtineant. dum ad ambitionis aut avaricie. succedat votum eorum. que ihesu christi sunt. iactura contempnitur. fiat pax in diebus eorum. sunt setose oves. boves crasse. promptuaria plena auri et vasis. ornata ut ecclesia in admiracionem intuentium. splendeat varie et preciose supellectilis. oposus cultus. habundet. honorentur. et

tollant. a turbis. dilatur. visitentur a subditis in muneribus. sit denique libere ipsum impune. et sine nota. facere quod quod libido dictaverit ad singula dicent. euge euge. ut in lota increpatorum prophetarum. luto absque paleis linisse. parietem indurati. parietem videantur. qui preparate domo. fuerat fodiendus ut inveret et abhominaciones pessime. Ca domo domini disperet. hy sunt qui tosunt pullulos sub aspide. viciis foventes. ut capiat animas. et lac comedant. lanis operiantur. omnino. quia in semper in negligencie vel audacie induxerunt. Fur autem. Fur cominatur. ab operibus suis. quia non venit. nisi ut furetur. et occidat. et mactet. et perdat. Animicus utique preciosus. et aptus. qui nec verum pastorem habet. nec spem. et nec ad lucrum pascat. sed summum lucrum reputat. eam ad occidit. Pastori itaque debetur amor. quia diligit. mercenario paciencia. quia videtur amatorem imitari. furi vero. non debet esse. Ora nisi penam. Si sciret paterfamilias. qua hora fur veniret. vigilaret utique. et non sineret perfodi domum suam. Vocem pastoris audiunt oves. et sequuntur. vocem mercenarii aliquando audiunt. sed eum. quia non vadit ad vitam. sequi contempnunt. Vocem furis aspernantur. horret. et fugiunt. quia in manu eius perdunt. et in ore audiunt. opa Mortis. Siquidem. non modo fur est et latro. sed lupus rapax. sequi pedaleonis. qui rugientes circuit. querens quem devoret. Cuius ergo illud non repellat. aut saltem fugiat. qui ad hoc ovile ingreditur. ut mactet et occidat. Si quis inquit episcopatum desiderat bonum opus desiderat. sed nescio. quo pacto res in contrarium versa est. ut non omnes fere desiderent operari. tum quod appetunt adepti su-

erunt ocio marcent: aut quod turpius est
cupiditatis operibus occupantur. Multa
curant ambitione. Volui quidem superius
sed ut se res habet plene non potui
explanare. et prelato quam inutiliter
multi versentur in gradu optato vel
ferre difficilius potest. Unde tamen
scio, quia non ea aviditate currunt
ut aliis curas ponant. qui fortune mu-
nuscula vel quod verius dixerim gratie
dei temporalia dona in hunc tamen
concessa usum ut predicantur etiam
recusant in caritate fratribus erogare.
Hanc tamen esse pastoralis officii formam
premonstrant tam exemplo quam verbo
pastorum princeps. Ergo tanto currentes
ambitu: mercenarii operantur aut
fures fieri. Bene tamen agitur cum omnibus
que illius custodie demandantur: quod
cas vel ad precium pascant. Nam et in ipsis
mercenariis: gradus et differencie
sunt. Laxant quidem omnes recia in ca-
pturam: sed hii in capturam avarum et
cerum (?). illi vero piscantur duntaxat.
contempto periculo avarum (?). Et sepe la-
bant omnia. quo piscandi ad nobiliorem (?)
uberior succedat occasio. Habebis
variarum supellectilem. et cresci ut di-
facultates: apud eos. qui predicant
pauperem Christum. et quia sunt non coguntur
stipendiis militare: evangelizant.
ut comedant. et evangelistarum sti-
pendiis abutuntur. Calice quidem
in quo Joseph augurari consueverat
in sacco suo ore revoluto sed non
descendit in manus: lingua siquidem
sacerdotis talis est ciphus. qui in vita
te est. et prefiguratione nominis. mutat per
salvator mundi. institutus ut vatici-
netur abscondita. et fidelium mentes
potet eo spiritu. quo repleti discipuli.
verbum fidei. et salutis. eructuan-
tes in iudea. ebrii reputati sunt.
dispensantes granum frumenti quod
in terram cordis eorum ceciderat. et iam

in castitate eloquii eorum fructum plurimum
duo geminabat. Alii quidem sine evan-
gelio. de evangelio vivunt. et bene.
si vivunt tantum. ut non ceteris luxu-
rientur. Hos viros mercenarios dixerim
qui non laborant. ut manducent. sed
sine labore. non manducare. quod utilitatis
est. sed ociari. et luxuriari desiderant.
Omnibus quidem. qui pastoris exercent
officium. gratia debetur. et reverencia. et quod
Christum quacumque racione annunciant. et
lucrum faciunt. eius sua tamen. et pro sua
utilitate animarum. pastoribus. et
salutis dispensatoribus exigentur.
sunt quasi amici. sed et venerabiles.
et patrum letentur honore. et si mer-
cenarii sunt: mercede sua. numquam
careant privabuntur auctore Veritas sit
nimis (?). qui verbum dei loquitur. qui edi-
ficat ecclesiam dei. vel ad lucrum. Non in-
video lucro. si opera antecedat. Nun-
quam sic exhibitio sufficit lucri. ut qui
christi sunt. universa contempnant. et
si nec hec sunt doceant: nec contencio-
nibus ecclesiam scindant. nec pastores.
nec mercenarii digni sunt: nec ho-
nore nec nomine. Non loquor
de legatis. ecclesie romane. que
parens auctore deo. et magistra fi-
dei. et morum est. et non potest ab homine
iudicari. et argui. celesti privilegio
munita. relinquo intactam: nec
enim incredibile est. quod ea committere
presumat. vel dignentur. que de
iure gentilium in presidibus pro-
vinciarum. et proconsulibus. legatis
vel cesaris. constat esse illicita. Qua
ergo impudencia. hoc attemptare
audeat. discipulus crucifixi. vi-
carius petri. pastor animarum. quod vigen-
te fidelium disciplina. infamis im-
peratoris sub officio consul. rector cor-
porum. presumere non audebat. Pena
repetundarum. ex superioribus legibus
et tam constitutis legum. quam christo

viarum exemplis. seculo vero innotuit.
et quod non in causa esurienti et paupere
ti iudicio a provincialibus accipere non
licebat: ita tamen. ut accepta neque
quam redderet in numero rationem
Crimus ergo credit. quod patres ecclesie. in
duces orbis. et ut ita dicam clarissima
lumina mundi. deligant munera. sequ
tur retributiones. provincias concutiant.
ut excuciant loculos. exinaniant ali
enos. ut solident suos. verbis predicant
paupertatem et finibus ad divitias
properent bonorum spiritualium dampnent
commercia. ut cum eis dictabat in ta
libus contrahere liceat Quod agentes ut
omnibus sint terrori. amentiae a nullo.
quietem doceant. ut faciant vexas
humilitatem simulent et famulentur.
ut vendicent fastum: alienas pulsantes
et suas sonetes avaritias. dictantes
largitatem tenacitati insistentes et
ut pauci loci huius anfractus. et vo
lumen spaciosa complectatur: cum sce
leratis et flagitiosis omnibus pone
tes porcionem. aut flagitia vendican
tes in solidum. ut videatur totalium
vanitatis iniqua genitum synagoga ga
tilia malignancium in quorum ma
nibus iniquitates sunt. et dextera
eorum repleta est muneribus: Ab
sit ut hoc quisquam audeat suspica
ri. nec cadat in quemquam tantum
scelus. ut os suum ponat in celum.
et patrum: que non sunt pudenda
denudet Vita eorum alba sunt et de
cora: nichil in eis est. quod animo nos
tri pateat: aut sanna. ut satiricus
ait postica occurratur Si tamen quis
piam hoc presumpserit: ei uno va
lidissimo respondebitur argumento.
cui resistere et contradicere non audebunt.
omnes adversarii eorum Vno inquam
Opera namque. que ipsi faciunt. testimo
nium perhibent de eis: Si bonum queris
affectum. quod de cause sanitate con
stat attende Cum enim opus bonum
est: ipsum quoque bonum est: Si aucto
rem: eum qui ait: a fructibus eorum
cognoscetis eos Non enim potest arbor
mala. fructus bonos facere. aut contra
arbor bona. fructus malos. Posset
per eos. si quis tamen est. qui eis cense
at detrahendum. plura proponi. sed in
defensione eorum. hoc unum sufficiat
Constat enim quia apostolorum oportet a
dorare vestigia. et illos esse. ut pa
tres honorandos. colendos ut deos.
qui eorum possident sedem. et imitantur
vitam Illos potius. hec pagina re
spicit qui plurimis vehuntur periculis
in saturitate disputant de ieiuniis et quod
verbis astruunt. operibus destruunt in cur
ru eunuchi regine ethiopum. clausis
oculis: scripturas loquuntur. ut lectitant.
et cum quis sicut ovis. ad occisionem
ductus est. et os suum coram se tondente
non aperuit. respicere dedignantur. aut
nequeunt: nec discipulum. vitant aut
ptem. donec descendant ad aquas qui
bus mundentur ab operibus mortuis: di
gnantur colligere Vtique licet scripturas
insideant rotis. et peccatorum equalium
impetu perferantur: lingua eorum. et
de superioribus disputant. tamen lingunt.
nec scripturas intelligunt. quia cor eorum
non aperuit scienciarum deus. qui aper
uit. sicut in actibus apostolorum scriptum
est. cor lidie purpurarie. ut audi
ret. ea que dicebantur a paulo.
que fidelibus. humili obediencia
mandatorum. quam disputacione verbosa.
Cum tumentibus innotescunt Fur c. fur
autem quis sit. duplici racione col
ligitur Nam ille. qui de consolatorum
terrena: per superbie scalam: ambiciones
et viciorum gradibus innitentem
in ovile ascendit. Christo contempto et
neglecta recta via. et plana summo
sis anfractibus liminari suffodit.
aut parietum iuncturas irrumpit: a
per tegulas infusus illabitur profecto
fur est. et latro Cui vero Christo aperit

te ostium id est altero vacante ingreditur. et
postmodum sub umbra pastoris officii
persecutor spoliat, mactat, occiditur
et perdit. Sunt indubitatus est. Tu vi-
de in quo gradu ponendi videantur
quibus non sufficit divini iuris licen-
tia ecclesias devorare, nisi secularium
legum imploraverint auxilia et officiales
principum facti ea committunt que non decet
que facile alius quilibet publicanus
erubesceret. Interim voluptati servi-
unt aut avaritie. et qui eos elege-
runt vel admiserunt in custodiam suam
depopulantur. et puniunt morte eos quos
desiderant quos fovere oportebat interne
et spiritu. Tenent profecto memoriter
illud propheticum. Ecce constitui te super gen-
tes et super regna ut evellas et destru-
as et dispergas et edifices et plantes.

Hec ergo plantata innumerent mi-
nuuntur ancille ut edificet sibi domum
domum in iuvenibus magis aut lingue
aut obsequii aut eos substituat ex
plantatis quos elegit affectu carnis
id est aut genitos a se aut sibi ab aliis
carnaliter genitos. Unumquodque et appi-
opus et via talamo dilatatur. sed sub
presto prorsus articulis que publice aspec-

tibus ingeruntur. Si quis autem hic
quippiam dici durius calumpniatur
si ea que a prioribus dicta sunt legerit
michi facile veniam indulgebit. Si enim
tirannus scolaris iure divino et humano
punitur quis tirannum in sacerdocio
diligendum censeat aut colendum.

Et si istud videtur acrimonie plenum qui
non nisi via loquebatur et dulcia impro-
perium adversus beatum gregorium qui ac-
rius ista persequitur. Et ut cetera tace-
am hoc primus omnibus notum est quia
ii 93 sacerdotes prelati dicunt quod cum ipsi delinquunt
praque tot mortibus digni sunt quot ad
subditos perditionis exempla transmittunt.

A B Ministros dei tamen tirannos esse non
abnego. qui in utroque principatu
scilicet animarum et corporum iusto suo
iudicio esse voluit. per quos puniretur
mali et corrigerentur et exercerentur
boni. Nam et peccata populi faciunt
regnare ypocritam. et sicut regum
testatur hystoria defectus sacerdocii in
populo dei tirannos induxerat. Si-
quidem primi patres et patriarche vivendi
ducem optimam naturam secuti sunt.
successerunt duces a moyse sequentes
legem. et iudices qui legis auctorita-
te regebant populum. et eosdem fuisse
legimus sacerdotes. Tandem in furore
domini dati sunt reges. alii quidem boni

alii vero mali. Senuerat enim samuel
et tamen filii eius non ambulabant in
viis suis. sed avaritiam et immundicias
sectabantur. Populus qui fortasse et
ipsum meruerat ut ei tales preessent
sacerdotes a deo quem contempserat
sibi regem extorsit. Electus est ergo
saul regis iure predicto id est qui
filios eorum tollet ut faciet auri-
gas et filias ut panifice fiant
et focarie et agros et predia ut
ea pro libito distribuet servis suis.
Populum quoque totum servitute premeret in-
go id est tamen xpistus domini dictus est et
tirannidem exercens regium non ami-
sit honorem. Intonuit enim deus timo-
rem omnibus ut eum quasi ministrum
domini cum quodammodo gestabat ymaginem

venerarentur. Amplius quid adici-
am. etiam tiranni genus a reprobati
abectio et morte. ministri dei sunt
et xpisti domini appellantur. Unde prophe-
ta. Ingredientur portas babilonis
duces videlicet cirus et darius.
Ego enim mandavi sanctificatis meis
et vocavi fortes meos in ira mea

et exultantes in gloria mea. Ecce quam
sanctificatos vocat. medos et per
sas. non quod sancti essent. sed domini
adversus babilonem implebant volu
tatem. alias quoque Ecce ego addu
cam inquit. nabuchodonosor servum
meum. et quia fuerunt mihi hii
[illegible] dabo eis egiptum mercede
Omnis autem potestas bona. cum a deo est
a quo solo. omnia. et sola sunt bona
Utenti tamen utcumque bona non est
aut patienti. sed mala. licet quo ad
universitatem sit bona. illo faciente qui
bene utitur malis. unde sicut cum
in pictura fuscus aut niger color.
aut aliquis alius per se consideratus
indecens est. et tamen non tota pic-
tatur. decet. sic per se quedam inspec
ta indecora. et mala. relata ad u
niversitatem apparent et pulchra. eo
omnia sibi adaptante cuius omnia opera
valde sunt bona. Ergo et tiranni potestas
bona. cum tirannis gressa hominum potestas
abusus | Iniustus tamen malo. cultus et
magnus est. bonorum usus | Patet
ergo. non in solis principibus de ti
rannidem: sed omnes de tirannos. qui
concessa desuper potestate in subditos
abutuntur | Porro. si potestas acce
dat sapienti qui rerum omnium novit
et habet usum omnibus bonis grata
est. et omnibus utilis Si vero cedat in
insipientem. et si bonis quibus omnia
cooperantur in bonum. mala esse non
possit. molesta tamen ad modicum
tempus est Non cum utrisque contingere
manifestum est licet exigente ma-
litia temporis unde in hoc flage-
llum dum. iugiter provocaris mal
inde insipientibus sepius concedam
Quod cum in rebus summis romano
imperio potentibus. per nullam memo
rio recordari. Si temporum series
ab urbe condita revolvatur illorum

invenientur mali gessisse flagitiis
Plenis cum gaio caligula augusti tercio
successore. tetrior aut maior peior
neronem. qui antecessores et succe-
ssores omnes turpitudine vite et in
auditis flagitiis superavit Hic autem
caligula omnium flagitiosissimus tamen re
xit aut potius torsit imperium. ea que
crudelitate et [illegible] invidens felicitati
de conditione suorum temporum querebatur.
eo quod nullis insigniretur calami
tatibus publicis Ille siquidem ortu
suo patrem non ab secula qui deleve
rat contradictionis et mortis impi
um licet cum hec inmeritis parce
ascribitur augusto. xpo tamen po
tius ascribenda est. qui censu romana
[illegible] consu[illegible] asscriptus est.
regnante augusto Et quidem evange
liorum et hystoriarum vicinia relatam
constat quia sub eo . natus est auctor
omnis pacis Deus homo. virginis
filius xpistus cuius dispositio ad
veram pacem. et felicissimi regni
beatitudinem conspexit electos. cuius
adventus multis prenuntiatus et pate
factus indiciis Nam ut orosius re
fert. cum cesar Iulius infecto rege
appollonio rediens urbem ingrederetur
hora circiter tercia repente liquido ac
puro sereno circulus ad speciem celestis
arcus orbem solis ambiuit. et hec
octavo idus ianuarii. die qui dies
epiphaniorum. creditur accidisse.
quo cesar primum [illegible] sopi
tis fuit quod omnibus bellis civili
bus clausit et augusti adeptus est
nomen. apertam declarant imperii
ut pene verum doctor. summa rerum
et potestatem esse. quam monarchiam
vocaverant greci | Refert idem hy
storiaticus quod cum a silicia rediens
receptis legionibus a pompeio
et lepido. triginta milia servorum
dominis restituisset. et omnia superiora

de gayo

ipsi debita donanda licitum etiam
monumentis abolitis censuisset. In di-
ebus ipsis fons olei largissimus de tha-
berna meritoria per totum diem defluxit.
illud utique manifeste aducens imperio gra-
tias. qui servos diaboli peccatores.
iusto dei domino subdere venerat. et
C paupertum misereri. Cum quo a facie
cristi siluerit omnia. et tantas mi-
serationes altissimi obstupesceret
mundus. summa rerum et potentium vic-
toria: ab augusto cum caligulam acci-
dit. Cuius ferocia. ut breuibus loqu-
at. exclamasse fertur. Utinam populus
romanus unam tantum cervicem haberet.
Et quia hostis deerat: magno et
incredibili apparatu profectus est. ho-
stem querere. omnibus quoque viribus germa-
niam. gallias quoque percurrens. in litod
occeani citra profectum britanie sub-
stitit romanorum quoque rursus est. belli de-
ficiente materia. et nullo expleto
negotio: nisi quod bellinum brita-
norum regis filium quem pater
expulerat. cum paucis in deditionem
C accepit. Infestissimum quoque iudeis
extitit. et sacra iherosolimorum loca
prophanari et statuis repleri iussit.
et se coli. ut deum. Pilatum iudicem
presidem tantis coartavit angoribus.
ut sua se transuerberans manu ma-
lorum compendium mortis celerita-
te quesierit. Sorores quas cali-
gula primum stupro polluerat dam-
pnavit exiliis. et post omnes simul
exules. iussit occidi. Ipse autem
a suis protectoribus occisus est. In scri-
nio eius inventi sunt duo libe-
lli continentes lectissimorum nomina
civium. quos morti destinaverat.
erat quoque alterius inscripto gladius.
C alteri pugio. Archa quoque ingens
multiplicium venenorum inventa est.
quibus gladio claudio cesare
iubente demersis Maria ipsa.

magno piscium exitio pestante tra-
duntur infecta. Quartus fuit a vunculo
caligule. claudio tyranno interposito. Nero
cesar. verum vitiorum eius successor.
omnium transgressor. petulentiam.
libidinem. luxuriam. avariciam. cru-
delitatemque. secula quoque excessit.
Teste namque orosio patuit petulencia
omnia pene ytalie. et grecie the-
atra. perlustrans: assumpto etiam
vario vestitu dedecore teritas ci-
tharistas. citharistas. tragedos.
et aurigas. sepe visus est superasse.
C libidinibus quoque tantis exagitatus
est: ut ne a matre quidem. vel sorore
ulla ne consanguinitatis reverencia
abstinuisse referatur. virum in uxo-
rem duxerit. ipse a viro. ut uxor
acceptus sit. Luxurie tam effre-
nate fuit. ut retibus aureis pisca-
retur. purpureis funibus frigidis
et calidis lavaret unguentis. nul-
lam vestem bis induit. nec unquam
minus mille carrucis confecisse tra-
ditur iter. Denique urbis rome in-
cendium. voluptatis sue spectaculum
fecit. per sex dies: septemque noctes
ardens civitas. regios pavit aspe-
ctus. horrea quadro structa lapide
magneque ille veterum insule. quas
discurrens flamma. adire non poterat.
magnis machinis quondam ad ex-
tra bella paratis labefacte. atque
inflammate sunt. ad abditorum ma-
siones. bustorum quoque diversorum. in-
C felici plebe compulsa. Quod ipse
ex altissima mecenatiana turre.
prospectans. letusque flamme. ut aie-
bat pulcritudine. tragico habitu.
heleiseles oda sonat. sacerdotales
ymnos. civitatis. in qua solis sple-
dor colitur decantabat. Avaricie
autem tam prerupte extitit. ut post
hoc incendium urbis quam se augu-
stus. ex latericia marmorea

reddidisse iactaverit ad reliquias
rerum suarum adire prohibuerit. Cuncta
que flamme quoquomodo superfuerant
ipse abstulit. decies centena mi-
lia sextercium annua a senatu sibi
conferri imperavit. plurimos senato-
rum. nulla existente causa bonis pri-
vavit. negotiatorum omnium sub una
die. tormentis quoque adhibitis omnem
penitus censum abstersit. Crudelitatis
autem rabie. ita efferatus est. ut pluri-
mam senatus partem interficeret. equestrem
ordinem. pene destitueret. Sed ne
parricidiis quidem abstinuit. matrem.
fratrem. sororem. uxorem. ceteros quoque omnes
cognatos. et propinquos sine ulla
hesitacione prostravit. Auxit hanc
molem facinoris eius. temeritas
impietatis in deum. Nam primus ro-
me. christianos suppliciis. et morti-
bus affecit. ac per omnes provincias.
pari persecucione. excruciari imper-
avit. ipsumque nomen extirpare co-
natus. beatissimos christi apostolos: petrum
cruce. paulum gladio interfecit. Mox
acervatim miseram civitatem. obor-
te undique oppressere clades: Nam sub-
sequente autumpno. tanta urbi pesti-
lencia incubuit. ut xxx milia fu-
nerum in racionem libitine veni-
rent. Britania deinde clades ce-
stigio accidit. qua duo precipua opi-
da magna. civium sociorumque clade.
et cede direpta sunt. Preterea in
oriente. magnis armenie provinciis
amissis: romane legiones. sub iugum
missum emisse. egre egre. Siria retenta
est. In asia tres urbes: hoc est lao-
dicie ierapolis colose. terremotu con-
ciderunt. Hec orosius scribit. cuius verbis
et sensu. eo libencius utor. quod fidei
christianum. et magni discipulum augustini
propter religionem fidei. non veritati dili-
gencius institisse. liquet. quidquid possit
et apud alios historicos. inveniri

diffusius. qui tirannorum atrocitates. et
exitus miseros plenius scribunt. Ea nempe
si quis diligencius. recensere voluerit.
legat ea. que trogus pompeius. Iose-
phus. egisippus. suetonius. quintus cur-
tius. cornelius tacitus. titus. livius se-
renus. et tranquillus. et alii historici.
quos enumerare longum est: suis complexi
sunt historiis. Ex quibus facile liqu-
ebit. quia semper tiranno licuit adulari.
licuit eum decipere. et honestum fuit oc-
cidere. si tamen aliter coherceri non pote-
rat. Non enim de privatis tirannis agitur.
sed de hiis. qui rempublicam premunt.
Nam privati legibus. legibus publicis:
que constringunt universitas. facile cohibentur.
In sacerdotem. et si tirannum induat
propter reverenciam sacramenti. gladium
materialem exercere non licet. nisi forte cum
exauctoratus fuerit in ecclesiam dei cru-
entam manum extendat. eo quidem per-
petuo obtinente. ut ob eandem causam
non consurgat in eum duplex tribu-
lacio. Preter rem tamen non videtur.
si liceat. que dicta sunt. aliquibus astru-
amus exemplis.

Caruit ergo in primis domus ce- 19
sarea qua nichil potencius aut
gloriosius. ulla etate. recolit mundus. Si-
quidem Iulius cesar. primus orbem pro-
videncie. et rei militaris viribus ad-
quisivit: homo pre paucorum. et cui ul-
lum expresse similem. adhuc edidit
natura mortalium. Licet enim eum cicero
alicubi criminetur. quod citra eque
utilitatis. aut honestatis speciem. dele-
ctabatur iniuriis adeo: ut eum ipsum
peccare iuvaret: idem tamen. tantis
laudibus eundem effert. ut decorum cen-
seat munus. et virtutibus temperatum.
romano indultum imperio. ut potencia
nec prosperis extolli. nec adversis fran-
gi noverit. magnificus sine crudelitate.
Sine temeritate magnanimus. Strenuus
cum si alius esset. posset temerarius
videri. Cesar tamen. audax videri non
debet. cuius voluntas. decorum aspirabat

fauore. semper infra potestatem fuit Ne-
mo ferum (?) exceptus est cesarem. nisi
superbia rebellaret. prouocatus iniurijs.
pronus fuit ad ueniam Quos uicit
uiribus. prudencia antecessit Ex-
cessus eius uidebatur superare. et ad
iusticiam aspirare Quod ex eo conici
potest. quod nullum tempus quo voluit esse
¶ pacificum exceptis Hijs videtur orosius ex
parte consentire Cum enim in egip-
to. magna pars militum eius cecidisset
et ipse sicut lucanus innuit. cogebatur ce-
spite scenam. qui singulari virtute
eminens. inter cesarianos obsedit
muris calcantem menia magnum.
insistencium egipciorum. vi pressus
cesar. scapham ascendit. qua mox
pondere sequencium grauata. et mer-
sa: per ducentos passus. ad nauem
vnam. manu elata. qua cartas te-
¶ nebat. natando peruenit hic tamen.
quia rempublicam armis occupa-
uerat. tirannus reputatus est. et ma-
¶ gna parte senatus consencie. strictis pu-
gionibus occisus in capitolio.
sed et ubi honestatis memor exti-
tit Ut enim aduertit se strictis pu-
gionibus peti: toga caput obuol-
uit: simul sinistra manu. sinum
ad yma deduxit. quo honestius
caderet Successor eius augustus.
felicissimus omnium. se sub comminacione
pene dominum est prohibitus appellare
et tamen generis: tirandis rem
¶ declinauit et notam Tiberius
quoque a iulio tercius veneno obijt: cuius
morte. ita letatus est populus: ut
tiranum ... et deos manes ora-
uerit: ne mortuo sedem ullam da-
rent: nisi inter impios Et licet
veneficium: detestabile semper fuerit:
venenum quo ille extinctus est. or-
bis censuit esse vitale. siquidem ve-
neni. cum habitum est: quod cor inter
ossa cremati. inuentum est incor-
ruptum Ea enim cordis estimatur na-
tura. ut tinctum veneno. igne

consumi nequeat Tercius tiran-
nus caligula: occisus est a dome-
sticis suis Tiberius claudius quintus
a iulio. et si tirannidem vitauerit.
manifestius ut alter tiberius. vene-
¶ ni extinctus est At vero sextus
a iulio omnium inmanissimus. et vi-
lissimus. huiusmodi exitum habuit Post-
quam enim. deformitate scelerum
officiorum. et augustos. flagiciis
que uiciorum offensus. ut predictum est.
urbem incendit. ab omni populo
sicut suetonius tranquillus refert:
desertus est. et cum ingressus cubi-
culum: quereret percussorem. et non
inueniret: omnes quippe discesse-
rant: ergo ego inquit. nec ami-
cum nec inimicum habeo Idem pa-
ulo antequam se confoderet: scrobem
coram se fieri precepit. ad corpus
sui modulum: componi que in ca-
si qua inuenirentur marmoris
frusta. et aquam simul. et ligna
conferri. ad curandum cadauer
flens ad singula. atque itidem dictitans
¶ qualis artifex pereo Cum autem
audiret. se a senatu. ad iudicandum
supplicio. quale id esset interrogat
Et cum comperisset debere nudi. hominis
ceruicem. furce inseri. corpus vero
virgis aduerte cedi. conterritus.
duos pugiones. quos secum extule-
rat arripuit. temptata que vtriusque
acie rursus condidit. causatus
non dum esse fatalem horam. at
modo sporum ortabatur. ut lamentari
inciperet. modo orabat ut se ali-
quis ad mortem. suo exemplo anima-
ret Interdum segniciem suam.
hijs versibus increpabat Uiuo de-
formiter. turpius pereo Iamque
equites appropinquabant: quibus
preceptum erat. ut viuum contraherent
Quod ut sensit: ferrum ad egit
iugulo: in eoque consumpta est ...

familia cesaris Et ne in illa sola
familia adversus tirannidem. tantum
licere legibus. quispiam suspicaretur
intellectus novus. a iulio galba et
othone. vitellio nerone. et intellectum
interfectis. turpissime pertractus
e a cellula in quam se contruse
rat vinctus est deductus per viam sacram
passim fimum in os eius coniecta
tibus aliis. et a populo romano a
pud gemonias scalas in minuti
ssimis ictibus excarnificatus ru
ptus est in tiberim Duodecimus
domicianus vespasiano et tito inter
positis post multam et crudelem tira
nidem. a suis crudeliter interfectus est Ex
qua causa. tamen in xpianos crudeli
us egerit. auctore eusebio cesari
ensi: paucis aperiam. cuius verba sunt
hec libro iii. capitulo xviii Apud ipsum
vero domicianum cum iussisset omnes per
imi. qui de genere david et regia stirpe
descenderent. sicut vetus habet tradicio
delati sunt quidam. qui erant de posteri
tate iude. qui frater fuisse salvatoris
secundum carnem traditur Duplici urgebatur
invidia. veluti qui ex david. et ex
ipsius xpi propinquitate descenderent.
Hec etiam egesippus per ordinem hiis verbis
refert Adhuc autem supererant quidam
de carnali eius [?] genere nepotes
iude. eius. qui secundum carnem pater
domini dicitur. quos quidam detulerunt
tamquam ex david stirpe venientes
hos quidam revocatus nomine [?]
sicut iussus fuerat. perducit ad domi
cianum cesarem Nam et ipse formi
dabat. de adventu xpi. sicut et in ini
tio herodes Interrogati ergo a domi
ciano si erant ex familia david. co
fessi sunt Tunc quesivit quibus po
ssessionibus. vel quantis facultatibus e
ssent prediti At illi responderunt
quod utrisque non amplius esset in bo
nis. novem milibus denariorum ex quibus

Dus singulis per media porcione de
bebatur Neque hoc sibi in pecunia sub
sistere. sed in estimacione terre. que eis
esset in xl. minus uno iugerum consti
tuta per quam suis eam manibus ex
colentes vel ipsi alerentur. vel tribu
ta dependerent Simul et testes rura
les et durum operis manus labore
rigidas et calle obduratas proferebant
Interrogati vero de xpo. quale sit
regnum eius. vel quis ipse. aut ubi
aut quando venturus videretur. quod non
hoc mundi regnum. neque hoc terre ei
designetur imperium. sed celeste ei per
angelorum ministeria perficietur Quando
scilicet adventus in gloria de vivis ac mor
tuis iudicabit et restituet unicuique
pro factis et meritis suis Ad hec do
micianus cum in eis. nichil criminis
invenisset. et vilitate eorum quam
maxime contempneret. abire eos li
beros iussit Hec illi ex quibus
patet quod non ex mansuetudine. que
decet principem. sed fastu imperio a non
nullis fidelium crudelitatis sue cessi
bant rabiem Si ergo ad tantam pau
citatem et paupertatem genus rega
le deductum est. ut regnante domici
ano de stirpe david. nisi duo potu
erint inveniri. quibus sibi in carne
et sanguine propagatis perpetuitatem
ec conceditur Et quia ecclesiam dei [?]
et totum imperium laceravit domicianus.
eodem ipse dei rectis iudicio et ipse
laceratus est. Cuius cadaver popularis sra
sandapila per vispiliones expor
tatum. atque ignominiosissime sepul
tum est. Successor eius Nerva. Omnia
acta eius revocavit in irritum
et ascriptus principibus non tira
nis. morte confectus die obiit.
traiano adoptato in regnum Cui
tanta moderacione successit. ut
sicut augustus felicissimus. ita et
iste imperatorum optimus. dictissi=

minuit inmemor caritatis. Sed nemo
est qui in deum se fateatur insurgere. Insurgunt
tamen plurimi. Et iam ista pala-
sunt (?) Quibus ut antiochus sanctifica-
tionem tuam superbia et hoc quidem faciunt
multi Ozias quem licet reverendissima -
lis iustum in multis fuisse commemorat
aut mortuo zacharia sacerdote qui
cognomine fuit intelligens ordinem
sacerdotalem non tam pie quam au-
dacter inuasit et reclamantibus leui-
tis. Nouerat enim ozias rex et non sacer-
dos audire contempsit. Statim lepra
partem illam corporis eius inuasit quam
sacerdos ex lege auri tegebat la-
mina ut cum in speciem pecuniarum
facies eius ignominia repleretur.
Rex quidem notus est et eorum regibus
et eo maxime quod anno mortis eius
natus est romulus a quo gens est ro-
manorum. Imitantur plurimi ozi-
am sacerdotalia presumentes sed lepram
eius pauci (?) ipsi erubescunt. Plures
tamen sequuntur antiochum qui non
tam deuotione ut offerat vice sacerdo-
tis sed ingreditur sed ut deleat.
Siquidem est in templo domini sedem eiusdem
antiochus desolationis et abhomina-
tionis idolum fabricasset libros legis
dei combussit igni et sciedit eos et apud
quemcumque inueniebantur libri testa-
menti domini et quicumque obseruabant legem
dei secundum edictum regis antiochi tru-
cidabant enim vidi temporibus meis
nonnullos sacerdotali se ministerio officio
et humeros temerarie supponentes ut
archam precipitarent ab humeris leui-
tarum loci immemores qui in puluere
dierum diuitibus ore percussio. Alios vidi
qui libros legis deputant igni nec
sanctis (?) uerentur si in manu eorum
una peruenerat. Aut carnales tem-
pore regis Stephani a regno iusse
sunt leges romane quas in britan-
niam domus venerabilis patris theo-
baldi Britanniarum primatis asciue-
rat. Ne quis etiam libros retineret
edicto regio prohibitum est et uaccario
nostro indictum silentium. Sed deo faciente
eo magis virtus legis inualuit quo
eam amplius nitebatur impietas
infirmare. Cuius autem in tot nullius
regnare affectantium esse uult similis
gedeon. Habeat quis legem sibi uult
domari et populo omnibus tamen unum
illud debet sufficere quod gedeon a subdi-
tis petiit id est si solas ex preda sibi conse-
quatur inaures. Si enim que lex lo-
quitur iudicare audierit et ei
obediens populus adquiescat ut non
sit iniquitas et contradictio in uni-
tate et populo cui preest debet profecto
sufficere presidenti.

[S]ed esto ut his liceat qui carna-
les sunt contendere de primatu in-
23 res ecclesiasticas hoc usque quaque arbitror
esse illicitum. Carnalium tamen exem-
plo sub ymagine religionis obre-
pit impietas et iam non uno contendit
pro sacerdotio sed pugnat. Antiqui
quondam trahebantur inuiti et
primi ad martirium primas kathedras
cathedre periis (?) et vice fugiebant. Contra-
riam palam loquuntur sacerdotes et
publicum nullum dicunt. Nolunt quidem
unt inuicem esse sed secundum diuinum preceptum
gloriam non dantes alteri compertam quia

et inseabilis vox in ore sacerdotis. quod
xpum sit agnoscit. fuit se nolle eum
sequi. palam confiteatur. Dubitari
poterit. an verius moratur confessor
qui persecutorem. si opus fuerit non ex
pectat. dit cum capiatur. ex opus si timet:
actum est de eo. Si liceat timere. non stans
in necessitate. illicitum est et fugientibus
Cinutilis insanus est. Est tamen in quo videre
constanciam martirum imitari. si pro
cathedra si fuit certandum. fertur ab
busdam. et verum est quod super romano
pontificatu. ab ambitiosis quibusque primo
sepe litigatum. et non sine sanguine se
no sed scelerum. ingressus sit pontifex
Concitata sunt etiam. bella plusquam
civilia. et cesarem et pompeium. et
quos philippus. leucade nutine in egi
pto hyspanie presumptum est. quicquid
impie gestum: pugna sacerdotalis ab
solvit Numquid xpiani sanguinis pro
curant effusionem. ut eis preterea
liceat. pro grege. quod pastores est ani
mas ponere Numquid certam dirimunt.
presumunt sed. ut sit. quod edificari. et
C sanctificari oporteat Concuciunt po
pulos. regna sollicitant. ecclesiarum
diripiunt facultates. forte ut sibi fa
ciant materiam providendi. ut compo
nant omnia. ut pauperibus misereri
et providendi. aliis concurrentibus. ne
cessitatem preripiant Si cum ut plura
sibi impune liceant. si ut pecunias
congregent. si ut carnem et sanguinem
foveant. dilatent. et corrumpant. sint
familias nobilitent. si denique. ut
gloriam suam querant. in clero dican
tur non forma facti gregis ex ani
mo. licet labiis. et simulacione officii.
pastorem induant. tirannus quam prin
C cipibus facilius accedunt Dicat philo.
et verum arbitror. nichil in rebus
humanis. utilius homine. et in ipsis
hominibus. principe ecclesiastico. ulti
mo. nemo utilior E diverso. nichil

homini perniciosius homine. et in ipsis hominibus
et in eis. tirannus secularis. aut ecclesiasti
cus perniciosior est Sed profecto in utroque
genere secularem. ecclesiasticus antecedit
Sal cum infatuatum. ad nichil omnino va
let: nisi ut proiciatur foras. et concul
cetur ab hominibus Porro usque ad con
solus sunt. morte quam timeri. auri nesciat
amor. perdunt discrimine nullo amisse le
ges. vilissima rerum. clamat monstrum
C opes. Ergo fundatur unitas. integritas.
scindatur. sinceritas corrumpatur. ma
culetur et sanctitas: iudicii nomen indi
cium celebretur. et principes eius. qui in
passione xpi. electus est: vendicans
scandala spargit. ut beatus sit qui non
capitur tendiculis eius. Tanto re
nonorum proventu scelerum. quorum
alter imperet orbi Ipso tanti fiunt
civilia bella movere. ut veniat karissi
ma eminendi viam. docuit xpus quod
discipulos suos. regibus gencium no
luit conformari. ut dicuntur in subditos
et qui potestatem potestatem exercent. Benefici
dicantur. sed qui maior est. sponte mi
noretur. et solum pectore. integre te
vibus. et contencione remota. sibi re
C dicet officium ministrandi At isti aliam pre
tulerunt. ascendentes ex adverso summum.
et ministrandi humilitate reiecta: appe
tunt. pro regibus gencium dicari Nec
dubium. quin frigescente immo extincta
caritate: sedem suam. et ipsi ponant
ad aquilonem Si quidem productos
ordere pares Utinam secuti essent. qui
ca viderunt tempora. consilium bruti.
a quo cum imminente bello civili. cato-
C nis audit auctoritas Deseruerat
cum. manus suas. ab armis continue
civilibus quibus exinde quisque liberarior.
et fortunis ministretur. tanto iniquior
et immanior est Aut ergo Nunc neque
pompeium brutum. nec cesaris hoste. pro
bellum victores habes Si ergo sapiant
hii. pro quorum dico scismatici litigant-
eos solos contere paciantur alterutri
metuant exitum. fere incerti. quis victor
futurus sit utrique exitia. quod generalis ruina

Victis immineat. nulla manus belli mu-
tato iudice pura est Nam et victrix
causa deo placuit. sed victa catoni.
Gaudeat plane neuter cum alter solus
vicerit sed superiori letetur gaudio.
¶ Si interit vterque vel neuter Conve-
niant ergo si placet in insula lica
onia. aut alio. siquis tamen locus
bellis. sive duellis est aptior. nam
antiqui teste quintiliano bellos dice-
bant. quos modo duellos appellamus.
et sine orbis. et urbis periculo. vin-
cat alteruter duellorum. quem deus
sibi approbaverit. aut victorem esse permise-
rit Victus quoque. si ad victori pla-
ceat. detrudatur in tiblim. aut si
cum eo mitius agendum videtur. re-
trudatur in caveam Cui cum abbas
loci claustrum primo carcerem aperuerit
protestetur. sermo illud. ei qui dapnatus
pepercisse. sed victo Siquidem nulla fides.
¶ Cumque miseros elegit amicos. Cum-
que vicerit. et qui violentior fuerit.
in liparam. aliam ve insulam. exul
perpetuus deportetur. ad marmora
secanda. aut ad metalla dampnetur
faciens cum sismaticis. quos inquinat
equat. nisi quod peiorem qui fortior. et
qui ferocior. idem et iniquior est.
¶ Quid pernitiosius. aut odibilius bello
civili Nichil plane. preter rabiem
scismaticorum. aut hereticam pestem
Quorum vtrum perniciosius sit. non facile
dixerim. Si tamen in hiis unus est. ut
¶ alterum vite segregetur ab alto. Ce-
ssabunt plane bella civilia. si presu-
promi. desit tercius adiutor Nec
est qui terminos. possit urgere ad fundere.
nisi eos aliquatenus ipsa delectet insania
Utique unitas confirmandi. aut nulla
omnino. aut ut nullum imaginaria
est. Hec quoque per multis. maximisque
periculis patet quorum nemo. satis
declinat eventum. nisi prevaleat facu-
ltatem Sermonis hoc poeta gravi-
ssimus. aut si iuxta quintilianum. vereri

Dicere malueris oratorem nolle pugno-
dum constet. precavenda esse etiam. que
possint evenire pericula. et unum stare
ab uno quolibet cogi non posse. ut sce-
¶ leri obsequatur iniquita. Aut cum dicit
quis nullo maculatus sanguine mi-
les. que potuit fecisse timet Quid pe-
ctora pulsas Quid vesane gemis
Quid fletus fundis inanes Recte
sponte tua. sceleri parvi fateris.
Usque adeo ne times. que tu facis
esse timendum Classica dat bello. di-
vos tu neglige tantum Signa secat-
cessa Iamque civilis erimus. concedat
et cesar generum privatus amabit.
Dat sic. si ecclesia dei. erigatur in ipsius
libertatem. si misterium sceleris subire
detractat. aut omnio sismata sopie-
tur. aut manente compage unitatis.
soli inter se. sismatici dimicabunt
¶ Interim contineat ecclesia manus
suas cum gladius petri. qui sanguine.
carnali sitiebat affectu. mandato
domini. ad presens tegitur in vagina. et
discipuli. eradicare zizania properantes
prepimitur messores. anglos expectare
Oret unitatis integritas. ut in se colli-
gat dissidentes lapis inscissus. in quo
fundatur ecclesia. quem sismatica repro-
bant. qui fecit vtraque unum. et ve-
stem suam. in sortem fidelium. integram
esse malunt quam scindi Oret iniquitas.
ne deficiat fides et cam expetantes
in cribro sathanas non disperdat. Conve-
¶ niat et tertium Oret patrem. que cat-
patrem. et persequatur etiam fugientem
Meminerit eius. qui cum posset producere
plusquam xii. legiones angelorum. ex-
altatus in cruce. omnia ad que sunt
ipsa cum consummatio. adeo meruit
exaltari. ut ad gloriam eius. flectatur
omne genu Scismaticos nocentes
accipiunt sed consentientes nistos: no-
centes faciunt bella sacerdotalia.
¶ Quiescant ergo stantes a longe cum

petro. ut videant finem. recollant illud
ethnicum Si celicolis furor arma de
disset. aut si tergere temptaret astra
gigantes. non tamen audet. pietas quam a
vel armis vel votis prodesse ioui. Hoc
quidem videtur esse servandum in his.
ubi quis iustus induit arma sine
¶ nefas. Nam si hereticus scismaticus ve
catholicus impugnat. assistere utilitati
pium est. et romano pontifici devoti
ssime famulari. Hec quidem non innocue
vit. nam scismaticus. se catholicum esse
sepe mentitur. Cuius enim presumet sinum
iudicare pontificem. cum ea dei solius
reservatur examini. utique quisquis
hoc attemptaverit. laborare quidem.
sed proficere nequaquam potest. Nec adnu
quem nomine pontificatus arto. habeatur
pro pontifex: cuiuscumque canonica processit
electio. Jonas ut naufragium tolleret.
naufragium fecit: maluit quod perire solus:
quam alios involuere. periculis suis nec
tamen regende navis curam susceperat
Salomon. ab eo matrum quiunt affec
tum: quod interfectum metuens calumpnie. fi
¶ lium cedere maluit: quam perire. At isti pu
ditari malunt ecclesiam et scindi: quam
honorem non usurpare: et innocenti
matri ecclesie. non inferre calumpniam
Hec est inquit mater eius: quam ex di
lectione refugit sectionem. Contra hec
pugnans est: qui sic rimatur viscera
¶ matris. Quot et quantos tumultus. et
strages. dedit illa collisio quam filius
petri leonis. adversus innocentium bone
memorie. quondam predecessorem. dominum adri
ani. cuius vitam. et felicitatem. misericordia
eum perturbavit. dum conatus est ab aquilone
ascendere. Nove et stellarum ponere sedem
traxit ruina eius. Cuius vestit egi
dium tusculanum. Cuius petrum pisanum.
Cui nullus. aut vix similis. alter
erat in curia. Cuius retrusa sacerdotum epi
scopos. qui in tota fere ytalia con

meruit. Profecto dum ruine illius extabit
etate nostra memoria. incredibile est:
quemquam: adeo misere ambitiosum esse: ut
caligam scindere non formidet. Neminem
ita stupidum esse credo. qui non malit
se deleri. quam ut pro eo tanta fiat turbatio
¶ Si delictis nostris. exigentibus armisticum
istorum. quisquam ascendit. sedem petri et
ad gubernaculum eius dum indignite
accesserit: plane naufragium. non in
mito fuerit. cum et petrus vocatus a do
mino. ad validiorem fluctus ventum. cepit
mergi. et navis que diu habebat
victoriam. de salute desperet: donec christus
Dormiens fratribus excitetur. Utique qui mi
sere ascendit ratatur miserius. et
miserrime deicietur. nec letos habent
exitus: que malo sunt inchoata prin
cipio Discordia etissimum iniquitatis
et destitus indicium est Siquidem mundana
rerum discordia turbat. parem fama te
nent Pheton in fabulis. Dum paternos
currus affectat. incendit orbem. et
tandem misericordia dei. et ipse successor
corruit preceps. ceu disiecto Tunc
ipse diem. sine sole ferunt. et dum flagrat
ecclesia succensa scismate. prius videtur
¶ abesse. Ycarus quoque dum elatus nimi
mis: levitate. fertur in celum. marinis
fluctibus mergitur. Deiectus enim est: dum
allevaretur: Subiectio siquidem improba
gravioris ruine preparatio est. Cuius autem
eo iniquior. qui misterium pacis sa
crificandi officium. in vipas mittit. et
¶ carnificam. Quorsum queso tanta i
maniitas. Numquid ad vitam: sed corpo
finis initus eam ad gloriam. Sed gloria
eorum in confusione est. Eam ad volup
tatem. Ergo et eorum deus venter est.
Eam ut nobilitentur. in carne et san
guine. Sed caro et sanguis. regnum dei
non possidebunt. Nam adversus
carnales. non ergo. sed hec gravio
ra his. apostolica intonat tuba. Quorum
inquit finis interitus. Quorum deus venter
est. et gloria in confusione eorum.

Pheton
Icarus

qui terrena sapiunt. Si ut suam expleant
voluptatem. alijs dicentes quod tirannicum
est eis nichil minus conveniet Tiranno
siquidem. nichil tutum est aut quietum In-
terroga damoclem. et se hoc a tiranno
sicilie. didicisse fatebitur. cum ei vendi
quod in ardentes prunas. ruina imminet.
ad primum nutum et quasi tenuissimo licio.
dependens gladius. inter regales de
licias. et tanti illius similis ferventi
Circumiret hoc idem apud claudianum
asserit theodosius. Aut enim Qui terret
plus ipse timet. sors ista tirannis. con
venit invideant claris. fortes quod tru-
cident muniti gladijs vivant. septique
venenis. ancipites habeant arces.
trepidique minentur Tu civem patremque
geras tu consule cunctis. Non tibi. nec
tua te moveant. sed publica vota:
Erubesce sidon ait mare. quia iam
carnalis loquitur. que vix spiritualis
audire non potest Si enim audirent sa
cerdotes. vocem hanc. nequaquam
pro tela pro hostes currerent. ut primas ca
thedras occuparent Sed licet omnibus
summi pontificatus apicem se deferat.
quantum salva religione licet. fugien-
dum. quod suscipiendum arbitror sapienti
Ut enim ex conscientia verum loquar.
illius laboriosissima et quantum ad statum.
presentis seculi pertinet. miserrima videtur
esse condicio Si enim avaricie servit.
mors ei est Si vero aut. non effugiet ma-
nus et linguas romanorum Nisi
enim habeat unde obstruat. ora eorum.
manusque cohibeat ad convicia. ad
flagicia. et sacrilegia perpetranda. au
res oculos. claudet et animum Tria
quidem sunt. que preter etiam pru
dentiam omne iudicium subvertunt. amor
munerum. acceptio personarum. felici
tas ascendendi Nam ad ista moveri.
et iusticiam dispensare: nullus hominum
potest Ergo et ab hijs immunem roma-
num. necesse est esse pontificem. qui
omnem cohercere debet excessus. Si credit
munera. quibus beneficia confert in
invitum Quid largitur est ei qui
non accipit. Aut quo Si non largitur
placabit romanos Si personas eorum
non accipit. quo subsistet ante fa
ciem eorum Vix enim causam incon-
cussam potuit pensione sacerdotalem.
qui eos. in consilijs omnibus. admi
ttere compellatur Quid quod cogitur
dampnare simoniam. munera et re
tribuciones Si ea sequitur. nonne
scriptum propria voce condempnat Si id
summa potentia. minima licentia est.
profecto: qui legibus preest: nulli
subicitur. ab illicitis arcius coer
tatur Ergo et romano pontifici
minimum [illegible]. quo plurimum licet
Quid ponderosius est. sollicitudine
omnium ecclesiarum: apostolicum privilegium:
transit ad successores et plane. pars
privilegij est: quam apostolus ad corinthi
os loquitur Quis infirmatur
et ego non infirmor Quis scanda
lisatur. et ego non uror. Si totum
non multum revolue. ut istud vendi
cet. qui de primatu contendit. et
ut puto cito faciet locum Preterea
qui romanus pontifex est. eundem
pro condicione ecclesie. que iuncta est Non
equidem incompatibile ad gloriam
ut quidam opinatur. sed substantie
ut potestate. qui servus dei servuret. Cui
iuncti Omnis enim persona. deo servit
et dispensatrix est clemencie. vel
iusticie sue. Servit angelus. servit
homo. serviunt boni. serviunt mali.
et ipse princeps mundi dyabolus servit
Ergo et romani serviunt deo. et hi
vani quibus romanum. necesse est. servi
re pontificem Adeo quidem ut nisi servie
rit: aut expontifice aut exroma
num. esse necesse sit. Quis enim ergo
servum servorum esse ambigit dominum

adrianus . cuius temporis felicia faciat
deus . huius rei testem inuoco . quia
romano pontifice . nemo miserabilior
est . condicione eius nulla miserior
Et licet nichil aliud ledat . necesse
est . ut citissime . vel solo labore deficiat
fatetur eum . in ea sede . se tantas mise
rias inuenisse . ut facta collatione pre
cedentium ; tota preterita amaritudo . iocunditas .
et vita felicissima fuerit . Spinosam
dicit . cathedram romani pontificis .
tamen acutissimis . usque quaque consertam
aculeis : tantique mole . ut robu
stissimos premat . terat . et comminuat .
humeros . Coronam et frisium . clara
merito videri . quia ignea sunt . Se que
numquam a natali solo anglie malle
exisse . aut in claustro . beati ruffi perpe
tuo latuisse dicit . quam tantas . nisi
quia diuine dispensacioni relucta
ri non audet . intrasse angustias :
Quod super est . ipsum interroga . et crede
experto . hoc etiam michi sepissime
adiecit : quod cum de gradu in gradum
a claustrali clerico . per omnia officia
in pontificem summum ascenderet . nichil
umquam felicitatis : aut tranquillitatis qui
etis . vite priori adiectum est : ab ascen
su . et ut verbis eius utar . nichil
enim . cum prius fuerit . sui gradus . multum apud
se . abscondisse esse . ab oculis meis .
et incude inquit . et malleo . semper
dilatauit me dominus . Sed nunc oneri
quod infirmitati mee imposuit . si placet
supponat dexteram . quoniam michi importa
bile est . Nonne ergo miseria dignis
simus est : qui pro tanta pugnat mi
seria : Hic sane ditissimus qui eligitur .
sequenti die . pauper erit : et infini
tis se creditoribus tenebitur obli
gatum . Quid ergo erit ei . quem il
la vocat electio . sed repugnante
in membris Christo : ambitio cecata .

et cruenta . non sine sanguine fratris
intrudit . hoc quidem est . romulo fratre
de in parricidium : non petro incom
missi dispensatione ouilis .

Ist dissimulet contentiosus quod tamen 29
dissimulari ratio non permittit : ex
superioribus luce clarius liquet epi
cureos numquam assequi : quod sum
mum ad tranquillam asserunt vitam .
et libidine explendam prosequuntur . immo
desperant . nemo enim . quod male libet .
potest sapienter implere . hoc per ista ba
bilonis fluenta : nullus assequitur
Illorum quoque epicureorum nomine . cen
sendos arbitror . qui suam volunt in
omnibus impleri voluntatem . Nam cum
rex libidini premitur in voluptate tra
sit affectus . Si affectui . effectus non pare
at : quo magis urit : torquet magis .
sitis . sit libido in voluntate . Aliquan
tum tamen velle quod potest . iocundum est .
et fructuosum . si forte effusas . et suam
ingustiam . laboriosum tamen . Quidem ita
quod epicureis plenus est eo . quod in tanta
multitudine hominum . pauci sunt . qui
non famulentur libidini . et corrupte
voluntati . Sed laboriose voluntatis vexil
lo non impliciti : aut nulli : aut pauco
rum sunt . De loco voluptatis : expulsus
est homo . ex quo libido preualuit . cor
rupta iocunda . et tranquilla . frui non
potest . cui cepit libido dominari . Ma
luit facere quod libuit . quam quod iussus est .
et proiectus in locum miserie . in terram
laborum missus est : ut ei . et ferenti pro
terra spinas . et tribulos germinet . et in
sudore vultus . comedat panem suum .
qui in rectitudine voluntatis obedi
ens sine difficultate . et labore . ple
nam poterat . habere voluptatem .
siquidem adiutorium et voluptatem .
parata inueniebat omnia . Voluptas autem .
sicut hiis placet qui curiosius scru
tantur verborum originem . dicitur a
volendo . et sudor eius . laborem . et
angustias indicat . corrupte vo
luntatis . Si ergo sudatur in eo

qui confirmat cor hominis. et eciam in sumen-
do: quod letificat: quid est. quod sine labore sibi
natura mortalis. credat indultum In-
sibi dictum recolit. quod mater om-
nium peccatrici. sentencia creatoris
intorsit. Parit ergo in dolore filios
viventium. que sine labore: parit sobole
viciorum. Natura namque peccatis ad malum
prona est et corrupta ab adolescencia
sua. que etas origini inclinatur Ut
sine labore et difficultate labi possit
ad mala. Surgi ad bona. sine labore
et erecta sine difficultate et gracia:
Christi non possit. Parit namque vicia. fi-
lias. virtutes non filios. sine dolore sed procul
dubio addolorem filios in dolore sed
plane ad gaudium non dolorem. Ergo
concupiscentis versatur in dolore. quoniam vi-
ta filios parit. aut filias. et semper
presentes. aut futuras. ingemiscit angu-
stias. Nam aut ut cetera taceam.
presentibus non letatur. aut si certus non
est: diu certum metuit exitum: ea tamque
abeuncia et fugiencia deplorat. Les-
ctem stare negatum est: nisi quibus lete-
in illis. que beatum faciunt aut ad
perpetuam perficiunt vitam. Preterea namque
mundus hic et omnia desiderabilia eius
Quantumlibet blandiatur incautis et dul-
ces fallacie sue: proponet illecebras.
novissima eius. quoniam absinthio
amariora sunt. Et quia vacuo presentem
statum eius. imperfectum esse. usque quaque
convincit. nescio. quid solidum. semper pol-
licetur in posterum. ut in omnibus
amatoribus. et sequacibus suis. nec
unum ab initio duxerit ad perfectum: aut
voti compotem fecerit. Hinc est quod ava-
rus. in medijs opibus esurit. potens.
et presidens in summo fastigio suspirat. in
profundo luxu. voluptuosus. gaudijs
defectus angit. et fame pertus et glorie
in toto timore. manibus glorie viles-
cit. Cui ista non patent. nimium cecus
est. cum vix quisque eorum. qui versantur
in hijs. sibi quod appetit. deesse fateatur
Sunt tamen. quorum oculos. ita perstrin-
xerit malicia. ut que per se lucent. ne-

queant intueri Si oculis capti talpe
lucis beneficium non agnoscunt: et in va-
tis gaudentes tenebris: oderunt aerem
puriorem. nec vivere querunt si dimiss
arceantur ab humo. et latebris suis:
Horum talparum gerunt ymaginem:
qui semper in humo versantur. quorum tota
conversatio. in terra deprimitur. ut nichil
altum sapiant. nil divinum Sed nec hu-
manum quidem. cuius est. cum cetera
animalia. prona serventur in terram: ce-
lum. et que celestia sunt erecta digni-
tate. corporis et animi. contemplari
Hij non suo. sed talpe quodam: nature
vicio deprimuntur Profecto deterior est
quem culpa maculat: eo qui nature
laborat improperio Nec credas aliud sapere
qui nature consortes. non tam virtute
quam vicijs volunt preire Sed quid. in gre-
ge isto talparum. cerno ceteratem.
nisi quod aliorum forus esse videtur Ab
eo namque statuerint. cumuli viciorum.
ut quasi in corpore uno. videas co-
fluxisse. impacienciam leonis. sevicia
tigridis. gulam lupi. varietatem
pardi. fraudes vulpis. tenacitatem
arpie. immundiciam suis. petulanciam
hirci: superbiam equi. stoliditatem asini.
obstinaciam muli. toxicum hidre. nigre-
dinem corvi. et quicquid aliud. pestilens
infundere potuit homini teterrima
Creatura Nam ab eo. omnis ab humo-
moda perfluxerunt. dum boni et mali
sciam. et similitudinem dei promittit
per rapinam Exinde inclinata est ad
malum natura hominis. cuius. quasi
quedam infancia. processit innocens.
dum a colloquijs presentibus. et per
versis abstinuit. Sicut homo: et ma-
sit innocens. Inmisso sopore obdor-
mivit innocens: dum a colloquijs
presentibus. et perversis abstinuit corpo-
gestibus. et agnoscens adiutorium simile
quod ei fabricaverat deus. innocenter
loquitur est magnali dei Sed exquo
factus verbosior. per hostium curiositatis
eductus: excepit cum temptatore. verbi
commercium. quasi ab infancia. adole-

sceris concepto calore intumuit et
prevaricatus mandatum. cum custo-
dia ad gloriam fuerat profutura: corruptus
est: ut exponit mutabili et inuincibi-
li lege condicionis iniuste. sibi u-
nio velud cetur. carnis et spiritus ut
nulla racione componi possunt:
nisi illius gracia intercedat. qui fe-
cit utraque unum. et carnem in electorum
C fine faciat a spiritu absorberi. Si vero
gentilium, uti licet ypano. qui solis
electis diuinum. et deo placentes per in
habitantem graciam esse credit ingeni-
um. et si nec verba. nec sensus:
tradam gentilium: fugiendos dum
modo vitentur errores hoc ipsum
diuina prudencia. in eneide sua:
sub inuolucro fictorum commenti immi-
sse visus est maro. dum sex etatum
gradus. sex librorum distinctionibus
prudenter exposuit Cuiusque condicionis
humane. dum odisse. amicatur ortum.
expressum visus est et processum. ipsum quod
quem educit et producit. perducit et
C deducit. ad manes Nam eneas. qui
ibi fingitur. animus sit dictus. corpus
est corporis habitator: ennos. ut gre-
cis placet habitator est. demas as
corpus. et ab hiis componitur eneas
ut significet animam. quam carnis tugu-
rio habitantem. sit enim neptunum
ethnossigeum. eo quod [illegible] inhabitet.
1 Primus itaque liber eneidos. sub ymagi-
ne naufragii. manifestat infancie
que suis procellis agitatur. exponit
turpiones. et in sinu suo. habundan-
cia cibi et potus adulta. prosilit ad
leticiam conuiualem. Secundus continuo ergo
2 adolescencie. procedunt colloquiorum
commercia. et eorum intempies. aut
fabulas narrat. aut veris falsa
premiscet. eo quod multiloquio: peccata de-
C esse non possunt Porro tercius va-
3 rios iuventutis eventus: quam suos
canit errores. eo quod illa etas fere
solos nouit errores Siquidem ut
ait ethicus: imberbis iuuenis: quam
suos canit tandem custode remoto

gaudet equis canibusque. et aprica gramine
campi cereus in vicium flecti monitoribus
asper. utilium tardus prouisor. prodigus
eris. Prima ergo etas iuuentutis dedita cu-
stodiam habet tercia quo liberior: eo fa-
cilius errat. non diuinitus. procedit ad c-
C uia Quartus illicitos amores con- 4
citat. et ignem impudenter conce-
ptum in pectore: ad amatos infelicem
perducit rogum Nam cum in inuentu esse
fatalem beatitudinem esse. sub typo mer-
curii racio persuadet. docet quod illud quod
dum fuerat paruulus. sapiebat ut paruulus.
loquebatur ut paruulus. fuga vere fraga-
biliter apprehensa: euacuat que erant
paruuli Unde ut ad memoriam ethicum
vacans concessis studiis. etas animusque
virilis. querit opes et amicicias. in-
seruit honori. commisisse cauet quod
mox mutare laboret Ergo et virilis
etas. puerilia et iuuenilia erubescit.
et si a prisca voluptate. et immundo a-
more. nauigii sui. solus non potest
anchoram: precidit et funem Sic
et paraclyte prudens filius: pallium
reliquit adultere. ne adulterii crimine
C inuoluatur Quintus maturitatem viri- 5
lem promit. et etatem depingit vi-
cinam senectuti. primo que ipsam iam
ingrediatur senectute Nam et patrum
honores recolit. maiorum memoriam
veneratur. et quam ad tumulum anchi-
se sollempnes celebrat ludos: in hiis
ipsis. exsilii sui miseriam recognoscit.
Dum vero hinc egreditur. transit ad 6
sextum. et amissis palinuro et miseno
duce scilicet nauigii. dormitante. et te-
merario prelii intentore. cum iam
frigescat affectus. viresque deficiant.
non tam senectutem sentit. quam senium.
et velud velut quedam descensum ad
inferos ubi quam rebus inutiliter
gestis: totius ante acte vite. recog-
noscat errores. et discat alia via
incedendum esse. hiis qui volunt. ad
dulces lauinie complexus. et fata-
le regnum italie. quam quandam arcem
C beatitudinis peruenire Constat enim

apud eos: qui mictom. diligencius per
scrutantur auctorum. maiorem gentie
doctus uires declarasse dum curiositate
figmenti poetici profite vitatis involuit
archana. Licet autem de prima corru-
ptione specialiter dictum sit. pt. et de sin-
gulis. manifesta racione monstrari
genes 8 queat natura hominis: ab adolescencia
sua prona est ad malum. ut ex quo
libero. licet depresso. ceperit uti arbi-
trio. per se cadat. sponte in culpam, et
inde nutu suo. preceps prolabatur in
penam. Surgi tamen nequaquam potest
ad bonum. nisi gracia dei supponat ma-
num suam. Patet est ergo epicureorum
via. et haut dubiam ducat ad mor-
tem. per pericula tamen per errores. per ama-
ritudines. et per omnimodas vanitates.
ut letum. et quietum. tranquille vite
statum. in ea nullus inveniat: vel
ad illud tandem ea ducente perveniat.
Nam ut beatitudo possideatur. non
vanis sed veris. insistendum est bonis.
Vana enim. cultorem suum perturbant.
in tenebras exteriores: ad fletum ocu-
lorum. stridorem dencium tumultum auri-
um: et varias pressuras et penarum
fervorem: apud quos nullus ordo: sed
sempiternus horror inhabitat.

Sentencie tamen non stoico calump-
niam. que beatitudinem esse diffi-
Beatitudo nit. letum semper et quietum. tranquille
vite statum. sed interpretacione sini-
stra. et viciosa execucione arbitror
infamatam. Adeo quidem. ut epi-
curei. sint plurimi. i. vani sectato-
res voluptatis: nomen hoc pauci
profiteantur. Erubescunt enim. dici quod
sunt. quoniam turpitudinem occultare ni-
tuntur nomine alieno. Quod non tam
boni esse cupiunt: quam videri. Sic vero
diffinitioni. fidelis detur interpres.
et sentencie commodus executor. qui
manum apponat operi. i. qui faciat quod

loquetur. nichil verius et rectius apud
stoicum et peripateticum esse conviciens.
quos ad te locando. grandis vie com-
pendio. cum properes introducam.
Et tu nullam eo quo epicurei diffini-
cio tendit: viam putes. cum tibi in
calce libri. quam in fine vie. commo-
dior apparet. Est autem ardua. et ar-
ta plana tamen et recta. diligentibus
deum. quo ducente. docente. et sub-
vehente. non offendit quis. ad lapi-
dem pedem suum. Ipse namque. lapis
offensionis. et petra scandali gra-
dientes in se. quos accipit. erigit:
et corroborat. ut humiliati in se. in
eo stantes. audacter. et libere proce-
dunt. quia omnia. in eo possumus. qui nos
confortat. Via siquidem hec virtus est.
duobus invicta. et artata limitibus.
cognicione scilicet et exercicio boni. Nosse
namque bonum. et non facere. meritum damp-
nationis est: non via beatitudinis.
Quicunque hanc viam ingrediatur.
qui in immo sit: et non in via conculcata
varietate viarum ignotarum: adversa
et peiora: tunc oculi languerunt
pre inopia. et se cum desinunt quibus
eam declinam indicis. ut ad celestis intelli-
tatis. et gaudii. perveniam quod promittis
Est inquam via sublimis. celo manife-
sta scilicet lactea nomen habet. Sciua
tibi celum. ut videtur. per indignacionem.
oculus anime tue. et facile lacteam
hanc. agnoscens viam redi ad te:
patetum suscipe monumenta. et ibi intuere
diligenter. ubi anima deflexerit gres-
sum. et ubi ceciderit in errore. Recto-
lo autem nos aberrasse ibi primum in
impulsus. et elusus est homo. ut
caderet prevaricatione mandati: quando
abiectitium adiectitium: sciencie lignum.
suadente diablo. temerariam. et in-
cautam manum extendit. Et abinde
cum petum: accepta occasione per

Boheus 3 pro. 2. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.
Augustinus. Beatus est qui omnia que optat possidet.

Cap. 1. Cicero ... apud ... fecit ... horum ...
Cap. 2. Iuvencus ... mors intrat ...

~~Prosperitas~~ quid ... est ...
~~et nichil ...~~
Beatitudo ~~...~~ quid ... nichil ... velit ...

Ei quod ... eius ... eius ...
Nomina ... monumenta ...

Quidem. Nitimur in vetitum semper cupimusque negata
li 3 [?]

mandatum. seduxit me. et per illud occi-
dit. Ipsum namque mandatum. operatum est
in me omnem concupiscentiam. quia semper
nitimur in vetitum. et quod non licet acrius u-
rit. Ad arborem sciencie manum ex-
tendit. gulam implevit. et contra pre-
missum. fallacis inimici. et seductus mul[?]
dictum veritatis dei. obtenebratus est
homo. et in esuriem prostratus sedens
feriens eum morte: et pactum faciens
cum inferno. Boni tamen et mali sciens
factus est per experienciam. et multiplici
miserie. locum fecit in se. Ergo a ligno
sciencie. dum prohibitus illud ascendit.
a vitas[?] vita cedit. et demanet homo.
nec revertetur ad vitam: nisi ad arbo-
rem sciencie redeat. et inde veritatem
magnitudine. virtute inope. vitam in
iocunditate inveniat. Laboret itaque
animum exerceat. ut discernat inter
bonum et malum. et in ipsis bonis aut
malis. quid cui preponderet. agnoscat
Fugiat deinde. careat sollicitudine. ne
partem suam. faciat deteriorem: sed to-
to conatu. mentis et corporis. pro eli-
gendis inserviat. Ipse quoque labor
dulcescat sibi. et totam amaritudinem
rerum putet. ut ait beatus Gregorius: spe
temperet futurorum. Nam et propheta. die
noctuque. sub expectatione. dei sui.
cibatur lacrimis. et sic lugentibus.
veritas ipsa: que nec fallit. nec
fallitur: veram beatitudinem repromisit.
Licet vetatur quis. ad arborem sciencie
boni et mali: manum extendere.
prime prohibicionis exemplo. quia
expulerit et erroneum imitantem
ille qui docet hominem scienciam.
et mota promissionem prophetarum ignaro
indicat. quid sit bonum. In ar-
bore sciencie. quia quedam virtutis
ramus nascitur. ex quo tota vita
perfectius hominis conservatur. Neque
enim ad genitorem vite deus deum scilicet
alter redit. nisi qui virtutis ramum
expansum[?]. de ligno sciencie. protendit.

Sed quis cito avellet ramum. cum ulteriorem[?]
arborem. i. quid fieri oporteat: perpauci
noverunt. Nusquam ramus facile inno-
tescit ubi plenitudine desipiencium:
et male agencium ipsa arbor occulitur.
Hoc ipsum forte sensit. et maro. quod licet
veritatis esset ignarus. et in tenebris
gencium ambularet: ad elisios cam-
pos felicium. et cari genitoris conspectum
eneam admittendum esse. non credidit
nisi docente sibilla. que quasi theobole
consilium sonans[?]. vel sapiencia dei inter-
pretatur: ramum hunc proserpine:
que proserpentem. et erigentem se a
viciis. vitam innuit conservaret
Sic dicit ergo. Accipe que peragenda prius.
latet arbore opaca: aureus et foliis
et lento vimine ramus. Iunoni infer-
ne dictus sacer. hunc tegit omnis lucus.
et obscuris claudunt convallibus umbre
Sed non ante datur telluris operta
subire auricomos. quam quis decerpserit ab
arbore fetus. Hoc sibi pulcra suum
ferri proserpina munus instituit. primo
avulso. non deficit alter aureus.
et simili frondescit virga metallo
Plane quid penarum lateat in verbis
vel quid ex hiis possit exerceri[?]. solus
agnoscat: qui de arbore sciencie ra-
mum bone operacionis avellit: quia
quo amplius exercetur: eo magis
succrescit: et proficit. sciencie et
virtutes. Non tamen ceterorum Maro-
nis. aut gencium. insisto vestigiis:
ut credam quempiam. ad scienciam
aut virtutem. propriis arbitrii sui vi-
ribus pervenire. fateor graciam in elec-
tis operari et velle. et perficere. ipsam
veneror tanquam viam: ymmo,
ymmo revera viam. que sola ducit
ad vitam. et quemque boni voti com-
potem facit. Lactea hec est innocen-
tie manifesta candore: et alimento-
rum sedulitate nutricis explet offi-
cium. et sola perpetrat ad perfectum. Nam
sine ea proficit nullus. Clamat hec
in voce tube prevaricatoribus: ut

redeant ad cor: eisque ad arborem sa-
piencie. amoto gladio versatili: et fla-
meo. ducatum permittit in patria et
¶ ingressum. Plus dicam. ipsam ar-
borem. sapiencie. et lignum vite in quo
sunt. omnes sapiencie. et sciencie.
thezauri absconditi. et in quo habi-
tat. plenitudo diuinitatis. corporaliter
extraxit intissa tamen substancia. et produ-
xit. in terram peregrinacionis nostre:
et plantauit in medio ecclesie. ut ab
eo illustretur presciencia. roboretur
per virtutem. et exultet in misericor-
dia vberi. et gaudium eius. plenum
sit: gaudium a deo: gaudium quod nemo
tollat ab ipsa. Accedat ergo ad ar-
borem ducente gracia. quem abducente
concupiscencia deliquit in arbore. quia
salus mundi ab eadem pendita est in li-
gno: quia mors ante processit a li-
gno. Accedat tribus passibus. quibus
¶ tribus expedit. euari contraria. Et quia
non fuerat. hominem decepturus
temptator. nisi in mente eius. ela-
cio processisset. a timore incipiat. vt
humilietur: sub potenti manu dei.
qui exaltari desiderat in die visi-
tacionis. Abstineat a licitis. qui pre-
sumpsit illicita. et intendum con-
cupiscencie. ordinata mitiget ca-
ritate. Delectetur in his: videat
et nunc nunc: quia lignum pulchrum
est visu. et adnescendum suaue. et
fructum vere beatitudinis. et sempi-
ternum: tranquille vite statum dabit in
¶ tempore suo. Porro incidens ti-
mor. qui indilectionis reuerenciam
cadit: non nouit ociari: aut preceptam
sibi prauicam legem: sed timoris
foras mittit aculeos. et ex amore
facit bona. sponte sua. ad herens
iusticie. et quasi viribus obediencie
tum gracia. quodammodo violenter
nititur acquirere vitam: qui per
violenciam. ex leuitate arbitrii: in-
currit in morte. Timor innocen-
tiam parit iusticiam benefaciendi

mandatorum obediencia promouet.
rectoque calle. ad veram beatitudinem
¶ iustus perducitur. Nam et ipsa est. que
deduxit dominus. per vias rectas. dans
ei scienciam sanctorum. honestauit eum
in laboribus. et in omnibus compleuit
eum beatitudine. pro qua fideliter.
et utiliter laboratur. Possem dicere.
quia huc tendunt. tota lex et prophete.
omnesque scripture canonice. quia
tendunt ad filium: neque enim istud
ambiguum est: cum et infidelium
dogmata: nichil vtilitatis habeat.
nisi aliquid conferat beatitudinis.
sed his omissis. aut pocius permissis:
dico: quia hec sola sunt que sola pos-
sunt facere. et seruare beatum: cum ab alto.
iusticie ramo pendeat. ne cui no-
ceatur. ab alto. ut sibi quisque. et
aliis prosit. Vis tibi constare quod di-
¶ co. Vis ne beatus esse. Porro beatus
vir. qui timet dominum: potenciam
ne desideras. Nam nunc ipse. sed po-
tens in terra erit: et semen eius: an
fauorem sectaris: et laudes hominum:
Generacio rectorum benedicetur. An ad
celebritatem dilataris. et ad opulen-
tiam sinum expandis. Gloria et
diuicie in domo eius. An perpetuita-
tem queris operibus. In memoria
eterna erit iustus. Vis ne securus
esse. Ab audicione mala non timebit.
Et omnes despiciet inimicos. Graciam
ne lingue affectas. Labia iustorum
distillant graciam etc. Memoria iusti
cum laudibus: nomen impiorum pu-
trescat. Vis tibi futura innotescere.
Expectacio iustorum leticia. Vis iocundi-
tatem tibi prorogari in sempiternum.
Et iusti in perpetuum viuent. et in pace est.
licet mori insipientibus videantur.
¶ Ecce habes viam verissimam. et fide-
lissimam: ad assequendum statum: quem
desiderat epicurus: et si eam teneres.
beatus esset. hunc tibi erit hac ad h

Vere beate quam viuendum potest sola su
fficere. Adeo quidem ut extra posita
vniuersa: aut nichil aut minimum
perfectionis adiciant. Nec inhibeo
quin vestibus niteas deauratis cru
datis varietate. quin epuleris cotidie
splendide. quin primos honores habeas
et ut paucis multa complectar. quin
tempori. sed et prisis moribus. vtaris
tamen ut es. ipse in omnibus moris
geras: et sub lenociniis cuidentem
iudicium. Maior enim es quam ut debeas
aut possis. licet iam sic cepit multos.
Capitendicalis eius. Rex illustris
anglorum henricus II. maximus re
gum britanie si vicijs gestorum sucit
exitus concolor: circa garonam
et ut dicitur te auctore te duce
fulminat. et tolosam felici cinges
obsidione non modo prouinciales usque
ad rodanum et alpes territat. sed mu
nicionibus diuitis. populis quam subactis
quasi vniuersis prius immineat. timo
re principes hyspanos concussit. et
gallos perturbatis rerum tumultibus.
queso custodi innocenciam. et iudi
et dicta et pondera equitatem. nec
amore nec odio timore vel spe
declines quia vestra Iusti enim heredi
tabunt terram. et ut auctoritate con
stat altissimi. semen impiorum pe
ribit Si hec que tibi sincera deuocio
ne curiam strebe in tanto tumultu
legere non vacat. aut quia insi
pida sunt sensibus vobis inculta.
non placent: uel ipsa deuocio non
displiceat. que honori tuo studu
it inseruire Si probaueris intencionem:
patrocinaberis operi sin aut ut
volueris condempnetur Quod enim
ad alios ut scrinium indicant aliorum
liber enim hic erit ut quilibet suo
domino: stat aut cadit Multitudinis
imperite non formido iudicia. meis
tamen rogo: parcant opusculis et
si curiales sunt quidam: qui libris
eorum nunquam derogam in aliquo

Si preces meas audire voluerint: im
probitatis iudicio tenebuntur obnoxij:
quia ut ait marcialis. improbe facit qui
in alieno libro ingeniosus est Que autem
de curialibus nugis dicta sunt. in nullo
eorum. sed forte in me aut mei similibus
deprehendi et plane nimis arta lege
constringor. si meipsum et amicos casti
gare et emendare non licet Profecto
qui ad hec rugabit nares. fronte con
traxit. aut faciem rubore vestiet aut
pallore confundet. cuius labia concucient
aut salient: torpicabitur lingua: ge
nua tremebunt manus proterviet:
seipsum nugis nostris conuicet obnoxium
in quibus sunt propositi semper: a nugis ad
bona transire seria: et ad id quod de
cet aut prodest instituere vitam: Qui
autem in istum reprehensioni locum vide
rit. ea ex caritate. liberter vtatur.
et de emendacione mea acquirat sibi.
et possideat premium vite. Scio enim quia
in multiloquio: peccatum non deest Sed in
vito et caritate dei. exortor lectorem.
quo mei memor in oracionibus suis
impetret. ut filius dei viui et virgi
nis intemerate. deus homo. manife
stet seipsum: et palam faciat via: Qua
nobis incedendum est. in beneplaci
tito suo: et dirigat in eo gressus meos.
Amen

Explicit policraticon liber solempnis
et vtilis Quem domini sollicitudo cor
rexit Ad vtilitatem publicam pro
mouendam Et comparatus est per
magistrum Johannem de brzezina Co
legitorem Colegij Cracouiensis Et
scriptus Anno domini Mo cccc xxx v.

Lib° 3 c 9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

li 1 c 11 Philosophus [illegible] quod [illegible] [illegible] et [illegible] modicas [illegible] hominis
vite [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] constituit
hec est [illegible] philosophus [illegible] et [illegible] in omnibus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

li 8 c 9 [illegible] est [illegible] philosophus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
li 8 c 12 Philosophus [illegible] [illegible] ut questio in omnibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
habitu

li 8 c 2 Si [illegible] [illegible] [illegible] aliquis laudem habent sive laudis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] querunt plane [illegible]
Nec [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible]

li 8 c 17 [illegible] vel plante [illegible] est [illegible] [illegible] ad laude
et a [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] laude [illegible] [illegible]

Rotundum ne sit reprehensibilis
Parvulum ne sit contemptibilis
Modestum ne sit notabilis